
Digitized by the Internet Archive
in 2016 with funding from
Getty Research Institute

https://archive.org/details/salvianipresbyte05salv

MONVMENTA
GERMANIAE
HISTORICA

INDE AB ANNO CHRISTI QVINGENTESIMO
VSQVE AD ANNVM MILLESIMVM
ET QVINGENTESIMVM

EDIDIT

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI

AVCTORVM ANTIQVISSIMORVM TOMI V PARS PRIOR

IORDANIS ROMANA ET GETICA

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCLXXXII

HAVERFORD COLLEGE

IORDANIS

ROMANA ET GETICA

RECENSVIT

THEODORVS MOMMSEN

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCLXXXII

THE LIBRARY OF
HAVERFORD COLLEGE

DD
8
m8
A9
v 5
pt. 1

86537



Nomen auctoris Iordanes fuit, nam ita eum appellat et codicum familia primaria[1] et qui solus ex auctoribus antiquioribus eum adlegat geographus Ravennas: posteriorum enim scriptorum testimonio ex iis ipsis quos habemus libris similibusve pendentium non utimur[2]. neque rarum ea aetate id nomen fuit: nam ita nominantur et consul ordinarius a. 470[3] et alii quidam, quorum tituli Christiani[4] actave ecclesiastica[5] nomen servaverunt. Iornandes dicitur in codicum familia secunda (p. 53 inscr. et p. 126, 24), sed ut huius quoque antiquissimus testis epitome Middlehillensis (S) cum classibus codicum duabus aliis stet, nec recte mendo ex librariorum incuria orto Iacobi Grimmii[6]

Auctoris nomen et condicio

1) Habent p. 126, 24 *Iordannis* HP, *Iordanis* deteriores casu primo; *Iordanis* casu secundo in inscriptione Romanorum p. 1, 1 et Geticorum p. 53 et in horum subscriptione quicumque nomen habent melioris familiae libri. auctor ut *Iordanes* appelletur, requirit grammatica; *Iordanis* tamen et hic in libris est et similiter scribitur ibi *Heraclis*, *Epifanis* et sic porro cum itacismo tum ut vulgari, ita non recepto: immo constat ea aetate utrumque in usu fuisse. ita tegulae extant C. I. L. X, 8045, 14 inscriptae *vir excellentissimus Narsis fecit*, cum *Narses* sit in titulo pontis urbani ib. vol. VI n. 1199; similiter alternant *Iohannes* et *Iohannis* aliaque vocabula (v. Schuchardt, *Vokalismus des Vulgärlateins* 1, 229. 3, 112). itaque cum vel eo tempore litteris aliquatenus imbuti veram formam retinuerint corrupta reiecta, non perspicio, cur barbarismo non recepta auctoritate firmato nostrum sermonem sine ulla utilitate exornemus.

2) Medii aevi auctoribus non innotuit nisi sub nomine Iordanis, nimirum Widukindo (l. 1 c. 18 M. G. SS. 3, 425), Herigero Lobiensi, Hermanno Contracto Augiensi, Mariano, Ekkehardo, Bernoldo, Sigeberto, Hugoni Flaviniacensi (cf. Mon. Germ. SS. VIII p. 313 not. c*, item p. 315), Godefredo Viterbiensi.

3) Rettulerunt de eo filio Iohannis Vandali Iohannes Antiochenus fr. 206. 208 (4 p. 616. 617 Muell.) et Theophanes I p. 160 ed. Bonn., nec fortasse diversus est Iordanes is cuius meminit Constantinus Porphyrogennetus de them. p. 15 Bonn., cum et ipse appelletur magister militum per Orientem.

4) Mur. 1972, 10: *hic positus est Iordanis.*

5) Vide infra p. XIII. extat item Nili auctoris saec. IV epistula (3, 127 ed. Leonis Allatii Romae 1668) nscripta Ἰορδάνῃ διακόνῳ.

6) *Abhandlungen der Berl. Akademie* 1846 p. 1—59 = *kleine Schriften* 3, 171—235. *Diphthonge nach weggefallenen Consonanten* (acta acad. Berol. a. 1845) p. 231.

doctrina cum Germanico veriloquio veri speciem aliquam vindicavit. patrem Iordanes habuit, si vera lectio est G. 50, 266, Alanoviiamuthem, avum Pariam notarium Candacis eius, qui Sciros Sadagariosque Alanorumque quosdam in Scythiam minorem et Moesiam inferiorem duxit: ipse 'quamvis agrammatus' ut ait homo non sine causa modestus, item notarius fuit apud Candacis sororis filium Gunthigem sive Bazam. Gunthigis filius Andagis eius qui a. 451 in campis Catalaunicis sub Attila militans Theoderidum regem Vesegotharum interemit (G. 40, 209), nepos Andelae, de prosapia Amalorum, apud Romanos magistri militum officium sustinuit, per Thracias fortasse, ut similiter Gildo principis Maurorum filius comes primum, deinde magister militum per Africam factus est. ex patroni loco etiam de Iordanis condicione coniectura capienda est. notarii enim munus cum aliquando apud privatos servile[7], in re militari gregalium[8] fuisset, labente aetate qui eo fungebantur apud imperatores et magistratus maiores non ultimum locum inter officiales tenebant: ita noti sunt imperatorum 'tribuni et 'notarii', item 'tribuni et notarii praetoriani', nempe praefectorum praetorio, cum ordinum inferiorum notarii magis utantur vocabulo exceptorum. reges autem gentium barbararum et ipsi mature eiusmodi notarios adsciverunt: ita regum Vandalorum notarii passim nominantur[9], idemque de Attila efficitur ex Anonymo Valesiano c. 38: 'Orestes Pannonius eo tempore, quando Attila in Italiam venit, se illi iunxit et eius 'notarius factus fuerat: unde profecit et usque ad patriciatus dignitatem pervenit'. idem Prisco quoque (fr. 8 p. 78 Muell.) dicitur Attilae ὁπάων καὶ ὑπογραφεύς. similes igitur notarios tam Candac habuit dux et fortasse rex Alanus, quam Gunthigis ex regio genere Gothorum oriundus et ad magisterium militum, per Thracias fortasse, ut supra diximus, promotus. non infima igitur condicione in saeculo Iordanes usus est eoque magis insigni, quod quodammodo ei hereditaria fuit.

Origo Cuius nationis Paria eiusque filius et nepos fuerint, ex supra dictis non efficitur; certe Alanum eum fuisse neque inde tuto colligitur, quod apud ducem Alanorum officium administravit, neque ex eo quod, in domini honorem fortasse, filio nomen imposuit cum Alanorum vocabulo nescio quomodo compositum. itaque cum Iordanes ipse dicat in epilogo ex Gothorum gente originem se trahere, id quominus vere dixerit nihil obstat. sed fortasse paullo aliter res explicanda est. eo ipso loco, quo suam originem Iordanes enarrat, item sic scribit: 'Sauromatae, quos Sarmatas dicimus, et 'Cemandri et quidam ex Hunnis parte Illyrici ad Castramartenam urbem' — oppidum intellegitur Castra Martis Daciae ripensis — 'sedes sibi datas coluerunt: ex quo ge-'nere fuit Blivila dux Pentapolitanus' (scilicet Pentapoleos in Africa Cod. Iust. 12, 59, 3, Procop. bell. Vand. 2, 21) 'eiusque germanus Froila et nostri temporis Bessa patri-

---

7) Scaevola (Dig. 40, 41, 3) ex testamento affert fideicommissariam libertatem Sticho 'notario' datam; Paulus (Dig. 29, 1, 40 pr.) casum refert eius qui 'notario suo' testamentum dictarit, defunctus deinde antequam litteris id perscriberetur. 'Ser(vus) not(arius) et act(or)' est in titulo urbano vol. VI n. 9130, 'notarius' domini cuiusdam in altero n. 9705; duoviri cuiusdam Teanensis 'alumnus et n[ot]arius' servus fortasse et ipse in titulo C. I. L. X, 4789.

8) 'Notarius legati' est in titulo Lambaesitano C. I. L. vol. VIII n. 2755. cf. Cauer eph. epigraph. 4 p. 432 sq.

9) Dahn, *Könige der Germanen* 1, 221. sub Odoacro 'Marcianus v(ir) e(gregius) notarius regni' eius nominatur in papyro Mariniana n. 82.

'cius'. horum duo primi quod sciam praeterea non commemorantur: Bessae autem inter insignes duces aetatis Iustinianae passim meminerunt Procopius et Agathias eumque ille (Goth. 4, 11) dicit a. 551 maiorem fuisse septuagenario, hic (3, 2) postremo eius meminit referens de exilio eius a. 554, ut tempora quoque recte conveniant. iam de origine eius sic scribit Procopius (bell. Goth. 1, 16; similiter bell. Pers. 1, 8): οὗτος Γότθος μὲν ἦν γένος τῶν ἐκ παλαιοῦ ἐν Θράϊκῃ ᾠκημένων, Θευδερίχῳ τε οὐκ ἐπισπομένων, ἡνίκα ἐνθένδε ἐς Ἰταλίαν ἐπῆγε τὸν Γότθων λεών[10]). Bessa igitur teste Iordane in tali re sane locuplete ex Sarmatis illis Cemandrisve Hunnisve oriundus in Dacia ripensi sedes habentibus cum nihilominus Gothus habitus sit, scilicet ex Gothis Moesiacis non profectis in Italiam cum Theoderico, id ipsum recte transferemus etiam ad populos Candaci parentes 'Sciros Sadagirios certosque Alanos', ut qui licet stirpis fortasse diversae Gothorum nomen et Gothica studia et ipsi adsciverint. omnino aut valde fallor aut toto loco 50, 265 — 51, 267 qui enumerantur populi in Dacia ripensi, Thracia, Moesia', Scythia minore constituti, id est praeter supra dictos et Gothos qui dicuntur minores etiam Rugi quidam, extra patriam Gothos magis quam sui quisque populi se esse adserebant, et ita Iordanes cum Gothum se ferat, nequaquam Alanum se esse negat[11]). et vere deprehendimus apud Iordanem studia duplicia, altera nationis Gothorum, cuius laudes et cum iis coniunctas fraudes probabile est non ipsum excogitavisse, sed mutuatum esse ab auctore Cassiodorio, altera ipsi propria, explicanda ex iis quae eum de se narrare vidimus.

Studia Gothica auctoris Cassiodoriana

Cassiodorii de rebus Gothorum libros cum Iordanes in Geticis suis in compendium redegerit, vitia auctoris Iordanianis quoque insideant necesse est, scilicet et levitas summa, ne quid gravius dicam, et laudis Gothorum ultra iustum modum augendae studium. illius inter alia documentum est, quod in tripertita historia (9, 30) legem codicis Theodosiani (9, 40, 13) anno 382 a Gratiano latam non dubitavit subscriptione omissa ita describere, ut anni 390 fieret, quo post Gratianum regnabat Valentinianus II. idem auctor natione Romanus, sed studia Gothica fortasse ob id ipsum exaggerans et totus imbutus disciplina Theodericiana, quomodo tradita sibi Gothorum causa immutarit, in chronicis, cum auctorem eius Prosperum habeamus, tamquam manu tangitur. sed Amalorum laudes et 'Gothici sanguinis nobilitatem' (c. 44, 233) et reliqua partium Gothicarum vestigia ex Cassiodorianis ad Getica haec propagata ut persequamur in universum opus non est. placet unum addere, quod tetigit quidem Papencordtius in libro de Vandalis p. 383 sq., sed ut aliqua retractatione indigere videatur, dico obtrectationem auctoris in Vandalos per totum librum spirantem. nam non solum post relictam Scadinaviam quos primos Gothi vincunt, Vandali sunt (c. 4, 26), sed postea quoque universa historia nationis Vandalicae apud Iordanem eo redit, quod, ut ait c. 16, 89, 'sub (Gothi) dextera saepe Vandalus iacuit'. ita Vandali a Gothis victi ex antiqua Dacia in Pannoniam transmigrant dedentes se imperatori Constantino (c. 22). ita deinde narratione et ad tempora et ad rerum causas aliaque omnia (v. Papencordt

10) Etiam secundum Iordanem c. 57, 292 Theodericus omnes Gothos in Italiam duxit 'qui tamen ei 'consensum praebuerunt'.

11) Cf. Iac. Grimm *kleine Schriften* 3, 176.

l. c.) pessime perturbata Vandali dicuntur concitante Stilichone (c. 22, 115), sed item metu Gothorum (c. 31, 161) a. 406 ex Pannonia in Gallias transiisse, mox a. 409 ob eandem causam in Hispanias sese recepisse (c. 31, 162): quo cum Gothi eos persecuti essent, saepe victos (c. 31, 163) et in Callaeciam reiectos (c. 32, 166) postremum in Africam abiisse (c. 33, 167) nec nisi interveniente Alarico Gothos impeditos esse, quominus etiam in Africam eos persequerentur (c. 33, 173). Gizericus deinde conditor regni Africani cum acerba obiurgatione depingitur (c. 33, 168), quamquam additur successores eius per multos annos regnum feliciter possedisse. nec causa latet. inter duos populos licet proxime coniunctos odia vetusta quae videntur fuisse[12], ne eo quidem tempore plane sopita sunt, quo regnavit Thrasamundus affinis et amicus regis Theoderici: certe et in Ennodii panegyrico[13] hostilis in Vandalos animus multo evidentius apparet quam affinitatis gratia et in ipsius Cassiodorii Thrasamundo vivo editis chronicis brevibus licet et exilibus nescio quae exacerbatio peculiaris inest adversus Vandalos bis testata, primum ad a. 427[14], ubi quasi germen deprehenditur victoriarum supra relatarum ficticiarum, deinde ad a. 491: 'Vandali pace suppliciter postu-'lata a Siciliae solita depraedatione recedunt'. iam vero historiam Gothicam cum Cassiodorius scripserit proximis post obitum Theoderici († 526) annis, tum cum obitum Thrasamundi († 523) secuta esset caedes Amalafridae uxoris eius sororisque Theoderici et exorta discordia inter Gothos et Vandalos ea, quae utriusque regni ruinae primaria causa evasit, non mirum est et antiqua odia et nova ita apud rerum Gothicarum scriptorem erumpere, ut vel apud Iordanem ubivis deprehendantur.

Iordanis subditus imperii Orientis

Sed ut studia Gothica Cassiodoriana passim apud Iordanem agnoscuntur, ita spiritus ipsius quoque scriptoris item vestigia libello impresserunt. foederatorum institutum diu proprie Gothicum, scilicet ut imperio Romano milites ab ea natione ex pacto praestarentur stipendio iusto remunerandi[15], si Iordanem audimus, tamquam cardo est rerum tam Gothicarum quam imperii Orientis. id quod maxime elucet ex vetustatis colore ficticio quo adornatur. nam secundum hunc auctorem propter stipendia non ut oportebat Gothis soluta et bellum Dacicum Domitiani exarsit (c. 13, 76) et bellum Gothicum quo periit Decius (c. 16, 89), et suscepta est expeditio Alarici (c. 29, 146); similemque ob causam bellum quoque coepit inter Aetium et Vesegothas (c. 34, 176). Gothi hi foederati intra limites Romanos recepti ipsi sunt Gothi Moesiam et Thracias habitantes ii de quibus supra exposuimus et ex quibus Iordanem vidimus oriundum

---

12) Cf. Olympiodorus fr. 29 (4 p. 64 Muell.): οἱ Οὐάνδαλοι τοὺς Γότθους Τρούλους καλοῦσι διὰ τὸ λιμῷ πιεζομένους αὐτοὺς τροῦλαν σίτου παρὰ τῶν Οὐανδάλων ἀγοράζειν ἑνὸς χρυσίνου. ἡ δὲ τροῦλα οὐδὲ τρίτον ξέστου χωρεῖ.

13) C. 13 p. 413 Sirm.: 'quid castigatas Vandalorum ventis parentibus eloquar depraedationes? quibus 'pro annua pensione satis est amicitia tua. evagari ultra possibilitatem nesciunt: duce sapientia affines esse 'meruerunt, quia oboedire non abnuunt'.

14) Vide quae adnotavimus ad c. 32, 166.

15) C. 13, 76. 16, 89. 19, 106. 21, 110 (ubi haec sunt 'solacia'). 111. 112. 28, 145. 29, 146. 34, 176. de ipsis foederatis videantur Orosius 1, 16; Malchus fr. 11 p. 119 Muell.: ἐπὶ Ζήνωνος πρέσβεις ἦλθον ἐκ Θράκης τῶν ὑποσπόνδων Γότθων, οὓς δὴ καὶ φοιδεράτους οἱ Ῥωμαῖοι καλοῦσιν quaeque dixi ego in Hermae vol. 6 p. 350. hi sunt 'fortissimi Moesii', quorum e stirpe Dorostori Aetius genitum se esse gloriatur (c. 34, 176). — Hos mercennarios quasi intueri nobis videmur, ubi Constantinopolim mirantur (c. 28) et diripiunt quidem urbem Romam et ipsi, sed non inclementer 'ut gentes' (c. 30, 156).

esse, conveniuntque egregie studia Gothica huiusce libelli cum origine eius ex castris Danuvianis. — Cassiodorii sine dubio vestigia legens auctor de summa re publica ita iudicat mundum ab imperatore pendere, imperatoris autem salutem a studiis in eum Gothorum. ita Athaulfus Vesegotharum rex Placidiam Honorii sororem ideo uxorem ducit, ut terrorem iniciat adversariis 'adunata Gothis re publica' (c. 31, 160). similiter eodemque omnino auctore Iordanes hoc praecipue in Theoderico laudat, quod consentiente et adprobante imperatore Zenone Italia potitus est et, ut ipsius quodammodo verbis utar, sibi conflixit, illi vicit (c. 57, 291). id cur factum sit, eo evidentius apparet, quod vere plane aliter res evenerunt: nam Zeno imperator Theodericum non dimisit nisi postquam bis expeditionem contra ipsum rex suscepit et Constantinopolim tantum non expugnavit, vi coactus igitur et maiori malo minus praeferens (vide quae exposui ad nova fragmenta Iohannis Antiocheni Hermae vol. 6 p. 333). at Gothi scriptores litibus et pugnis illis suppressis Theodericum de consilio Zenonis et ei magis quam sibi consulentem narrant Italiam intravisse. eodem animo praemium ab imperatore in Theodericum collatum consulatum ordinarium 'summum bonum primum-'que in mundo decus' auctor praedicat (c. 57, 289). non aliter ipsum Theodericum Romanorum pariter atque Gothorum regem res narrari voluisse annalium Ravennatium reliquiae luculenter ostendunt, et ut fucati hi colores ipsius regni Theodericiani statum illustrant, ita ne Cassiodorio quidem, nedum Iordani proprii sunt. sed cum narrationem rerum post obitum Theoderici gestarum in neutro opere ex Cassiodorio sumptam esse constet, qui ibi apparent affectus iure ad ipsum Iordanem referentur. quod si qui dicat vere haec referri sine spiritu ullo, non repugno: immo admiratoribus rerum sine ira et studio enarrandarum iure commendabitur belli Gothici extremi relatio Iordaniana. sed de regni Theodericiani excidio qui ei subditus fuit nullus ita referre potuit, ut rettulit Iordanes, potuit Gothus in Moesia Thraciave degens non alienus a gentilicia quadam superbia, sed in hoc bello partes Byzantiorum secutus. scilicet si eum audimus, cum Theodericus moriens in eadem fidelitate, qua expeditionem in Italiam susceperat, suos 'principem Orientis placatum semper propitiumque 'habere iussisset post deum' ('terrenum sine dubio deum' imperatorem appellat c. 28, 143), ii in pace vixerunt tutante illo puerum 'regnantem et matrem viduam'. at cum Athalarico defuncto mater in tutelam se matrimoniumque Theodahadi dedisset et ab eo vita privata esset, Iustinianus ad ultionem 'susceptorum suorum' Belisarium in Italiam misit, eumque iustae poenae fortem executorem tantis laudibus Iordanes extollit, ut prae eo imperatoris quodammodo obliviscatur. haec est narratio qualis publice edebatur Constantinopoli, ut similiter redit apud Marcellinum causa belli publice enuntiata caedes Amalasuenthae. recte denique auctor in eo finit, quod ultima Amalae gentis, Theoderici neptis Mathesuentha in domum imperatoriam adsumitur nupta fratris imperatoris filio Germano et ita 'laudanda progenies laudabiliori principi 'cessit' (c. 60, 315). natus ex eo matrimonio patre defuncto filius postumus Germanus 'coniuncto Amalorum genere cum stirpe Aniciorum spem adhuc utriusque generis 'domino praestante promittit' (c. 60, 315). harum rerum Iordanes quodammodo spectator fuit (nam obiit Germanus Serdicae in Dacia mediterranea ibidemque probabile est filium natum esse), et si quid certi in mente habuit de infante eo tempore, quo

scripsit, vix anniculo, potest cogitavisse de successione eius in imperium Romanum manente ita in domo Iustiniani, sed delata simul ad progeniem Amalorum, quo sine dubio maius et felicius nihil accidere potuit homini Gotho addicto imperio Orientis[16]). — Vandalis debellatis quod Africa 'in libertatem regni Romani revocata est' (c. 33, 172), redit quidem apud Cassiodorium, apud quem (var. 11, 13) Iustinianum Augustum Roma ita alloquitur: 'si Libya meruit per te recipere libertatem, crudele est me 'amittere quam semper visa sum possidere', ut Marcellinus quoque scribit ad a. 534: 'provincia Africa . . . volente deo vindicata est', nimirum in libertatem. neque tamen haec ex Cassiodorio Iordanes mutuatus est in historiam Cassiodorianam nequaquam relata, sed utitur uterque coloribus apud Byzantios legitimis, ut Iustinianus edicto a. 534, quo praefecturam praetorii Africanam constituit, ita praefatur (Cod. Iust. 1, 27, 1) contigisse sibi, 'ut Africa per nos tam brevi tempore reciperet libertatem' et a Procopio (b. Goth. 2, 6) Zeno dicitur Theodericum in Italiam misisse, ἐφ' ᾧ ἐλευθέρα τε καὶ βασιλεῖ κατήκοος ἔσται.

Vt Orientis imperii studia apud Iordanem primum locum obtinent, cum Gothica propter ea demum et quodammodo per ea vigeant, sic et res Alanorum ita tractavit et in universa narratione Moesiae et Scythiae regiones ita respexit, ut sine dubio non fecit Cassiodorius.

Favor auctoris in Alanos

Ad Alanos quod attinet, favor cum inde apparet, quod in unico quem ex corpore vitarum imperatoriarum deprompsit loco G. 15, 83 imperatoris Maximini praeter patrem Gothum etiam matrem Alanam posuit, tum ex comparatione Alanorum et Hunnorum G. 24, 126. 127. c. 43, 226 sq. denique bella a Vesegothis in Gallia et Hispania contra Vandalos et Alanos gesta ad illos solos restrinxit, quos acerbe et inique exagitat, cum ea utrique genti communia essent et ipsius regni Africani reges 'Vandalorum et Alanorum' dicerentur (Victor Vitensis de pers. Vand. 2, 13, 39. 3, 2, 3). Cassiodorius autem etsi Vandalorum odium Iordani praeivit, cur simul de Alanis taceret, causa nulla erat. — In Romanis denique c. 287 mala fraude Alamannis expulsis Alani introducuntur, neque dubium est eo loco vocabulum sua sponte Iordanem mutasse.

Libri scripti in Moesia

Multo gravius est ad auctorem recte intellegendum et adhibendum, quod maiorum suorum suumque domicilium, id est provincias Romanas duas Scythiam caput habentem Tomos eique conterminam Moesiam inferiorem habentem caput Marcianopolim, ita narrationis cardinem facit, ut quo magis regiones inde distent, eo minorem earum notitiam eum appareat habuisse: quod paullo accuratius persequi oppidis quorum nomen in Geticis ponit expensis non videtur supervacaneum esse. — Ex Asia et Africa Iordanes non nominat nisi pauca et fere vulgaria, Ephesum, Trapezunta (vide infra), Alexandream, ut exceptionem faciant praeter Gangra Paphlagoniae nescio quo casu obiter memorata tantummodo Constantinopoli vicina loca Ilium et Chalcedon, de cuius statu quae proferuntur, testem de visu produnt. Hispaniarum una civitas Barcino comparet, Galliarum paullo plures, scilicet propter regnum Vesegotharum Tolosanum,

16) Quod Schirreno placet p. 90 Italos imperio Orientis addictos Germanum patrem sibi imperatorem Occidentis destinasse et de ea spe morte eius immatura deiectos filium ei substituisse, vix admittet qui intellexerit Iustinianum plane abhorruisse a rei publicae divisione renovanda et Occidentis imperio restituendo. ceterum in futurorum somniis investigandis brevis esse requiro.

Arelate Arverna Aureliana Bituriges Tolosa Vienna, Germaniae unum Mogontiacum, Illyrici occidentalis Vindobona et Salonae. in Italia autem demptis iis locis, quos rerum narratio propter proelia similesque res gestas evitare nullo modo potuit, ut sunt Consentia, Dertona, Forum Iulii, Placentia, Pollentia, Vulsinii, item quorum mentio fit in debellatione Gothorum per Belisarium enarranda Syracusae Regium Neapolis Perusia Ariminum, quae omnia obiter neque ulla explanatione addita memorantur, quinque tantum urbes restant, de quibus paullo accuratius Iordanes scribat, Roma scilicet, deinde Ticinum, sed ut ne hoc quidem Gothorum scriptor enuntiet sedem fuisse regum Gothorum, item Mediolanum 'Liguriae metropolis et quondam regia 'urbs', denique Ravenna regia urbs, ut ait, et Aquileia 'metropolis Venetiarum', harum duarum situm et viciniam pro re diligenter enarrans. quae omnia optime conveniunt Iustiniani subdito homini in Moesia degenti; nam Ravenna non minus quam Constantinopolis sedes imperii fuit, Aquileia autem provinciis illis tamquam porta Italiae. ex Ravennae urbis descriptione si eluceret auctorem eam vidisse, ad Cassiodorium magis id quam ad Iordanem referremus: at tantum abest, ut id eluceat, ut e contrario duo auctores testes citentur earum rerum, in quibus qui Ravennam ipse nosset nullum omnino adhibuisset.

Iam vero ubi nos convertimus ad regiones Danuvianas, scaena mutatur. fluviorum qui nominantur omnium tamquam rex est Danuvius et ut de ipso multa et varia narrantur (cf. praesertim 12, 75. 55, 280), affluentium eius aliorumque huius regionis amnium complurium nomina enuntiantur. ex partibus ea aetate extra imperium Romanum constitutis notitia auctori est aliqua Scythiae, ubi notabile est Var Danapri vocabulum Hunnicum auctori intellectum. praeterea liminis septentrionalis Ponti oppida Graecae originis ad Trapezuntem usque propter id ipsum admissam p. 62, 4. 66, 4 non indiligenter recenset. neque ignotae ei sunt Dacia et Pannonia scilicet quae ita dicebantur aetate antiqua. civitatium autem nominantur Scythiae provinciae Tomi et Noviodunum; Moesiae inferioris Odessus, Marcianopolis, Durostorum, Novae, Nicopolis, Abrittus; origines referuntur Tomorum, Marcianopolis, Nicopolis, ad hanc degentes Gothi pastores accurate describuntur; Durostoro natales Aetii vindicantur loco ab ipso auctore inserto, ut hic scriptorem evidenter appareat in rebus patriis versari. — Similiter tractantur eiusdem dioeceseos, scilicet Thraciarum, provinciae aliae Haemimontus, cuius nominantur Anchialus et Hadrianopolis; Thracia, unde afferuntur Philippopolis et Beroa; Europa, cuius oppidorum Arcadiopolis et Bizye auctor meminit, ut mittamus ipsam Constantinopolim. in his Anchialus maxime celebratur cum origine relata tum laudatis thermis 'inter reliqua totius mundi thermarum innumerabilium 'loca praecipue ad sanitatem infirmorum efficacissimis' (c. 20, 109). denique ex dioecesi Illyrici Thracicae vicina commemorantur in provincia Moesiae inferiori contermina Dacia ripensi Vtus, Almus, Oescus, Castra Martis; in Dacia mediterranea Naissus; in Dardania Castra Herculis; in Moesia superiore Singidunum; in Savia Bassianae et Sirmium; in Macedonia Thessalonica, Cyrrhus, Pella, Europus, Methone, Pydna, Beroea, Dius; in Thessalia Heraclea et Larissa. ulterius non habet nisi Athenarum mentionem exilem. in his primum notabile est quod de Castris Martis supra (p. VI) iam occupavimus: nam tres viros ex ea regione oriundos, in his clarissimum ducem Bessam

sine dubio nominat utpote domestica notitia sibi notos, cum praesertim statim sui ipsius generis enarrationem adiungat. item notabile est ad duo oppida, scilicet ad ipsa illa Castra Martis et ad Naissum, ab auctore adnotari illud in Illyrico situm esse, hoc primum esse in Illyrico: quae oppida cum vere sint in confiniis dioecesium Illyricianae et Thracicae, deprehendimus auctorem in ipsa dioecesi Thraciarum morantem eiusque finium gnarum. denique in Romanarum rerum libello quae habet de his regionibus in provinciarum formam redactis, omnia quidem descripsit ex Rufo et Floro, sed primum cum in reliquis provinciis enarrandis sibi satisfaceret expilato illo, solas Illyricianas bis tractavit et c. 214—221 ad Rufum et c. 241—247 ad Florum, deinde de suo addidit cum c. 217 Daciarum duarum vocabula ripensis et mediterraneae tum c. 221. 283 Philippopolis nomen barbarum Pulpudeua nusquam praeterea memoratum. — Scripsit igitur haec auctor oriundus, ut supra diximus, ex 'Gothis' Moesiacis, qui cum ante Theodericum in his partibus consedissent, eum in Italiam secuti non sunt, degens in oppido aliquo dioeceseos Thraciarum, puta Tomis vel Marcianopoli vel Anchiali, et ea potissimum selegit, quae Moesiacum hominem Thracicumve tangerent comprehensa fere inter Sirmium, Larissam Thessaliae, Constantinopolim; nam Chalcedonis commemoratio recte pro Constantinopolitana accipietur. — Cui libellorum origini accommodatum est, quod nationes, quarum incursiones 'quotidianae' auctorem terrent (Rom. extr., Get. 2, 37. 23, 119), Bulgari Venethae Sclaveni Antae ii ipsi sunt, qui ea aetate Moesiam et Thraciam potissimum infestabant, ad quas excursiones mox sermo redibit, cum agetur de tempore quo libri scripti sunt. item accommodatum est summum studium auctoris tam in Germanum quam in Belisarium. Germanus enim Iustiniani fratris filius creatus magister militum per Thraciam has regiones a barbaris liberarat victoria ita clara, ut solum nomen eius Sclavenos ab incursionibus deterreret, eumque eo ipso tempore tutorem suum immatura morte ereptum hae regiones iusta comploratione lugebant[17]). Belisarius autem, quem laudibus extollit supra privatum[18]), oriundus fuit ex Germana oppido Daciae mediterraneae[19]). eodem redit quod novit Vulfilam episcopum et primatem, ut ait, Gothorum minorum in Moesia (c. 51, 267) aliud eiusdem regionis decus illustre. etiam convenit, quod in praefatione Geticorum libellum auctor Castalio amico ita commendat, ut si quid desit ipse addat 'ut vicinus genti', itaque non obscure significat se degere in locis a primariis Gothorum sedibus longe remotis, quales fuerunt Thraciae. denique conveniunt quae narrat Iordanes Get. 19, 104 de pestilentia quam 'nos ante hos novem annos experti sumus'. nam cum scripserit, ut infra videbimus, anno p. Chr. 551, morbus significatur grassatus anno 542 vel 543. de pestilentia eius temporis, per quam Procopius (anecd. c. 18 p. 112 Bonn.) ait dimidiam partem hominum tum viventium interiisse, quae tradita accepimus (collecta sunt apud Clintonum in fastis ad a. 542) ostendunt eam a. 541 in Aegypto exortam mense Octobri a. 542 Byzantium pervenisse ibique per quattuor menses ingentem stragem fecisse, mox a. 543, ut ait Marcellini continuator, Italiae

17) Vide infra p. XIV.

18) Get. 33, 171. 60, 315: 'victor ac triumphator Iustinianus imperator et consul Belisarius Vandalici 'Africani Geticique dicentur': item in ipso indice Geticorum (v. p. XV). cf. Get. 33, 171. Rom. 368. 375.

19) Procopius bell. Vand. 1, 11.

solum devastasse 'Oriente iam et Illyrico peraeque attritis'. itaque Thracias devastarit necesse est eo ipso tempore, quod Iordanes indicavit[20]).

His tam angustis terminis finitum circulum nemo opinor ad Cassiodorium referet. nam quamquam Gothi ante Theodericum ad sinistram Danuvii et in ora septentrionali Ponti degebant et ipse Theodericus ante Italiam Moesiam obtinuit et per aliquot annos Novas tamquam regni sedem habuit, ipse certe eiusque disciplinae homines quid secuti sint in Italiam translati, res gestae clare loquuntur. immo hic Iordanem tenemus historiam Gothorum Cassiodorianam ita excerpentem, ut Moesiaca et Thracica potissimum retineret. nam quidquid supra proposuimus, non ita comparatum est, ut a Cassiodorio abiudicandum sit, quem non dubitamus historiae Gothicae foederatorum laudes inseruisse et celebrasse Theodericianas de Bulgaris victorias et multum fuisse in rebus Moesogothorum singillatim explicandis. sed sine dubio longe plura attulit de Italiae oppidis et Theoderici regis gestis ibi et institutis, idque premendum est talia plane desiderari, qualia vel in brevissimo Cassiodorii chronico leguntur ad a. 500: 'Theodericus Romam cunctorum votis expetitus advenit et senatum suum mira 'affabilitate tractans Romanae plebi donavit annonas, atque admirandis moeniis depu- 'tata per singulos annos maxima pecuniae quantitate subvenit. sub cuius felici im- 'perio plurimae renovantur urbes, munitissima castella conduntur, consurgunt ad- 'miranda palatia, magnisque eius operibus antiqua miracula superantur'.

Auctoris condicio ecclesiastica

Haec habuimus de patria et origine Iordanis quae proferremus. post notariatum pariter atque Cassiodorius vita saeculari relicta monachus factus est teste ipso[21]): praeterea autem tam quae codices quidam de condicione eius in ecclesia enuntiant quam quae viri docti similia coniecerunt, parum probanda videntur esse. scilicet 'episcopum' eum dicit librorum ordo primus in titulo Romanorum, 'episcopum Ra- 'vennatem' ordo tertius eorundem in titulo Geticorum: illud ab auctoritate satis defensum videndum ne conciliari possit cum loco quem sibi ipse tribuit monachi: hoc neque testimonio idoneo commendatur et sine dubio originem duxit ex accurata Ravennae urbis descriptione. — Iordanem episcopum Crotonensem a. 551[22]) et Iordanem defensorem ecclesiae Romanae a. 556[23]) quod viri docti quidam ab horum libellorum auctore non diversos esse contenderunt, nititur sola similitudine nominis non admodum rari. speciosius est quod ab Iacobo Grimm[24]) propositum multi postea tenuerunt

20) Non recte Schirrenus p. 88 ex hoc loco collegit Iordanem eo tempore in Oriente versatum esse.

21) Aliter verba 'ante conversionem meam' (c. 50, 266) accipi nequeunt. cf. Rom. praef. 4: 'quati- 'nus . . . te . . . ad deum convertas', item Cassiodorius de orthographia praef. (gramm. Lat. ed. Keil 7, 144): 'post commenta psalterii, ubi . . . conversionis meae tempore primum studium laboris impendi'. complura alia loca similia collegit Muratorius in praefatione ad Iordanem.

22) Papa Vigilius in damnatione Theodori episcopi Caesareae Cappadociae a. 551 (Mansi 9 p. 60): 'nos '. . . . cum Dacio Mediolanensi . . . Paschasio Aletrino atque Iordane Crotonensi fratribus et episcopis nostris'. attulit Selig Cassel *magyarische Alterthümer* (Berolini 1848) p. 302, ita explicans, qui factum sit, ut Cassiodorii origine Bruttii volumina dispensator eius Iordani eiusdem regionis episcopo commodarit. quod ut non inepte excogitatum est, ita vincitur indiciis plurimis et certissimis originis libellorum Thracicae.

23) Papa Pelagius ep. 5 (al. 6) ad episcopos Tusciae: 'directam a vobis relationem defensore ecclesiae 'nostrae Iordane deferente suscipientes satis mirati sumus' cet. scripta est epistula (edita apud Mansium 9, 716) XV kal. Mart. XV p. c. Basilii v. c. = p. C. 556. attulit idem Casselius l. c., ad historiographum rettulit Schirren p. 87.

24) Script. min. 3 p. 182.

Vigilium eum, cui Iordanes Romana inscripsit, fuisse papam eius nominis a. 538—555. nam tempora recte conveniunt potestque addi et Vigilium a partibus imperatoris contra Gothos stetisse et annos 547—554 Constantinopoli exegisse ab imperatore propter controversias de tribus capitulis quae dicuntur eo evocatum. item fortasse addi potest quod supra vidimus Castalium, cui Getica Iordanes inscripsit, ipsius et Vigilii 'communem amicum' vixisse in locis genti Gothorum vicinis, id quod Romae degenti aptum est[25]). sed non sine iusta causa Adolfus Ebert[26]) monuit parum apte monachum, qualis fuit Iordanes, papam Vigilium non solum adloqui tamquam parem sibi sine ulla splendidi officii significatione, sed etiam hortari, ut relicto saeculo ad deum se convertat, id est ad exemplum auctoris et ipse monachus fiat, sane, si papa is fuit, subabsurde. omnino hoc quoque inventum ut ex eo genere est, quod tirones admirantur, ita acri et experto iudici nequaquam probari poterit, immo quod parum Latine, sed re optime dicitur a posse ad esse non valere conclusionem, id si quid video hic quoque tenendum est neque indulgendum speciosis, sed certa sequenda.

Libelli scripti a. 551

Quo tempore Romanorum librum scripserit, ipse Iordanes ait in praefatione c. 4, scilicet res se narraturum 'in vicesimum quartum annum Iustiniani imperatoris' et denuo c. 363: 'Iustinianus imperator regnat iam ann. XXIIII', qui est annus a k. Apr. a. 551 incipiens[27]). et vere narratur mors Germani, quae evenit autumno a. 550[28]), filiumque ex eo postumum natum esse (c. 383), item incursiones 'quotidianae' Sclavenorum et Antarum, scilicet expeditio ab iis a. 550 in Thraciam suscepta[29]), denique (c. 386. 387) victoria Langobardorum de Gepidis a. 551 reportata[30]), ut mittam

---

25) Schirrenus adicit Vigilium, quippe qui ipse ad imperatorem scribat (constitutum de tribus capitulis ed. Migne p. 104) 'Graecae linguae, sicut cunctis et maxime pietati vestrae notum est, sumus ignari', de Graecorum historiis ab amico eruditiore voluisse edoceri. quod si ita est, non penitus amicum novisse videtur.

26) *Geschichte der christlich-lat. Litteratur* I p. 563.

27) Ita enim secundum legem a. 537 (Iustiniani nov. 47; cf. Chr. Pasch. I p. 617 ed. Bonn.) anni Iustiniani numerantur.

28) Secundum Procopium 3, 40. 4, 20 anno XVI belli Gothici, id est 550, Germanus iter faciens in Italiam Serdicae in Dacia mediterranea ab imperatore subsistere iussus est propter metum incursionis barbarorum Transdanuvianorum: quibus domum reversis biduo ante diem itineri in Italiam suscipiendo destinatum Germanus morbo correptus obiit. duces autem ei substituti exercitum Salonas duxerunt ibique hiemem exegerunt. unde colligitur Germanum obiisse anno maiore ex parte exacto, filium postumum natum esse aut anno eo extremo aut ineunte sequenti.

29) Rom. extr., Get. 5, 37. 23, 119. Intellegitur ipsa illa incursio Sclavenorum et Antarum, propter quam Germanus pergens in Italiam Serdicae substiterat. Procopius l. c.: Σκλαβηνῶν ὅμιλος ὅσος οὔπω πρότερον ἀφίκετο ἐς Ῥωμαίων τὴν γῆν, Ἴστρον δὲ ποταμὸν διαβάντες ἀμφὶ Ναισὸν ἦλθον. narrat deinde eos Thessalonicam petituros fuisse, sed metu Germani, qui olim contra Antas rem bene gesserat (Procop. bell. Goth. 3, 37), omissa Macedonia abiisse in Dalmatiam tum non parentem imperatori Orientis: mox nuntio accepto de morte Germani plures catervas Danuvium transiisse neque impediente iam duce illo tripertito exercitu in Europa provincia a. 550/1 hiemasse. Procopius l. c.: Σκλαβηνοὶ δὲ οἵ τε τὰ πρότερα ἐν γῇ τῇ βασιλέως γενόμενοι . . . καὶ ἄλλοι οὐ πολλῷ ὕστερον Ἴστρον τε ποταμὸν διαβάντες καὶ τοῖς προτέροις ἀναμιχθέντες κατέθεον ἐν πολλῇ ἐξουσίᾳ τὴν Ῥωμαίων ἀρχήν . . . ἐς τρία μέντοι τέλη σφᾶς αὐτοὺς διελόντες οἱ βάρβαροι οὗτοι ἀνήκεστα ἐν Εὐρώπῃ τῇ ὅλῃ ἔργα εἰργάσαντο, οὐκ ἐξ ἐπιδρομῆς ληιζόμενοι τὰ ἐκείνῃ χωρία, ἀλλ' ὥσπερ ἐν χώρᾳ οἰκείᾳ διαχειμάζοντες οὐδέν τε δεδιότες πολέμιον. similia narrantur l. 4 c. 25. in hac ipsa regione cum Iordanes degeret, explicatur ita, ut supra monuimus, tam eius amor in Germanum quam quae significat de rerum statu in praesentiarum.

30) Procopius b. G. 4, 25. Gepidae cum Sclavenos Danuvium transeuntes adiuvarent, propter id Romanis exosi erant non minus quam Sclaveni ipsi: unde intellegitur, cur Iordanes victoriam Langobardorum summis laudibus extollat.

expeditionem Iustiniani Hispanam[31]). contra nulla mentio fit rerum postea gestarum. Narsetis in Italiam missi mense Aprili a. 551, Totilae devicti a. 552. memineris autem auctorem scripsisse in Thracia, itaque prius rerum Constantinopoli gestarum notitiam accepisse quam Italicarum et magis illas curasse. — Getica auctor in praefatione ait se post coepta Romana elaborasse, deinde Romana resumpsisse. utrique libello eodem fere tempore finem impositum esse narratio confirmat: nam Germani mortem et filium natum in Geticis quoque commemorat (c. 14, 81. 48, 252. 60, 314) nec quicquam in Romanis refert quod postea acciderit. praeterea pestem, cuius in Geticis c. 19, 104 meminit, supra p. XII vidimus eam esse quae a. 542 Thracias et Illyricum, sequente Italiam devastavit, id quod et ipsum ducit ad a. 551. eodem igitur anno primum Getica, mox Romana Iordanes edidit: nam quod in horum praefatione illa se ait 'iam dudum' edidisse, intervallum aliquot mensium a tali scriptore omnino ita significari potuit.

Inscriptiones libellorum

Duorum libellorum, quos Iordanes elaboravit, Romanum ut tempore posteriorem, ita ordine priorem esse se velle in praefatione ait, eumque ordinem libri quoque qui quidem utrumque habeant retinent. priorem inscripsit 'de summa temporum vel ori-'gine actibusque gentis Romanorum', si quidem sequimur libros optimos quosque: quod in ipsius libri exordio c. 6 'de cursu temporum' ait se scripturum esse, item c. 86 tamquam altero exordio facto transit ad 'Romanarum rerum ordinem actusque', inscriptionem confirmat. in praefatione scribens explicare se velle 'quando mundus 'coepit vel quid ad nos usque perpessus est', item in praefatione alterius libelli hunc citans sub indice 'de abbreviatione chronicorum', utroque loco argumentum magis quam titulum enuntiavit. a librariis editoribusve veniunt indices 'historia Romanae 'rei publicae', quod subscriptum est in libris interpolatis (*L*), et qui vulgo fertur 'de 'regnorum et temporum successione' a libris scriptis alienus. — Posteriorem libellum ad exemplum Cassiodoriani (Get. praef. 1), cuius epitome est, auctor inscripsit 'de 'origine actibusque Getarum': quem indicem et libri optimi quique (*HPVL*) praescriptum habent et ipse auctor respicit (1, 9: 'gens cuius originem flagitas' et c. 47, 245: 'omnem Gothorum texamus originem' et in fine: 'huc usque Getarum origo ac 'Amalorum nobilitas et virorum fortium facta'). praeterea quod subscribunt libri trium ordinum optimi quique (*PVO Atr.*): 'explicit de antiquitate Getarum actusque eorum, 'quos devicit Iustinianus imp. per fidelem rei publicae Belesarium cons.', item ipsius auctoris esse probabile est: certe summo studio Belisarii cum Iordanem flagrasse constet, hoc ad librarios eum propagavisse multo minus probabile est quam ipsum vel in libelli subscriptione professum esse.

---

31) Athanagildi adversus regem Vesegotharum Agilam rebellionis et patricii Liberii ad hunc adiuvandum expeditionis tempora magis inde definiuntur, quod Iordanes scribens a. 551 earum meminit (G. 58, 303), quam editi libelli tempora ex notitia earum rerum aliunde suppeditata. Isidorus hist. Goth. ad eram 587 (scilicet in recensione meliore) Athanagildum tyrannidem arripuisse ait anno tertio regis Agilae, id est anno 551; additamenta ad Victorem Tunnunensem (p. 372 Ronc.) ad a. 552 adscribunt: 'Agila mortuo Athanagildus 'qui dudum tyrannidem adsumpserat Gothorum rex efficitur'. Iordanes rerum Hispanarum eatenus gnarus, quatenus eae cum rebus Orientis coniunctae erant, cum significet anno 551 currente Iustinianum in eo fuisse, ut exercitum in Hispaniam mitteret (nam missum esse negat usus vocabulo 'destinatus'), probabile est Athanagildum a. 550 a rege legitimo defecisse. — De Liberio vide indicem s. v.

Computationes libelli de rebus Romanis

Dispositionem Romani libelli enarrare supervacaneum est: nam cum perspicua sit, pauca quae de ea re dicenda sunt aptius in auctoribus enarrandis significabuntur. — 'Summam temporum', quam in libelli indice posuit, ut in praefatione explicat, ita enarrat, ut a creatione mundi per generationes patriarcharum ad Abram sive Ninum, ab hoc per reges Assyriorum, Medorum, Persarum, Graecorum, id est Ptolemaeorum Aegyptiorum, Romanorum ad Iustinianum decurrat, ita tamen ut postquam ad finem regni Aegyptiaci pervenit (c. 85), Romae urbis historiam ab ipsis primordiis explicet, donec ad Augustum progressus c. 250 ad interruptum ordinem redit. chronologia operis non tam obscura est quam perturbata, contaminata scilicet ex duobus auctoribus[32] altero Hieronymo, cui Christi natalis incidit in annum mundi 5200, altero deperdito adscribente eum ad a. 5500. quae differentia cum ad chronica huius generis recte aestimanda pertineat, visa est diligentius exequenda esse. dedi conspectum computationum diversarum apud Iordanem repertarum interpretatione subscripta.

	anni	
(c. 7) ab origine mundi ad diluvium	2242[33]	(c. 11) fiunt 3308
(c. 9) a diluvio ad Heber	525[34]	
(c. 10) ab Heber ad annum nati Abrahae, Nini XLII	541[35]	
(c. 49) reges Assyrii a XLII Nini ad finem regni		[1197[36]]
(c. 57) reges Medorum		258[37]

32) Praeterea anni regum Romanorum c. 87. 106, item consulum reliquorumque eponymorum c. 111. 112 descripti sunt ex Rufio Festo ita, ut ad ipsius operis chronologiam non applicarentur; quam ob rem eos praetermisi.

33) Sic Hieronymus praef. p. 8 et posteriores omnes.

34) Numeri incorrupti sunt, nam anni quattuor patriarcharum c. 10: Arfaxath 135 + Cainan 130 + Sala 130 + Heber 130 summae c. 9: 525 recte respondent, respondetque item numerus 3308 c. 11. — Cainan alter, quem admisit Iordanes, comparet item apud LXX interpretes, certe ut nunc leguntur, Gen. 11, 12; apud Prosperum p. 523 Ronc., si quidem haec vere Prosperi sunt, non interpolatoris; apud Syncellum p. 617; in Chronico Paschali p. 43; apud Barbarum Scaligeri p. 179 ed. Schoen. eum fictum ad tegendum Lucae evangelistae de genealogia Christi errorem omiserunt optimi quique auctores et cum his Eusebius. Aegyptiacae bibliorum interpretationi mature insertus videtur esse (Kuenen *de stambom van den masoretischen Tekst des O. Testaments* Amstelaedami 1873 p. 48), tarde ex eius regionis scholis extra Aegyptum propagatus; certe qui eum agnoscunt auctores sectae Alexandrinae omnes esse aliunde quoque constat praeter Prosperum Prosperive interpolatorem nostrumque Iordanem. quam ob rem etiam hos duos probabile est adhibuisse compendium aliquod chronographicum sectae Alexandrinae. — Ceterum cum et hi quos enumeravi omnes et reliqui auctores Hebro dent annos CXXXIV, numerus CXXX error videtur esse Iordani proprius: quo emendato anni ab Adam ad Abram natum Syncelliani 3312 (p. 183) apud Iordanem quoque adsunt.

35) Numeri singulares: Falech 130 + Ragau 132 + Seruch 130 + Nachor 79 + Thara 70 summae c. 10: 541 item recte respondent. iidem numeri inveniuntur apud LXX interpretes et in plerisque aliis laterculis: observandum est errorem Eusebii vol. I p. 90 (non librariorum eius) Ragau dantis a. CXXXV contra ipsos Eusebianos calculos ab Iordane recte evitari.

36) Hi numeri cum descripti sint ex Hieronymianis et summam quoque annorum 1240 (c. 49) ex Hieronymo Iordanes adsciverit, numeri qui differunt scilicet hi:

	Hieronymus:	*Iordanes:*
c. 19 Armamitres	38	35
c. 25 Sphaerus	20	30
c. 32 Lamprides	32	37
c. 37 Mithraeus	27	29

errores sint necesse est sive librariorum sive auctoris ipsius. summa autem illa annorum 1240 cum comprehendat annos Nini primos XLII, ei substituimus eam quam in computo Hieronymus posuit.

37) Numeri regum singulorum ab Hieronymianis non differunt nisi quod Phraorti c. 55 anni dantur XXII pro XXIII, quod retinui, cum etiam summa annorum CCLVIII uno minor sit Hieronymiana.

(c. 57) reges Persarum	230 [38]
(c. 72) Alexander magnus	5 [39]
(c. 71) reges Graeci	296 [40]
(c. 52) ab origine mundi ad regis Medorum Madidi a. IX, Romuli 1	4650 [41]
(c. 61) ab origine mundi ad templum Hierosolymitanum restitutum	4930 [42]
(c. 85) ab origine mundi ad Augusti XLII, Christi natalem	5500 [43]

38) Ipsum numerum Hieronymus non posuit, in calculo Persis tribuens annos 231; singuli numeri collecti totidem efficiunt, si quidem admittimus, quod admisit Hieronymus addita excusatione exili, Darii annum secundum pro duobus numerari, item Cyro damus a. XXX et reges qui non perannaverunt omittimus excepto Artabano, aut, quod eodem redit, Artabano quoque omisso Cyro tribuimus a. XXXI. apud Iordanem qui traditi sunt numeri (omissis regnis non annuis omnibus) efficiunt a. CCCXXXI, sed cum in Cyro errore XXXII esse videatur pro XXXI, probabile est summam quam posuit CCXXX veram esse. ceterum quod 'plus minus' vocabula ei addidit, confusionis ab Hieronymo commissae indicium est.

39) Alexandri annos, apud Hieronymum Abr. 1688—1692, Iordanes male ita rettulit, quasi numero eo qui sequitur comprehenderentur, continuum ordinem male interrumpens.

40) Iordanis numerus convenit laterculo Hieronymiano, cum ipse Hieronymus numerum ponat uno anno minorem.

41) Annus nonus Medidi, secundum Hieronymum Abrahae 1264, primus Romuli, secundum eundem Abrahae 1265, si cum Iordane ab Adam ad Abram natum numeramus a. 3308, incidunt in a. 4572 et 4573. Medidi annum nonum primumque Romuli eundem fere esse auctor sine dubio sumpsit ex Hieronymo numeravitque cum eo ab Abra nato ad primum Romuli annos 1264 vel 1265. cum ea numeratione male coniunxisse videtur alteram, qualis adest apud Prosperum p. 523 et Barbarum Scaligeri p. 191 Sch. et fere in omnibus similibus systematis fuitque sine dubio etiam in compendio quod in primordiis Iordanes secutus est, annorum ab origine mundi ad annum promissionis primum 3388 et hunc primum promissionis annum male confudisse cum primo Abrahae, cum sit eius a. LXXV. ita bis numeratis primis annis Abrahae LXXV Romuli primus fit annus mundi 1264 + 3388 = 4652. exigua duorum annorum differentia facile explicatur anno a quo et ad quem numeratur male aut admisso aut omisso, id quod calculatoribus sacrorum numerorum saepissime accidit.

42) Hic numerus cum ad Hieronymianos nullo pacto aptari possit, secundum doctrinam Syncelli (p. 457 Bonn.; cf. Clinton fast. Hell. 2 p. 375) et primus anni Cyri et primus sacerdotis Zorababel qui templum restituit incidunt in annum mundi 4932. profectus est igitur ex chronologia eadem, ex qua venit numerus qui sequitur.

43) Ad hunc numerum ut calculis nullis Eusebianis vel Eusebianorum similibus perveniri potest, ita incorruptus est; immo tenuerunt eum antiquissimi quique scriptores sectae christianae, ut Hippolytus, quippe qui (apud Photium cod. 202) scribat mundum per sex milia annorum duraturum esse, Christum autem venisse extremo millennio medio, et egregius chronographus Iulius Africanus (apud Syncellum p. 616). sed non ab Africano pendere Iordanem inde intellegitur, quod Cainan alterum Africanus non magis quam Eusebius admisit (Syncellus p. 149. 216) longe aliam viam ingressus, ut ad numerum illum perveniret (Eusebius 1 p. 99 Sch. cf. Syncellus l. c.). at ea quoque aetate, qua scripsit Iordanes, computatio annorum V̄D a mundo creato ad Christum natum nequaquam exoleverat: immo adest apud chronologos Aegyptiacos scholae Panodorianae et Annianae (Syncellus p. 617 cf. p. 150), apud Malalam Antiochenum (p. 227) auctorem saeculi septimi ineuntis, adeoque in annalibus Ravennatibus, ubi ad a. 495 adscriptum est (p. 668 ed. meae): 'fiunt ergo ab adventu domini usque ad consulatum Viatoris anni D, ab Adam autem anni VI milia'. qui numerus tribus tantum annis discedit a computatione annorum mundi Byzantia sive Romana, qualem et alii sequuntur et auctor Chronici Paschalis; nam secundum eam annus Chr. 495 est mundi 6003 (Ideler chronol. 2, 462). quid quod ad hunc numerum efficiendum auctores hi etiam Cainan altero usi sunt quamquam conficto ob aliam causam (Syncellus l. c.) videmus igitur Iordanem hic adseclam esse doctrinae Aegyptiacae, ita tamen, ut ei sese nequaquam mancipet, sed pro sua imbecillitate Hieronymianam et Panodorianam male confundat. nam cum secta Aegyptiaca de annis ante Abram natum eum ita vidimus convenire; ut propter suum errorem annos numeret 3308 pro 3312 (adn. 34). contra ab Abram nato adsunt apud eum numeri aut Hieronymiani aut Hieronymianis proximi: Assyrii 1197 + Medi 258 + Persae 230 + Alexander 5 + Ptolemaei 296 + Augustus (a. 16—42) 27. Fiunt anni 2013, id quod a computatione Hieronymiana annorum a nato Abram ad natum Christum 2015 pro condicione Iordaniorum non differt. itaque suas computationes si ipse sequeretur, Christus ei natus foret anno mundi non 5500, sed 5321.

(c. 61) a prima templi Hierosolymitani aedificatione ad secundam 512[44])

(c. 85) a Romuli anno primo ad Augusti XLII Christi natalem 755[45])

Conspectus Geticorum

Getica cum inter omnis generis vitia quibus laborant etiam inordinata sint et perturbata tota, utile visum est dispositionem argumenti talem proponere, qualem illa vitia permiserunt. cardo narrationis universae Gothorum est tam cum Getis (c. 5, 40. 9, 58) quam cum Scythis (c. 4, 29 cet.) aequiparatio, quo posito et de Getis Scythisque tradita historica vel pseudohistorica et Gothorum narrationes populares uberrimam materiem Cassiodorii duodecim libris praebuerunt. utramque aequiparationem olim excogitatam Gothici auctores in rem suam verterunt non coacti locum in fabulosa antiquitate sibi ipsi comminisci, sed commentis usi a mirabilium exegetis dudum paratis. vere narrationem Iordanes ait explicari secundum reges, scilicet secundum regum ex chronico opinor Hieronymiano potissimum deductam seriem ab antiquissima aetate decurrentem ad Romanos, sed ut passim ordo hiet. ita, ut mittam priora, post Tiberium nominatur Domitianus, post hunc Severus, post Constantinum Valens, scilicet quod de imperatoribus interpositis non repperit auctor quod ad Gothos referret aut certe quod ad Gothorum laudem pertineret: qua de re videnda sunt quae mox in recensu auctorum dicemus sub Ammiano. interpositae sunt praeter rerum Gothicarum narrationes ex diversis auctoribus petitas descriptiones locorum ex chorographia aliqua desumptae, sicut sub oculis ponit tabula subiecta elaborata diligentius in priore parte magis incondita, in posteriore ad brevem regum indicem fere redacta.

Introductio chorographica 1—24.
Oceanus 1—6.
Insulae ad orientem 6.
ad occidentem: minores 7. 8.
Britannia 10—15.
Scandia 9. 16—24.
Gothorum egressus in Gothiscandiam. Berig rex 25.
Gothi apud Vlmerugos 26.
I. Gothi ad paludem Maeotidem. Ingressus in Scythiam. Filimer rex 27—37.
Scythiae descriptio 30—37[46]).
Gothorum sedes tres 38—42.
Studia sagittandi. Heroes 43.
Tanausis rex devincit Vesosem regem Aegyptiorum. Scythae Parthi 44—48.
Tanais et Danapri descriptio 45. 46.
Amazonum Scythicarum feminarum regnum in Asia 49—57.
Caucasi descriptio 52—55.

44) Secundum Hieronymum aedes facta est a. Abr. 984, restituta a. 1496.

45) Secundum calculos Hieronymi Romuli annus primus est Abr. 1265, XLII Augusti Christi natalis Abr. 2016: efficitur numerus 752 a Iordaniano non multum recedens.

46) Hunc locum auctor postea citat c. 23, 119 tamquam 'initium expositionis vel catalogum gentium'.

II. Gothi cis Danuvium in Moesia et Thracia (cf. 38. 39).
Telephi et Eurypyli in Moesia regnum 58—60.
Tomyris regina devincit Cyrum 61. 62.
Antyrus rex vincit Darium, Xerxen repellit 63. 64.
Gudilae regis filia Philippo Macedoni nubit; idem Odessum obsidet 65. 66.
Sitalces Perdiccam vincit 66.
Boerebista rex. Dicaeneus, Sullae aequalis 67 (cf. 39).
Caesare dictatore, Augusto, Tiberio Gothi incolumes 68.
Dicaenei disciplina 69—72.
Comosicus rex 73.
Corillus rex 73.
Daciae descriptio 74.
Danuvii descriptio 75.
Diurpaneus rex. Bellum cum Domitiano 76—78.
Ansium sive Amalorum genealogia 78—81.

III. Gothi super mare Ponticum 82 (cf. 38. 42).
Maximinus imperator genere Gothicus quid gesserit sub Severo, Caracalla, Elagabalo, Alexandro, denique imperans ipse 83—88.
Ostrogotha rex pugnat cum Philippo 89—93.
Marcianopolis descriptio 93.
eiusdem victoria de Gepidis: horum origo 94—100.
Cniva rex pugnat cum Decio 101—103.
Gothi tempore Galli et Volusiani, item Aemiliani 104—106.
Gallieno imperante Gothi Asiam diripiunt 107—109.
notabilia de Chalcedone, Ilio, Anchialo 107—109.
sub Diocletiano collegisque Gothi quid fecerint 110.
item sub regibus Ariarico et Aorico imperante Constantino I 111. 112.
Geberich rex imperante eodem Vandalos devincit 113—115.
Hermanaricus rex devincit Herulos Venetos Aestos 116—120.
Hunnorum origo et progressus 121—128.
Hermanarici pugnae cum Hunnis et excessus 129. 130.
Ostrogothae et Vesegothae sese separant 130 (cf. 42. 82. 246).

Res Vesegotharum.

Fritigernus cum suis in Thraciam et Moesias transit 131—136.
vincunt et occidunt Valentem imp. 137. 138.
Athanaricus rex pacem facit cum Gratiano et Theodosio I; moritur Constantinopoli 139—144.
Gothi cum Theodosio Eugenium devincunt 145.
Alarici I regis imperantibus Arcadio et Honorio res gestae eiusque mors 146—158.
Ravennae descriptio 148—151.
Athaulfi regis res gestae 159—163.
Segerici regis res gestae 163.
Valliae regis res gestae 164—175.
excursus de regno Vandalorum 166—173.
excursus de Amalis maioribus Eutharici ad Vesegothas migrantibus 174.

Theoderidi I regis prima cum Romanis dissidia 176. 177.
Attilae natura et mores 178—183.
Vesegotharum cum Romanis foedus adversus Attilam 184—191.
pugna in campis Catalaunicis; mors Theoderidi 192—217.
Thorismudi res gestae et mors; continuatur item narratio de rebus ab Attila gestis 218—228.
Theoderidus II rex 229—234.
Eurichus rex; simul explicantur imperatorum Occidentis a morte Valentiniani III ad Augustulum vices[47], item regnum Odoacri 235—244 (cf. 284).
Alaricus II rex Vesegotharum ultimus 245 (cf. 297).

Res Ostrogotharum.

Vinitharius rex vincit Antas, vincitur ab Hunnis 246—249.
Hunimundus rex 250.
Thorismud rex 250.
interregnum XL annorum 251.
Valamir rex 252—276.
mors Attilae et dissolutio regni Hunnorum 254—263.
sedes populorum Gothicorum ad Danuvium inferiorem; in his de origine auctoris 264—267.
Thiudimer rex: Macedoniam occupat 277—288.
Theodericus rex 289—304.
Athalaricus rex; Amalasuentha 305. 306.
Gothi debellantur ab Iustiniano 307—314.

Epilogus 315. 316.

Computationes libelli de rebus Geticis

Chronologia regni Gothorum vertitur in explicando numero annorum MMXXX, quot duravisse regnum Gothorum Iordanes ait c. 60, 313 secutus sine dubio numeros Cassiodorianos, de suo adiectis annis qui a morte Theoderici (a. 526) ad captum Vitigem (a. 540) fluxerunt. quem numerum cum dubitari nequeat aptatum esse ad chronographiam ea aetate receptam Hieronymianam, Gothorum regum principium ita refertur ad annum a. Chr. 1490, Abrahae 527. at ab eo anno quibus epochis Cassiodorius auctorve eius (nam eum in his pendere ab Ablabio probabile est) ad suam aetatem pervenerit, exilis quae superest epitoma non aperit, quamquam narrationem in universum apparet respicere cardines ea aetate receptos. coniecturis computationem deperditam supplere ut mei officii non est, ita adscripsi elegantissimam restitutionem Gutschmidii p. 141—148 paucis adiectis non meis, sed eius observationibus et explicationibus. ut acuta omnia sunt, ita dubia multa: hoc tamen non dubium chronologiam, cuius rudera servavit Iordanes, ordinatam fuisse, ut ait praefatio epitomatoris, 'per generationes et reges'.

47) In hac parte auctor propositi quodammodo oblitus non tam Vesegotharum res explicat quam imperii Occidentis ruinam.

	anni ante Chr.
generationes quinque primorum regum Gothorum a Berig ad Filimer (c. 4, 25. 24, 121), annorum c. CLXVII	1490[48]—1324
Tanausis[49]) proxime ante Amazones (c. 7, 49), ann. c. XXXIII	1323—1290
Amazonum tres generationes (Lampeto et Marpesia — Menalippe et Hippolyte — Penthesilea) annorum C (c. 7, 52) .	1289—1190
A bello Troiano sive a morte Penthesileae (c. 8, 57) sive a morte Eurypyli (c. 9, 60) ad primum annum Cyri[50]) anni paene DCXXX (c. 10, 61), proprie DCXXXI	1190—559
a Cyro ad Sullam	558—91
Boerebista rex tempore Sullae (c. 11, 67).	90—57
Comosicus rex	56—23
Corillus regn. a. XL (c. 12, 73); aetate Tiberii (c. 11, 68) [?] 22 a. Chr.	—18 p. Chr.
intervallum (c. 13, 76) generationis unius	19—50

Amali	Balthae	
Gapt[51])	. Dorpaneus rex	51—83
Hulmul		84—117
Augis		118—150
Amal		151—183
Hisarna		184—217
Ostrogotha rex . .	Nidada	218—250
Humul	Ovida (Cniva rex?)	251—283
Athal rex	Helderich	284—317
Achiulf	Giberich rex[52])	318—350
Hermanarich rex		351—376
Vinitharius		. . .—. . .
Hunimundus		. . .—. . .
Thorismud		. . .—404?
interregnum a. XL (c. 48, 251)		405?—444?
Valamer		445?—. . .
Thiudimer		. . .—. . .
Theodericus		475—526
Athalaricus		526—534
Theodahadus		534—536
Vitiges		536—540

Fiunt anni regni Gothorum 1490 + 540 = 2030 (c. 60, 313)

---

48) Annus nititur testimonio Herodoti 4, 7: ἔτεα σφίσι (Scythis) ἐπείτε γεγόνασι τὰ σύμπαντα λέγουσι εἶναι ἀπὸ τοῦ πρώτου βασιλέος Ταργιτάου ἐς τὴν Δαρείου διάβασιν τὴν ἐπὶ σφέας χιλίων οὐ πλέω ἀλλὰ τοσαῦτα. pugnam ad Marathonem Hieronymus refert ad a. Abr. 1525 = a. Chr. 492. Gutschmid.

49) Tanausis rex aequalis Vesosis sive Sesostris regnavit secundum Eusebium ab a. ante Chr. 1374 ad a. 1319; magis iustos numeros ei Cassiodorius adsignavit. Gutschmid.

50) Hunc annum intellexit Iordanes, ultimum regni eius significavit. Gutschmid.

51) Vixerunt igitur et Dorpaneus rex et princeps Amalorum, quos iuxta ponit Iordanes c. 13, 78, secundum calculos Cassiodorii imperante Domitiano. Gutschmid.

52) Constantinus qui Vandalos in Pannonia collocavit (c. 22, 115), obiit a. 337; Vandali si per LXX (ita scilicet pro LX emendat Gutschmidius) annos ibi manserunt, in Galliam abierunt a. 406. victoria Giberichi de Vandalis sic incidit in a. c. 336. Gutschmid.

In Vitige subsistit narratio neque recensentur reges Gothorum qui postea fuerunt Ildebadus Erarichus Totila, quamquam primi et tertii auctor meminit, quoniam Constantinopolitanis hi non visi sunt legitime regnum obtinuisse: immo diserte ait auctor regnum Gothorum in Vitige finiisse (c. 14, 81. 60, 315).

Auctores in margine laudati

Auctores ubi extant, unde sumpta sunt quae leguntur apud Iordanem, sive ipse librum expilavit sive per alium, loca quae huc pertinent ut cum Iordanianis componerentur et ita quid in singulis aut additum esset aut erratum, facile pateret, ut potui curavi. contra locis similibus accumulandis aut valde fallor aut obscuratur magis quam adiuvatur iusta rerum indagatio: ea enim in eo consistit, ut ubi habemus tam expilatum librum quam expilantem, expilata semoveantur, quae restant comparentur et ponderentur. sed tamen plene id perfici non potuit propterea quod saepe dubitationi locus est, quam editorem non tam de tripode decidere oportet quam legentis iudicio subicere: etiam saepius duo auctores cum eundem librum expilarint, quodammodo medium locum tenent inter testes eos, quorum alter ab altero pendet, et eos, qui inter se communionem nullam nisi facti ipsius habent. haec ubi ita esse mihi visa sunt aut ubi per exceptionem similia afferenda erant, id quod raro evenit, auctoris nomini notam praemisi loci conferendi (cf.). — Deinde in auctoribus indicandis in duobus libellis diversam viam tenui. nam Romani libelli auctores ut plerumque facillime et certissime indicari possunt, praeterea pro exigua libri utilitate ab operosa diligentia cavendum fuit, ita in Geticis, quae licet ipsa infimi ordinis, pulcherrima quaedam et summi momenti capita sola servarunt, auctorum disquisitio difficillima est et saepe perplexa. ideo in Romanis plerumque satis habui ad singula capita auctorem cuius esset in margine laudare (locis sumptis ab auctore aut deperdito aut incerto IGNoti notam adscripsi) nec nisi per exceptionem, ibi fere ubi longius ab auctore Iordanes discessisset, illius verba subscripsi: in Geticis autem et quaecunque loca compilatorem ipsa adhibuisse iudicarem et ex affinibus quoque, de quibus modo dixi, potiora, totidem verbis in inferiore margine adieci. ita quae in Geticis quaestio est gravissima, ut deprehendantur ab auctore propter studia Gothica temere et fraudulenter interpolata, iam habebit paratum et certum fundamentum.

Editionis ratio

Editorum Iordanis nullum neque in apparatu neque in adnotatione iustis desideriis satis fecisse inter viros doctos convenit, quamquam postremus Clossius mediocriter quidem, sed non inutiliter in utraque re elaboravit. sane dolendum est auctorem pessimum, sed ut res se habet necessarium, ita autem comparatum, ut multo magis, quam in aliis auctoribus usu venit, utilitas eius pendeat a recta recognitione et iusto apparatu, per tot annos iacuisse multorumque egregiorum virorum laboribus damnum non exiguum ex parum apto et subinde fallaci instrumento illatum esse. *mit mehr als Ungeduld, mit einer Art von Verzweiflung warten wir seit wenigstens zwanzig Jahren auf die neue Ausgabe des Iordanis:* verba sunt Waitzii cum de Clossiana recognitione iudicium tulit ante annos et ipsos undeviginti. iam cum mihi sive contigisset sive accidisset, ut laborem ante multos annos privato consilio incohatum, sed intermissum et quodammodo abiectum in me reciperem societatis monumentorum patriorum edendorum publico consilio obtemperans, his quadraginta annis, per quos Iordaniana qui exposcunt in deserto errarunt, quantum fieri poterat paucissimi ut accederent curavi:

apparatum congessi, quae necessaria mihi visa essent adieci, cavi ne nimium mihi proponerem. iam quae collegi cum trado collegis, volo reperiantur inter eos iusti aliquot et aequi iudices, qui agnoscant medium me tenuisse inter levem celeritatem et procrastinationem editori quam litteris utiliorem.

Commentarii recentiorum de Iordane

Auctorum qui de Iordane et Cassiodorianis scripserunt quamquam recensum dare non placet, quorundam commentariorum hoc loco mentio facienda est, cum et proprie ad Iordanem pertineant et multa attulerint utilia et vera: dico Henrici de Sybel 'de fontibus libri Iordanis de origine actibusque Getarum' (Berolini 1838. 8. pp. 45): Iacobi Grimm *über Iornandes und die Goten* in actis maioribus academiae Berolinensis a. 1846 p. 1—59 et denuo in scriptorum minorum vol. 3 p. 171—235; Caroli Schirren 'de ratione quae inter Iordanem et Cassiodorium intercedat' (Dorpati 1858. 8. pp. 94): Rudolfi Koepke *Deutsche Forschungen: die Anfänge des Königthums bei den Gothen.* Berlin 1859. p. 44—93; Alfredi a Gutschmid de Schirreni libello iudicium insertum Iahnii annalium volumini LXXXV (1862) p. 124—151. ab his auctoribus quae sumpserim recte et acute excogitata, suis locis cum debita laude significavi, ut item non tacui quae mihi non probarentur, ubi dissentiendi causa et ratio ut afferrentur interesse mihi visum esset; multa vero quae displicebant tacite praeterii. item tacite fere ab iisdem viris et ab aliis eruditis adscivi, quae sola comparatione locorum continentur: nam eiusmodi inventionis primos auctores persequi neque expedit neque omnino fieri potest. profitemur in universum id quod talibus disquisitionibus fere commune est, plurima deberi priorum diligentiae et si quid profecimus, profecisse nos umeris eorum innixos, ut nostris deinde innitentur qui post nos venient.

Auctores adhibiti in Romanis

Iam recensum dabimus auctorum, ad quos redire videntur quae refert Iordanes, tam eorum quos ipsum adhibuisse probabile est quam quorum copias alio scriptore interveniente adscivit. quos nomine citat excepto Cassiodorio et Hieronymo et Orosio omnes ad secundum ordinem pertinere crediderim: nam cum in Romanis raro auctorem nominet, Getica, quae ipse ait epitomam esse historiae Cassiodorianae, non paucos habent, adsumptos opinor ex doctiore auctore, ut nominibus doctrinae non contemnendae speciem prae se ferentibus suam exilitatem ornaret. unde in operis principio, ubi paullo minus indiligenter rem gessit, auctorum laudationes frequentius longe quam postea reperiuntur. nomina auctorum quae non enuntiantur uncis quadratis inclusi. in universum satis habui nomina ponere, plura addidi ibi ubi e re esse videbatur. incipiemus ab auctoribus adhibitis aut ad utrumque libellum aut ad solum Romanum conscribendum.

AVCTORES LIBELLI DE ACTIBVS ROMANORVM.

Florus

I. [Flori] epitomam ab ipso urbis Romae principio usque ad bellum Philippicum Iordanes in Romanis c. 87—209 ita secutus est, ut excepto uno loco 111—114 ex Rufianis inserto aliena nulla interponeret, complura omitteret, multa in compendium redigeret, pleraque autem ipsis verbis retentis redderet: id quod ubi Floriana incipiunt etsi auctorem non nominat, tamen satis significat verbis 'ut ipsorum', id est Romanorum, 'verbis loquamur'. unde haec pars operis a grammaticis erroribus longe

minus inquinata est quam quae praeterea apud eum leguntur. a devicta Macedonia inde Iordanes a Floro ad Rufium se convertit, sed ut et insigniora quaedam, Galatarum in Asia cum Romanis proelium duce Manlio (c. 224), Parthorum de Crasso victoriam (c. 236. 237), Antonii et Cleopatrae interitum (c. 251—254), laudes Augusti (c. 255) propter admirabilem pulchritudinem Rufianae exilitati substitueret et, ut supra (p. XII) dixi, res Illyrici, quarum Iordani praecipua cura erat, postquam ad Rufium enarravit (c. 214—221), denuo c. 241—248 ad Florum repeteret addito praeterea narrationis Rufianae supplemento de Marmaridis et Garamantibus in Africa (c. 249). — Haec cum condicio sit excerptorum Florianorum apud Iordanem, ea quatenus perveniunt Florum edenti codicis instar sunt eiusque longe optimi, id quod recte intellexit et Florum suum ut aliis subsidiis ita Iordanis auxilio egregie reformavit Otto Iahn amicus quondam meus praestantissimus, cuius tum cum eo mihi communis laboris grata non minus quam luctuosa recordatio hodie animum subit. et adhibuit Iahnius non Iordanem editum totum corruptum, sed ex libris quos habui praestantissimum Heidelbergensem, unde factum est, ut ex hac mea Iordanis recensione ad Flori crisin novi non multum accedat. nihilo minus Flori libros denuo recognoscenti non inutilem eam futuram esse existimo. nam ut consentaneum est de lectione Iordanis iam libris eius plene excussis magis constare quam Iahnio constare potuit, ita is eo nomine erravit, quod praeter Heidelbergensem Monacensem quoque Pollingensem (*P* Iahnii) non solum adhibuit, sed etiam Heidelbergensi quodammodo aequiparavit, cum sit notae deterioris neque ullum locum in crisi teneat. sed ipsum quoque de Florianis Iordanis iudicium aliquatenus reformandum est. scilicet cum Flori crisis innitatur libris duobus Nazariano hodie Heidelbergensi et Bambergensi, ii ubi discedunt, Iordanes plerumque litem ita dirimit, ut alteri utri calculum addat, crediderimque iusto saepius editores recessisse a consensu Iordanis cum altero utro Flori libro. sed tamen consensus Iordanis cum altero utro codice non eandem vim habet. usus est enim, ut optime intellexit Iahnius, libro Bambergensis simillimo, antiquiore sane eo saeculis non paucis et pro aetate emendatiore, sed item inquinato mendis cum solo Bambergensi communibus. loci, ubi Iordanes et Bambergensis Flori contra Nazarianum in falsis consentiunt sunt inter alios Flor. 1, 3, 5 = Iord. p. 12, 3, ubi pro *citavere leges nefas* Nazariani illi substituunt *ut auderet leges nefas* plane ineptum, item Flor. 2, 7, 10 = Iord. p. 26, 31, ubi Florus scripsit *Aoum*, Nazarianus habet *dum* leviter corruptum, Bambergensis et Iordanes lectionem interpolatam *Sa(v)um*. e contrario errores in Nazariano admissos item apud Iordanem redire Iahnius p. XIII si quid video non recte contendit, ut ubi consentiant inter se Iordanes et Nazarianus, Bambergensis lectio auctoritate destituatur. nec magis, ni fallor, loci inveniuntur, ubi Flori libri duo in falsa aliqua lectione graviore conspirent contra Iordanem[53], cum adsint pauci, ubi vera lectio apud solum Iordanem invenitur diverse corrupta apud Florum, ut Flor. 1, 5, 2 = Iord. p. 12, 19

53) Nam huiuscemodi consensus exempla quae Iahnius praef. p. VIII composuit aut talia sunt, ut duo librarii facile in eundem errorem sua sponte incidere potuerint, ut Flor. 1, 7, 9 *molientibus* (vel *moventibus*) *sedem* = Iord. p. 13, 20 *molientibus edem;* Flor. 1, 9, 2 *annum* = Iord. p. 14, 14 *annuum*, aut falsa; ita Flor. 1, 7, 8 = Iord. p. 13, 18 *res* ut in Bamb. et Naz. ita apud Iordanem quoque legitur omnino retinendum, reiciendum autem *rex* quod ex deteriore quodam libro Iordanis Iahnius adscivit.

augeri legit Iord. recte, *augure* Bamb., *augerit* Naz., item Flor. 1, 11, 10 = Iord. p. 15, 21 *Maenius* apud Iordanem est *menius*, in Bamb. *menenius*, in Naz. *moenibus*. sed non desunt errores utrique Flori libro cum Iordane communes, id est saeculo sexto antiquiores, ut Flor. 2, 2, 31 = Iord. p. 21, 35 *imperia gentium* pro *interiacentium*. — In Florianis his recensendis hoc tenui, ut Iordanis lectionem simpliciter repraesentarem neque ipse saperem ultra Florum talem, qualem Iordanis legit, itaque corruptelas ei aut cum utroque Flori libro aut cum Bambergensi solo communes in textu reliqui. quae apud Florum leguntur incorrupta, corrupta apud Iordanem, ita tractavi, ut in gravioribus corrupta in textu retinerem, vera in adnotatione apponerem, mendas tollerem leviores easque, quas ne tali quidem scriptori recte imputes. sane non facile est fines regere inter stultitiam auctoris saeculi sexti et librarii saeculi octavi, neque ignoro hodie editores fere eo magis in crisi sibi profecisse videri, quo pluribus salebris et barbarismis auctorem suum oneraverint et lectorem gravarint. iure tamen auctor quicumque est eorum tantum errorum condemnabitur, quos commisisse convictus est. universam variam lectionem Florianam in adnotatione non adscripsi, curavi tamen, ut de potioribus legenti facile constaret. quod si in Nazariani libri lectione indicanda a prioribus differo, mihi credi volo; ipse enim eum denuo contuli.

II. Iamblichvm in ipso principio libelli Iordanes ait Romanos laudasse, quod ar- Iamblichus
mis et legibus orbem terrae suum fecerint, eumque virum eruditissimum sequentem se 'aliqua de cursu temporum' scribere velle: ita certe verba acceperim, neque enim ne Iordanem quidem crediderim 'sequi' illud referre ad unam illam sententiam ex Iamblicho depromptam. si Chalcidenus intellegitur celebratissimus philosophus scholae neoplatonicae aetatis Constantinianae, illa sententia neque extat in iis quae ab eo habemus, et ita eam ab eius indole abhorrere, ut vix ab eo proficisci possit, harum rerum peritissimi viri certiorem me fecerunt, multo magis negantes eum aut scripsisse aut adeo scribere potuisse de cursu temporum commentarium, qualem hoc loco Iordanes significat. alter eius nominis scriptor Babylonius aetatis Marci et Veri, quamquam in inepta fabula Milesia, cuius epitomen Photius servavit, Romanorum imperatorum mentionem inicit, de cursu temporum certe non magis scripsit. nec magis cogitandum erit de aliquo eius nominis auctore praeterea ignoto, puta chronicorum scriptore eo, de quo c. IX dicetur: nam quod ipse Iordanes addit locum Iamblichi se in operis principio posuisse 'velut insigne quoddam ornamentum', necessario clarum illud nomen Chalcideni philosophi requirit. equidem suspicor auctorem iure sibi diffisum, ut patrocinium quoddam coepto operi pararet et libellum, sicut doctum virum decet, incoharet a scriptore aliquo citato, id quod item facit in altero, nomen elegisse splendidum Graeci philosophi, cuius sub umbra adquiesceret, sui propositi aut laudem aut reprehensionem in eum transferens et sententiam ei subministrans vulgarem undecumque arreptam. certe in hominem, quem mox videbimus plagii reum, eiusmodi suspicio non immerito cadit.

III. [Evtropii] breviarium, quod pervenit ad a. 364, raro usurpatum est, scilicet Eutropius
ad sola c. 255. 257. 259. 260. 264. 267. 272. 282. 290. 294 libelli Romani partis eius, qua res sub imperatoribus gestae enarrantur, et ita ut singulis locis pauca tantum verba eaque fere ad origines moresque imperatorum pertinentia Hieronymianis

ex Eutropio insererentur. exempli causa c. 259 ad 'Gaius Caesar' additum est 'cognomento Caligula', c. 272 ad 'Marcus Antoninus qui et Verus et Lucius Aurelius 'Commodus' additum 'affinitate coniuncti'.

Rufius Festus

IV. [Rvfii Festi] breviarium rerum gestarum populi Romani editum anno p. C. 369 Iordanes in libellum de rebus Romanorum ita transtulit, ut per capita 87. 111—114. 210—235. 239. 240. 261. 270. 272. 277. 280. 290. 291. 304 totum fere eodem ordine ibi repetatur: praeterea quae de Constantino et Constantio ex Rufii c. 26. 27 Iordanes sine dubio narraverat, hiatus post c. 302 intercepit. scilicet cum Floro duce narravisset, Italia itemque Sicilia et Africa quomodo Romanorum factae essent, reliquarum provinciarum accessionem duce potissimum Rufio executus est: nisi quod cum apud eum omissam esse Britanniam intellexisset, in ea Orosium (v. c. VII) in auxilium vocavit. hiatum Rufii nostri Iordanes c. 218 explet et alibi quoque ad verba eius castiganda utilis est.

Hieronymus

V. Ab Hieronymo ex Eusebianis Latine versa et ad a. 378 continuata chronica Iordanes in Romanis pro fundamento sibi fuisse ait c. 11 nominatim citans 'Eusebium 'vel Hieronymum'. tempora tamen ante natum Abram aliunde sumpta sunt, item quae de rebus Romanis a Romulo ad Augustum exposuit c. 87—249, sed tam quae praecedunt c. 11—86 ab Adamo ad Cleopatram quam quae sequuntur c. 250—312 ex Hieronymo ita exscripta, ut reliqua excerpta Hieronymianis aut insererentur aut substituerentur: neque ob aliam causam Iordanes ait (v. p. XV) scripsisse se 'abbre-'viationem chronicorum'. quae excerpsit plerumque ad verbum reddit, raro graviter conturbat, ut accidit c. 76. — In Geticis Hieronymianum chronicum usurpatum est duobus locis c. 16, 89 et 19, 104, quos nihil impedit quominus ad Cassiodorium referamus: nam is quoque monachis suis id commendat (inst. div. litt. c. 17). — In Hieronymianis Iordanis lectiones nullas deprehendi nostris libris meliores consentaneum est; ita enim Hieronymiana habemus, ut crisis eorum magis seligendis recte traditis contineatur quam inveniendis novis. ad illud autem cum non minimae auctoritatis Iordaniana sint, quamquam ea res ab Hieronymianorum recognitore solo recte pertractari potest, addam locos qui ad id faciunt a me inventos signis codicum quae sunt apud Schoenium A(mandini), B(ernensis), F(reheriani Leidensis), M(iddlehillensis), P(etaviani Leidensis), R(egii Fuxensis) retentis, iudicio eis relicto ad quos ea res pertinet pertinebitve.

H. Abr. 347 R. 23 maminthus *AR Iord.*, mamynthus *P*, mamitus *F*, mamyrthus *M*, Μαμυθός *Eusebius*, mamichus *B*
H. Abr. 378 R. 24 macthaleus *Iord.*, magthaleus *M*, magchaleus *AP*, macchaleus *FR*, machaleus *B*, Manchaleus *Arm.*
H. Abr. 1456 R. 58 fundamenta iecerunt *AFMPR Iord.*, f. fecerunt *B*
H. Abr. 1670 R. 69 sidonem *APFR Iord.*, Sidonam *BM*
H. Abr. 1797 R. 76 philopater *B*, filopater *Iord.*, pilopater *F*, philopator *MPR*, philopatur *A*
H. Abr. 2118 R. 267 etesifontem *FP*, et tesifontem *Iord.*, ctesifontem *ABMR*
H. Abr. 2239 R. 280 Mammae *F*, Mamae *Iord.*, Mameae *reliqui libri*
H. Abr. 2380 R. 306 xxxiii *MP Iord. Eutropius*, xxxiiii *ABFR*

VI. [Victoris epitome] quae dicitur finiens a. 395 in Romanis ab eo inde tempore, quo desinit Hieronymus usque ad Theodosium, in quo ipsa finit, id est a c. 314 ad c. 318 adsumpta est. — In Geticis unum inde locum auctor adhibuit 26, 138, de quo vide quae dicuntur p. XLIII. Victoris epitome

VII. Orosivs Pavlvs (sic G. 9, 58), qui scripsit a. 417, citatur in Geticis 1, 4. 5, 43 (hic 'in primo volumine'). 9, 58. 24, 121, alibi quoque ibidem non raro adhibitus est, ut adnotatio ostendit, in Romanis autem inde ab imperatore Augusto (c. 255). eum librum cum ex Romanis constet ipsum Iordanem usurpasse, in Geticis quoque quae adsunt Orosiana probabile est non apud Cassiodorium eum invenisse, sed de suo addidisse, qua de re infra (p. XLIV) accuratius dicetur. fundamentum narrationis Orosius nusquam Iordani subministravit, sed lumina et colores ex eo sumpsit, quibus aut Cassiodorii aut annalium narrationem ornaret. Orosius

VIII. [Socratis] historiam ecclesiasticam usurpatam esse ab auctore fidem faciunt loci non multi, sed certi de posteris Gratiani R. 309—311, de Domnica uxore Valentis R. 314, de baptismate Theodosii I R. 315, de Vlfila G. 51, 267. quare quod in praefatione Geticorum Iordanes ait usum se esse praeter Latinas 'historiis 'Graecis', etsi quae in iis leguntur ex Graecis auctoribus derivata sine dubio a Cassiodorio fere accepit ipsaque verba illa fortasse ab eodem arripuit (cf. G. 2, 10), non mero mendacio Graecorum usum sibi vindicavit. eundemque hominem, cui debetur fluvius 'Potami cognomento' (G. 16, 93), nihilo minus adspiravisse ad aliquam linguae Graecae notitiam confirmant indicia plura. nam citat in Romanis Iamblichum et veriloquiis Graecis utitur G. c. 23, 117. 29, 148 et in ipsa suae ignorantiae confessione 50, 266 non illitteratum se dicit, sed magis docte agrammatum (cf. Vitruvius 1, 1, 12: 'non debet nec potest esse architectus grammaticus, uti fuit Aristarchus, 'sed non agrammatos'). ubi cum memor fuisse videatur loci act. apost. 4, 13 ὅτι ἄνθρωποι ἀγράμματοί εἰσιν καὶ ἰδιῶται, libros sacros Graece quoque novit, nam Graecum vocabulum Hieronymus non retinuit. simili doctrina R. 31 'allophylos' substituit pro 'alienigenis' Hieronymi (quod retinuit R. 33) et R. 64 scripsit de Artaxerxe 'qui Ma- 'crochir dicebatur', cum apud Hieronymum sit 'Artaxerxes qui Longimanus cognomi- 'nabatur'. neque enim ignorabat nomina propria non esse vertenda et allophylos ipsum Hieronymum (in Esai. 2) pro nomine gentis habuisse. denique etiam in orthographicis et grammaticis quaedam Iordanes habet non explicanda nisi ex Latinitate quae graecisset[54]), ut eum Latinam linguam didicisse conicias in ludo litterario Graeco: neque id probabilitate caret, cum vixerit in Thracia, id est in ipsis confiniis linguarum duarum. Socrates

IX. Chronicon qvoddam Alexandrinvm. Ex sacris scripturis quod Iordanes ait R. 3 se relaturum esse tempora ante natum Abram 'per familiarum capita cur- 'rentem', eo significat primam operis partem ad c. 11, ubi Hieronymum citat, non proficisci ex chronicis eius, quippe quae generationes eas non referant. pendere Chronicon scholae Alexandrinae

54) Eo referenda est *y* vocalis cum diphthongo *oe* permutatio, ut non solum *Moesia* et *Mysia* confunduntur, sed scribitur adeo *Vscus*, *Pynus*, *tragydia* pro *Oesco*, *Poeno*, *tragoedia*, item *y* littera in Latinis pro *e* vel *u* (*Lysitania*, *Calydonius*), et nomina propria Latina declinata Graece, ut *Curion*, *Zenon* — *Biturigas*, *Lingonas* — *Carthaginisii*, *Fossatisii*, *Sacromontisii*: vide de his ind. III.

auctorem ex tractatu aliquo chronologico sectae Alexandrinae hodie deperdito, qui contra Eusebium Cainan alterum agnosceret et Christi natales in annum mundi 5500 referret, supra p. XVII vidimus. ex eodem omnino auctore Iordanes deprompsit quae in principio operis ex Iudaeorum historia adiecit ad Hieronymiana, quorum cum pleraque pariter referantur apud omnes sacrae historiae scriptores, c. 57 proxime accedat ad Iosephum, duo certe loci c. 26 de Aegyptiaca doctrina Mosis rediens apud Syncellum et c. 81 de persecutione Iudaeorum Alexandreae et Antiochiae tempore Ptolemaei Alexandri, de qua praeterea nihil comperi, stabiliunt chronici eius originem ex Aegypto. fabula quoque c. 268 de statua Traiani apud Indos dedicata, quae et ipsa ab Iordane solo tradi videtur, ad eundem auctorem redire potest. denique ab eodem proficiscuntur quae de versionibus bibliorum traduntur c. 270. 276. 277. 280, similia ea relatis apud Epiphanium in libro de mensuris et ponderibus neque tamen inde profecta: immo utrumque auctorem haec sumpsisse ex nescio quibus annalibus inde colligitur quod apud Epiphanium anni adscripti sunt Hadriani et Caracallae et referuntur apud eundem media haec inter annalium excerpta alia. — Christiana pauca et vulgaria quae Iordanes addidit c. 256. 265 praetereo.

Libellus de origine Romae

X. [De origine vrbis Romae] commentarium quoddam Iordanes habuerit necesse est. inde quae profecta sunt, inserta Hieronymianis ita, ut emblema facile appareat, haec sunt:

(c. 38) *Aeneas (ex Troia) fugiens in Italiam venit, se quoque cum Latino Fauni filio Pici nepote Saturnique abnepote adfinitatis gratia iungens accepta filia eius in uxorem Lavinia: unitosque Frygas Italosque populos nominavere Latinos:* (c. 39) *et sic iam ex tunc et deinceps, quamvis in pauperrimo regno locoque angusto quod dicebatur agro Laurentum* (fortasse pro *agrum Laurentum*, id est *ager Laurens*) *regnaverunt post Latinum Aeneas et successores eius [qui et Silvii sunt Albanique vocitati] pro Albano urbe [et pro postumo Aeneae] idem Aenea, qui idcirco Silvius dictus est, quia Lavinia post mortem Aeneae, timens Ascanii invidiam, clam eum in silva generavit Aeneamque Silvium nominavit.*

(c. 51) *post innumerabiles . . . Laurenti loci et Latio reges Silvios Albanosque, qui trecentos per annos in parte Italiae regnaverunt quamvis pauperrime, [Amulius rex Numitoris fratris filiam] Ream nomine, quae et [Ilia] vocabatur, [Vestalem virginem fecerat]: quae gravida inventa dum scelus suum nititur excusare, a Marte se compressam mentita est. [ex qua genitis duobus geminis rex exponi praecepit]. quos vagientes meretrix quaedam Lupa nomine cum audisset, statim tollens ad Faustulum pastorem adduxit. quos Acca uxor eius nutriens inter alios pastores conversari edocuit.*

(c. 52) *Romulus eiusque germanus [collecta pastorum multitudine] Romanae urbis aedificia inchoaverunt suoque de nomine iunior, [qui germanum peremerat,] urbem vocari Romam praecepit.*

Vncis inclusa sola ex Hieronymo proficisci potuerunt, quamquam etiam haec aliunde adsumpta esse magis probabile est. insunt autem in his plura quae in tanta diversitate fabularum alibi raro vel nusquam invenias: ita trecenti anni Silviorum apud Vergilium Aen. 1, 272 aliosque antiquiores redeuntes, a chronographis mature aboliti: ita Lupa ab Acca diversa item cum antiquioribus: ita Rea quae et Ilia: ita filius Aeneae ex Lavinia plerisque Postumus Silvius dictus, hic Aeneas Silvius: ita Romulus Remo iunior, id quod nusquam alibi legisse me memini. ut quaedam ex mera perturbatione originem duxerint, pleraque crediderim ex narratione proficisci simili ei

quam servavit auctor originis gentis Romanae plenioremque quam nos legit Paulus Diaconus, effecta ex commentariis Vergilianis.

XI. 'ANNALES CONSVLVMQVE SERIES'[55]), quos in epilogo Romanorum evolvere iu- Marcellinus comes
betur qui accuratius rerum praesentium statum infelicem cognoscere cupiat, quibusque scriptor et in hoc libello et in alterius parte utilia pleraque debet, cum continuatione Hieronymiana Marcellini comitis et auctario eius ut saepe ad verbum conveniunt, ita Iordanes adhibuit annales nostris auctiores. primum cum Marcellini auctarium quod habemus subsistat mutilum in a. 548, Iordanes id usurpasse videtur deductum ad ipsum quo scripsit annum 551: nam quae narrat ad annos extremos pertinentia non minus quam priora ex libris potissimum petita videntur, neque improbabile est eiusmodi libellos ita venales prostitisse, ut, qui exemplar emeret, haberet res gestas ad ipsum qui currebat annum continuatas. id ut in coniectura positum est, ita constat ibi quoque, ubi Marcellinum habemus, Iordanem saepe afferre quae apud hunc desiderata nihilominus aperte veniunt ex eodem auctore. quam ob rem aut Marcellinum breviatum habemus, aut ipsum eius chronicon non est nisi epitome annalium pleniorum eosque, non Marcellinianos Iordanes adhibuit. id cum in universum pateat, mihi autem in edendis chronicis latius de eo argumento agendum sit, hic satis erit rem breviter tetigisse. — De annalibus adhibitis ad Geticorum partem eam, quae propter temporis rationes Cassiodorio tribui potest, in auctoribus Geticorum disputabitur.

XII. GETICA quod in praefatione Romanorum ante haec se absolvisse auctor ait, id Auctoris Getica
res confirmat: nam passim illis in altero libello usus est et ubi differunt, Getica plerumque pleniora sunt et minus corrupta, Romana breviata magis et magis perturbata. notabilis est locus Rom. c. 373 = Get. 60, 311, ubi auctor Romana compilans primum Getica in epitomen redegit, deinde ex annalibus quaedam ita interposuit, ut ante scripta male divelleret (v. p. 49 not. 2). sed aliquoties ratio inversa est. ita Rom. 314 = Get. 26, 138 illo libro Iordanes ad verbum reddit auctorem Victorem quem dicunt, hoc liberius eum tractavit, scilicet quoniam adsumpsit Ammianum vel potius quae Cassiodorius ex Ammiano excerpsit (cf. p. XLIII). item si comparabis Rom. 344 in. et Get. 46, 242, Rom. 373 et Get. 60, 311, illa sequuntur ipsa verba auctoris Marcellini, haec longius ab iis absunt. etiam mors Valentiniani III Rom. 334 = Get. 45, 235 ex annalibus ita narratur, ut neuter locus ex altero descriptus esse possit. quam ob rem quae in utroque libro tractantur satis multa comparentur necesse est et expendatur, utrum Romana a Geticis pendeant an utraque narratio ab eodem auctore petita sit.

Auctores Geticis proprios etsi ad Romana non perpetuo adhibitos esse horum condicio evidenter demonstrat, ex Cassiodorianis quaedam Romanis quoque illata esse non certum quidem est, sed veri simile. ita quae de Illyrici cessione Valentiniana refert R. c. 329 cum redeant apud unum Cassiodorium eumque certum sit in historia de ea fuse egisse, scriptor rerum Illyricarum curiosus id inde videtur adscivisse. narratio de extremis temporibus imperii Occidentis (c. 335—339) cum non pauca tan-

---

55) Similiter a Gregorio Turonensi hist. Franc. 2, 9 citantur 'consularia'. Epiphanius quoque adv. haeres. 2, 51 p. 482 Dind. consules quibus natus sit Christus citat ὡς ἔχει τὰ παρὰ Ῥωμαίοις ὑπατάρια.

gat a Marcellino aliena et nequaquam vulgaria, immo ex parte ex uno Iordane nota et cum Prisci horum temporum enarratione, quam breviavit Euagrius hist. eccl. 2, 16, ita coniuncta, ut eiusdem narrationis utraque epitome esse videatur, non sine specie veri conicias auctorem in his praeter consularia etiam Cassiodorianam ex Prisco desumptam narrationem usurpavisse.

Auctores adhibiti in Geticis

AVCTORES IN GETICIS ADHIBITI.

Iustinus

I. POMPEIVS TROGVS citatur c. 6, 48. 10, 61, adhibetur praeterea c. 7, 50. c. 8. de fragmentis his diligenter et perite dixit Alfredus a Gutschmid in annalium Iahnii vol. 2 suppl. (1856/7) p. 193—202, ratus Iordanem auctoremve eius usum esse non epitoma Iustini, sed ipso Trogo. absunt sane ab Iustino non solum pleraque de Amazonibus c. 7 relata, quod caput Gutschmidius totum fere Trogo vindicat, sed etiam quae de Sorno Medorum rege c. 6, 47 traduntur; et ut illius narrationis origo parum evidens est, ita locus de Sorno cum reliqua narratione ita coniunctus, ut aliunde adsumptus esse non videatur. nihilominus cum compilatori, quem Iordanes in epitomam redegit, multa et varia scripta Graeca patuerint, fieri potest, ut hanc narrationem ex duobus auctoribus conflarit. e contrario quae habet Iordanes conspirantia cum Iustinianis, cum in rebus tum in vocabulorum propriorum corruptelis (ut sunt *Marpesia* pro *Marpessa* c. 7, 49 et *Vesosis* pro *Sesosis* c. 6, 47) propius ad haec accedunt quam accessura fuisse credibile est, si integrum Trogum compilator adhibuisset. ceterum saepius et Iustinus et epitomator eius Orosius ita reperiuntur simul adhibiti, ut cautela opus sit in excerptis eorum separandis.

Vergilius

II. VERGILIVS ('Mantuanus' c. 1, 9): 1, 9. 5, 40. 7, 50.

Livius

III. LIVIVM c. 2, 10 citari secundum locum Taciti ibi adlegatum duabus relationibus male confusis recte opinor statuit Sybelius p. 14: nec credibile est Livium vere dubitasse de Britannia, continensne sit an insula.

Strabo

IV. STRABO 'Graecorum nobilis scriptor' c. 2, 12 citatur de Britannia eodemque capite passim adhibetur.

Mela

V. POMPONIVS MELA citatur c. 3, 16, adhibetur nomine suppresso per totum c. 2, item c. 5, 44. 45. 12, 75.

Lucanus

VI. LVCANVS c. 5, 43.

Iosephus

VII. IOSEPHVS 'annalium relator verissimus' c. 4, 29. eum Cassiodorius (inst. div. litt. c. 17) monachis suis commendat tamquam 'paene secundum Livium' et Latine versum monachis suis reliquit.

Dio Chrysostomus et Cassius Dio

VIII. DIO 'celeberrimus scriptor annalium' c. 2, 14 citatur de Britannia eodemque capite alibi quoque adhibetur de Ravenna c. 29, 151. idem auctori est qui c. 9, 58 laudatur 'Dio historicus et antiquitatum diligentissimus inquisitor, qui operi suo 'Getica titulum dedit', item c. 5, 40 'Dio qui historias (Gothorum) annalesque Graeco 'stilo composuit', item c. 10, 65 'Dio historicus' scribens de Odessi obsidione, ut similiter ait Suidas: Δίων ὁ Κάσσιος χρηματίσας, ὁ ἐπίκλην Κοκκήιος (οἱ δὲ Κοκκηιανός) . . . Νικαεύς . . . ἔγραψε Ῥωμαικὴν ἱστορίαν ἐν βιβλίοις π΄ . . . Περσικά, Γετικὰ ἐνόδια. sed Geticorum librum tam Cassiodorius quam Suidas male tribuerunt Cassio Dioni con-

tra testem utroque longe magis idoneum Philostratum in vita Dionis Chrysostomi sic scribentem (vit. soph. 1, 7 p. 487): ὡς δὲ καὶ ἱστορίαν ἱκανὸς ἦν ξυγγράφειν, δηλοῖ τὰ Γετικά· καὶ γὰρ δὴ καὶ ἐς Γέτας ἦλθεν, ὁπότε ἠλᾶτο, nam Βορυσθενιτικὸν inscriptam orationem intellegere non potuit homo minime imperitus. index operis videtur fuisse Γετικὰ ἐνόδια, id est Getica collecta in itinere. ex iis Cassiodorium Cassiodoriive auctorem probabile est et alia hausisse et locum Thucydideum de Sitalce (cf. ind. pers. s. v.).

IX. Cornelivs [Tacitvs] 'annalium scriptor' c. 2, 13 citatur eodemque capite de Britannia passim adhibetur, sed Agricola solus, non annales, quantum apparet. eiusdem locum de sucino (Germ. 45) item sub Cornelii nomine citat Cassiodorius var. 5, 2. Tacitus

X. Clavdio Ptolemaeo 'orbi terrae descriptori egregio' acceptus refertur locus c. 3, 16—19 de Scandia. eundem, Latine puto redditum, Cassiodorius (inst. div. litt. c. 25) in bibliotheca monasterii sui iis exponit, quos 'notitiae nobilis cura flam- 'maverit'. Ptolemaeus

XI. [Dictyis] in fabula de Telepho c. 9 auctor adhibuit non quam nos habemus Latinam interpretationem, sed ipsum archetypum Graecum deperditum (v. p. 71 not. 1). Dictys

XII. [Solini] collectanea Cassiodorius ipsa adhibuisse non videtur, quamquam loci quidam (c. 5, 46. 7, 53—55) apud utrumque leguntur ita similia, ut de communi auctore dubitari nequeat. crediderim ex eadem chorographia cum originum rerum mirabilium enarratione coniuncta, ex qua sua Solinus adsumpsit, Cassiodorium descriptiones locorum hausisse, quibus rerum narrationem aut ornat aut onerat. Solinus

XIII. [Ad mappam geographicam] redeunt loci Geticorum figuras quales mappa ostendat describentes[56]. ita c. 5, 30 depingitur Scythia verbis his: 'in modum fungi 'primum tenuis, post haec latissima et rotunda forma exoritur . . . longe se tendens 'lateque aperiens', item c. 50, 264: 'Pannonia in longo porrecta planitie'. item c. 12, 75: 'Danuvius . . . sexaginta . . . hinc inde suscipiens flumina in modum spi- 'nae, quem costas ut cratem intexunt'. item c. 3, 16: 'insula magna nomine Scandza 'in modum folii citri lateribus pandis per longum ducta concludens se'. ea quoque quae sequuntur de ostiis fluviorum Vistulae et Vagi ad mappam descripta videri observavit Muellenhoff *Weltkarte des Augustus* p. 31[57]. etiam recensus insularum oceani Indici c. 1, 6 eodem ordine redit apud Iulium Honorium similis mappae expilatorem. eandem originem produnt quinque loci quibus regiones populive determinantur secundum quattuor caeli partes, scilicet Callaecia c. 44, 230; Pannonia c. 50, 264; Vandali c. 22, 114; Dacia c. 12, 74; Scythia c. 5, 31 (cf. 33) respondente descriptione earum non aetati Cassiodorii, sed saeculo fere secundo. nam ut provinciae quattuor supra dictae eae sunt quae fuerunt ante Diocletianum, ita Vandalorum ipse Iordanes ait antiquas sedes determinari suo tempore dudum ab iis relictas. ubi regiones et populos examinamus, qui pro finibus nominantur, similiter reicimur ad aetatem melio- Mappa geographica

56) Monui de ea re in actis minoribus Lipsiensibus a. 1851 p. 101, probavitque coniecturam Muellenhoffius *Weltkarte des Augustus* (Kiliae 1856) p. 29.

57) Quae de Tauro traduntur c. 7, 52 — 55, errore Muellenhoffius *Weltkarte* p. 34 ex mappa repetivit immemor locorum Solinianorum quos adscripsi. immo haec venerunt ex auctore eo de quo dixi sub c. XII.

rem. nam regiones Albania p. 62, 2, Dalmatia p. 126, 15, Germani p. 62, 1, Hiberia p. 62, 2, Lusitania p. 116, 22, Moesia superior p. 126, 14, Noricum p. 126, 15, Persis p. 62, 2, Pontus p. 62, 2, Seres p. 61, 19, utrique aetati pariter fere apta sunt, at antiquiori soli populi qui nominantur, qui sunt Autrigones p. 116, 20, Bastarnae p. 75, 11, Gothi p. 87, 16, Hermunduri p. 87, 16, Iazyges p. 75, 11, Marcomani p. 87, 16, Roxolani p. 75, 10, Sarmatae p. 75, 11. scilicet praeter Gothos, qui fortasse vere Gothini sunt[58], et Sarmatas utrique aetati pariter convenientes quinque reliquorum populorum nomina post tertium saeculum non comparent, cum antea saepissime eorum mentio fiat. quid quod harum indicationum quaedam affinitas est cum tabula Peutingerana. Daciae fines satis respondent: nam cernuntur in tabula supra Apulum et Napocam *Venadi Sarmate* et *Alpes Bastarnice*, ubi Iordanes nominat Sarmatas et Bastarnas, nec longe absunt orientem versus *Roxulani Sarmate* respondentes Aroxulanis Iordanis; Iazyges secundum nostrum auctorem ab occasu Dacis contermini a tabula absunt. item cum Iordanes antiquam Vandalorum regionem scribat comprehendi inter Marcomanos, Hermunduros, Gothos, Istrum, in Peutingerana Hermunduri et Gothi desunt, Vandali autem perscripti sunt ad sinistram Danuvii et super eos scriptum 'Marcomanni'. utut de illa finium indicatione iudicabitur, hic quoque constat secundi saeculi condiciones explicari, cum praesertim quae praeterea apud Iordanem inveniuntur regionum populorum oppidorum vocabula omnia sexto saeculo recte conveniant[59]. — At exceptionem faciunt loci duo praeterea simillimi alter de Moesia c. 9, 59 descriptus ex chorographia Orosii in eodem capite citati, alter de Suabia[60] c. 55, 280 a Cassiodorio opinor ad ipsius locorum notitiam formatus: nam Suabi ut a Suebis non

58) Viri docti, in his qui diligentissime haec perscrutatus est Zeussius (*die Deutschen* p. 447), propter solum hunc locum admiserunt Vandalos imperante Constantino Daciam Transdanuvianam sedem habuisse, neque dubium est Iordanem id significare voluisse. sed si recte demonstravi haec eum de mappa posuisse, videndum est annon recte eam intellexerit. scilicet si cum Tacito Hermunduris sedem attribuimus ad caput Albis fluvii, Gothos autem Iordanis habemus pro Gothinis, demonstratio finium apud Iordanem relata apte convenit sedibus quas Vandali habuerint necesse est bello Marcomanico; crediderimque Iordanem, cum Gothinos pro Gothis haberet, ii autem eo tempore in 'Scythia' habitarent, propterea Vandalos in Dacia Transdanuviana collocavisse et ob eam causam bellum inter Vandalos et Gothos post amissam a Romanis Daciam collocavisse.

59) Quae ex utroque Iordanis libello colliguntur indicationes geographicae demptis iis, quas ab auctoribus antiquioribus transtulit, repraesentant eum rerum publicarum statum qui tum fuit. scilicet in partibus Occidentis quae ad Italiam pertinent, eam provinciarum ordinationem sequuntur, quae instituta ab imperatoribus mansit sub Theoderico; extra Italiam pro provinciis imperatoriis substituta sunt regna quae tum fuerunt. de partibus Orientis quae traduntur in universum conveniunt cum Notitia provinciarum edita paullo ante a. 535, id est eo ipso tempore, quo scripsit Cassiodorius, Synecdemum dico Hieroclis, quodque auctor novit imperium Orientes, id est quod fuit sub Iustiniano ante bella ab eo in Occidente gesta. differunt Hierocles et Iordanes eo, quod ille Pannoniam (sic nude) cum civitatibus duabus solis Sirmio et Bassianis imperio Orientis adiudicat, contra Iordane teste c. 58, 300 Sirmium certe sub Theoderico fuit, quocum convenit Procopius anecd. 18 p. 108 Bonn.: κατέτεινε ἡ Γότθων ἀρχὴ πρὸ τοῦδε τοῦ πολέμου ἐκ Γάλλων τῆς γῆς ἄχρι τῶν Δακίας ὁρίων, οὗ δὴ πόλις τὸ Σίρμιόν ἐστι, ut mittam auctores Gothos Cassiodorium chron. a. 504 et var. 8, 10 et Ennodium paneg. p. 410 Sirm. at cum Theodericus hanc regionem non cum reliqua Italia et Illyrico obtinuerit, sed postea demum Gepidis eripuerit, probabile est Orientis imperatorem provinciis Theoderico iure concessis hanc non adnumerasse, itaque Hieroclem statum rerum enarrare eum, qualis esse debuit secundum imperatores Byzantios, Iordanem, id est Cassiodorium eum qui tum fuit. eodem referendum est, quod paullo post obitum Theoderici Amalasuentha 'contra Orientis principis votum Romanum fecit esse Danuvium' (Cassiodor. var. 11, 1).

60) Cum Savia provincia, quae et ipsa non raro Suavia dicitur, Suaborum agrum Iordanes confudit, sed ut quid Cassiodorius voluerit dubium esse non possit. vide indicem locorum.

diversi sunt, ita illo nomine vix ante sextum saeculum appellantur, denique inter quos habitare dicuntur populi Franci Burgundiones Thuringi Baiuvarii Cassiodorianae aetatis sunt omnes; Baiuvarios adeo qui nominent tempore primi, Iordanes sunt et supparis aetatis auctor laterculi cuiusdam populorum Francici[61]). sane ut Ravennae situs describitur c. 29, 149 simili ratione, sed certe non de mappa, ita etiam sine ea populos sibi notos ad eam formam Cassiodorius describere potuit. — Ceterum utrum Cassiodorius usus sit ipsa mappa mundi saeculi fere secundi an epitome inde confecta tali, qualem repraesentant nobis libelli qui extant Iulii Honorii et geographi Ravennatis, incertum est; nam etiam quae de figura provinciarum apud Iordanem leguntur, ut Scythiae cum fungo comparatio, in eiusmodi compendio scripta esse potuerunt. commendat hanc originem, quod ipsam Iulii Honorii cosmographiam Cassiodorius (inst. div. litt. c. 25) magnis laudibus extollit, potestque eam adhibuisse forma pleniore quam nos eam habemus.

XIV. Dexippvs c. 22, 113 citatur, ubi agitur de Vandalorum profectione ab Oce- Dexippus
ano ad fines imperii Romani. praeterea veriloquium de Herulis c. 23, 117 quod Ablabio acceptum refertur venit a Dexippo. probabile est utroque loco Dexippum per Ablabium citari.

XV. Fabivs, a quo sumpta est pars descriptionis Ravennae c. 29, 151, quinam Fabius
fuerit, nescio. possis conicere ibi, ubi Iordanes legerit Fabium,, Cassiodorium nominavisse Ablabium: sed ei opinationi non multum tribuo.

XVI. [Ammianvs] res gestas ipse ait scripsisse se ab exordiis Nervae ad interitum Ammianus
Valentis; superat operis operumve pars postrema inde ab annis extremis Constantii II. iam Iordanes quidquid habet ex historia Romana ad hanc aetatem (a. 353—378) pertinens, scilicet c. 24, 126. 127. 128[62]). c. 25. 26, ex Ammiano sumpsit, pauca sane, quoniam a Constantino ad Valentem saltu transiit: id quod fecit consulto, eo quod post Claudii et Aureliani victorias fere ad tempora Valentis ipso Ammiano teste 31, 5, 17 'Gothi per longa saecula siluerunt immobiles' aut certe clades tantum suas annalibus inscribendas dederunt (cf. Anon. Vales. 31). optime igitur Schirrenus p. 31 coniecit ea quoque quae ex simili auctore deprompta leguntur c. 16, 89—93. 18, 101. 20, 109. 21, 111. 112 (vide quae adnotavimus ad c. 16, 93. 18, 101. 103. 20, 108) pertinentia ad imperatores a Philippo ad Constantinum I proficisci ex commentariis Ammiani deperditis. inter Domitianum et Philippum quod solum ex Romanis historiis auctor interposuit caput de Maximino ipse ait ex Symmacho proficisci. narrationem c. 17 de bello inter Gothos et Gepidas gesto quaeque traduntur de Gebericho et Ermanaricho c. 22. 23. 24 eo minus dubitari potest non ex Ammiano petita esse, quod Ermanarichus secundum Iordanem a fratribus Saro et Ammio interfectus est, secundum Ammianum 31, 3, 2 propter Hunnorum metum voluntariam mortem sibi conscivit. ea denique, quae de

61) Muellenhoff in actis maioribus acad. Berolinensis a. 1862 p. 537. adsentitur Waitzius *deutsche Verfassungsgeschichte* 2^2 p. 74.

62) In descriptione Hunnorum apud Iordanem multa inesse ita sumpta ex Ammiano, ut ipsa eius verba redeant, in adnotatione demonstratur: addendum p. 91, 10 verba *quod genus* (Hunnorum) *expeditissimum multarumque nationum grassatorem Getae ut viderunt, pavescunt* venire ex Ammianis 31, 2, 12: *hoc expeditum indomitumque hominum genus* (Hunnorum) . . . *per rapinas finitimorum grassatum* et c. 3, 1: *Huni . . . Ermenrichi pagos repentino impetu perruperunt.*

Gothorum fortiter factis sub Diocletiano et Constantino afferuntur c. 16, 91. 21, 110, ad illam, quam Ammianus testatur, victoriarum Gothicarum intermissionem aliquatenus explendam Cassiodorius aut ex Orosio adscivit aut ad Orosium interpolavit. — Ceterum quae ex Ammiano quatenus superest exscripta apud Iordanem leguntur, omnium optime ostendunt non solum quanta levitate Cassiodorius rem perfecerit (cuius culpae tamen partem in Iordanem transferre licebit), sed etiam quam mala fide studio Gothorum suorum tradita perverterit: quod insigni exemplo monstrat narratio de evasione Fritigerni c. 26, 136.

Continuator Ammiani

XVII. [CONTINVATOR AMMIANI] aliquis videtur adhibitus esse in iis quae interposita sunt inter excerpta Ammiana, quae finiunt c. 26, 138, et Prisciana, quae incipiunt c. 34', 178: quamquam Prosper quoque, item consularia in his usurpata sunt. Koepkius (*Anfänge des Königthums* p. 81) cogitavit de Eunapio propter epitomatoris eius Zosimi locum 4, 34 de expeditionibus Fritigerni et Alathei Safracisque: sed similitudo non ea est quae sufficiat.

Rufinus

XVIII. [RVFINI] Aquileiensis (c. a. 345—410) praefationem versionis commentariorum Origenis de epistula Pauli ad Romanos paullo mutatam et Castalio inscriptam Iordanem malo plagio Geticis praeposuisse Sybelius primus animadvertit (v. p. 53). quod ait Schirrenus p. 22 non plagium eum committere voluisse, sed a Rufino citando utpote orthodoxae fidei addictum abstinuisse, aliena proferre se insinuavisse insertis verbis p. 53, 4 'ut quidam ait', mihi non probavit: ea enim qui legit referat necesse est non ad praefationem, sed ad figuram de pisciculis ex Graecorum stagnis sublectis.

Prosper

XIX. [PROSPERI] continuatio Hieronymianorum ad annos perveniens 379—455, ex qua Cassiodorius chronicum a. 519 editum potissimum compilavit quamque item monachis suis (inst. div. litt. c. 17) commendavit, ad Getica duos solos locos[63]) contribuit c. 34, 177 narrationem de Litorio cum ipsis consulibus ex Prospero translatam (v. ind. person.) alteramque c. 42, 223 de papae Leonis ad Attilam legatione ex eodem auctam. ad Cassiodorium haec redire inde sequitur, quod in Romanis annalium Prosperianorum nullum vestigium reperitur.

Priscus

XX. PRISCVS 'historicus' natione Thrax ex Panio oppido provinciae Europae citatur c. 24, 123. 34, 178. 35, 183. 42, 222. 49, 254. 255: praeterea ex fragmentorum eius alibi servatorum cum Iordanianis consensu certum est proficisci ab eo locos c. 24, 126. 36, 184. 42, 223. 43, 225, verisimile c. 3, 21[64]). scripsit is ἱστορίαν Βυζαντιακὴν καὶ τὰ κατὰ τὸν Ἀττήλαν teste Suida, cum in excerptis Constantinianis aut

63) Errore Hertzbergius (*Historien des Isidorus* p. 50) ex Prosperi adnotatione ad a. 453: 'Attila . . . 'mortuo magna primum inter filios ipsius certamina de obtinendo regno exorta sunt' ait Iordanem hausisse c. 50, 259. nam verborum tenor differt, nec recte is qui de dissidiis illis accurate refert, generale exordium plane necessarium creditur mutuatus esse ab auctore de singulis tacente.

64) Narrationes duae de Scrithofinnis Procopii b. Goth. 2, 15 et Iordanis 3, 21 vel potius Cassiodorii aperte ab eodem auctore pendent, et cum utrumque constet Prisciana adhibuisse, non improbabile est ea quoque venire a Prisco, quamquam ad Attilam certe haec non pertinent possuntque item sumpta esse ex nescio quo mirabilium scriptore Graeco. de iisdem quae narrat Paulus diaconus hist. Lang. 1, 5 cum non ex Iordane petita sint, sed Procopianis similia, ea statuendum est Paulum hausisse ex Secundo Tridentino (vide quae exposui *Neues Archiv* 5 p. 72 sq.), Secundum ex Cassiodorio. — Rom. 333 cum referatur de bello Marciani adversus Nubades et Blemmyes, mero casu de eodem praeterea unus Priscus (fr. 21 p. 100 Muell.) nobis testis est, neque enim ex Prisco illa Iordanes adscivit, sed ex consularibus suis.

ἱστορία Βυζαντική inscribatur aut Γοτθική: probabile autem est vel in ipso indice Attilae eum nomen posuisse, cum satis constet Priscum et ab Attila incepisse et maxime elaborasse in explicandis rebus regis, ad quem ipse a. 448 inter legatos ivit quemque propter eum solum ita novimus, ut ex eorum saeculorum viris non Romanis solius Attilae vivida imago hodie supersit. perveniunt Prisci fragmenta ad a. 471 probabiliterque statuunt viri docti eum substitisse ad a. 472, cum Malchus incipiat a sequenti Leonis imperatoris septimo decimo (Mueller vol. 4 p. 69). — Priscianorum egregiam partem Iordanes servavit duobus locis, scilicet historiae Vesegotharum inseruit indolis Attilae adumbrationem et expeditionum duarum in Galliam susceptarum narrationem a c. 34, 178 ad c. 43 extr., Ostrogotharum autem rebus a c. 49, 254 ad c. 50, 263 interposuit narrationem de morte Attilae et sepultura, item de dissolutione imperii post ipsius obitum[65]). utriusque loci principio Priscus nomine citatur exordiaque, maxime prioris, nullo modo cum praecedentibus coniunguntur, sed plane abrupta procedunt. item distinguuntur duo loci argumento, quod totum vertitur in Attilanis et regis Hunnorum indolem et res gestas solas respicit, ut apud Iordanem neque de Attila quicquam legatur, quod non sit Prisci, neque quicquam Prisci, quod non sit cum Attilae rebus coniunctum. sed omnium maxime capita haec distinguit propria nobilitas et egregium scriptoris ingenium eo magis insignia, quod tamquam faces e tenebris Prisciana haec emicant ex Iordanianis et luce quidem vix temerata: nam inter Prisciana locos, quos probabile sit Iordanem aliunde adscivisse, non repperi nisi tres[66]), primum c. 40, 209, ubi victoriae meritum in proelio in campis Catalaunicis pariter atque in chronico Cassiodoriano male ad Gothos trahitur, alterum de papae Leonis ad Attilam legatione c. 42, 223 ex Prosperi chronico auctum, tertium de caede Bledae c. 35, 181, non tam quod eius praeterea soli annales Romani meminerunt quam quod sententia addita 'librante iustitia detestabili remedio crescentem deformes exitus invenisse' Prisci gravitati et simplicitati parum convenit. neque enim auctores tam dissimiles cogitari possunt quam sui dissimilis est Iordanes, scilicet vulgaris et Priscianus. illic omnia exilia hiantia tumentia luxata obscura interpolata: hic narratio recte et plane procedit. interponuntur orationes similiaque (p. 107, 3. 110, 12. 124, 13), quibus rerum status optime explicatur et magnae res condigna gravitate illustrantur, ut pulcherrimum de Attila mortuo carmen omnes Alexandri laudationes longe post se relinquit. variorum populorum proprietates recte distinguuntur notabilisque est locus p. 125, 20 de armorum diversitate. homines depinguntur ad vitam et verum (p. 105, 15. 110, 1. 123, 18), causae rerum rationesque et perite indicantur et religiose, ut quid in coniectura positum sit, non taceatur (ita de Attilae militum numero p. 105, 12, de pyra p. 112, 19, de Honoria p. 115, 11). sermo quoque totus differt. sententiae interponuntur, rhetoris sane, quem locum Priscum tenuisse traditur, iusto frequentiores nec semper

65) Fortasse quae de filiis Attilae Iordanes habet c. 50, 266. 53, 272 (cf. 52, 268), item ad Priscum redeunt, cum praesertim in Priscianis excerptis aliis similiter atque apud Iordanem Dingizich Romanis infestus appareat, Ernach magis amicus. in enarrandis rebus Moesiacis et Thracicis post Attilae excessum Iordanes relata apud Priscum et sibi ipsi visa et audita contaminavisse videtur.

66) Accedunt his minora studio Gothico fucata ea quae mox conmemorantur, item Ablabiana ea de quibus agitur p. XXXIX.

egregiae, sed minime inscitae (p. 107, 1. 23. 108, 11. 109, 13. 113, 16. 125, 13. 128. 2); item figurae et similitudines non infelices (ut p. 110, 3: 'reliqua si dici fas 'est turba regum . . . ac si satellites nutibus Attilae attendebant et ubi oculo ad- 'nuisset, absque aliqua murmuratione cum timore et tremore unusquisque adstabat' et p. 112, 13: 'velut leo venabulis pressus speluncae aditus obambulans nec audet insur- 'gere nec desinit fremitibus vicina terrere'). ipsi illi Gothici colores tumidi et inepti in his rarescunt (cf. praesertim adn. ad c. 40, 210, item p. 107, 17. 109, 18. 110, 1) et solitis soloecismis quamquam non abstinet epitomator (qui enim potuit?), tamen ex barbarico iam videmur in civilem vitam rediisse et pro infantia monachi Moesiaci humanos sermones exaudire. omnino de Prisco similiter evenit, atque supra in Floro vidimus, ut narrationis pulchritudo et barbari Alexandri laudes insignes etiam per Cassiodorianos calamistros elucentes humilis scriptoris animum ferirent et tamquam numine verae historiae tactus describeret ea magis quam compilaret. ut a legationis Prisci ad Attilam pulcherrima descriptione, quam ipsam habemus, haec longe absunt, ita egregius rerum scriptor vel apud Iordanem minus dissimilis sui evasit quam expectaris. hoc autem nomine reliqua Prisciana longe vincuntur a reliquiis quas Iordanes servavit, quod cum illa tractent argumenta communia fere et tenuia, hic versamur in penetralibus historiae et summae gravitatis rebus.

Quae de Prisco Iordanis auctore in narrationibus Attilanis posuimus ut expleantur, non omittenda est quaestio, unde Gregorius Turonensis hist. Franc. 2, 7 petiverit narrationem de duabus Attilae in Galliam expeditionibus ita comparatam, ut demptis piis excursibus ad sanctuaria sanctosque Tungrenses, Mettenses, Aurelianenses, Romanos pertinentibus sine dubio miraculorum scriptori propriis reliqua Iordanianis simillima et quodammodo paria sint[67]. ea similitudo talis est, ut aut ex ipso Iordane auctoreve eius Cassiodorio Gregorius sua petierit necesse sit aut certe uterque pendeat ab auctore communi. sed illi coniecturae adversantur cum indicia quaedam in ipsa narratione sese prodentia[68] tum praesertim, quod Gregorius mox Aetii indolem enarrans auctorem laudat Renatum Profuturum Frigeridum, cui item deberi quae praecedunt in eiusdem Aetii rebus gestis potissimum versantia ratio suadet. sed Frigeridum auctorem a

67) Ipsa adscripsi adiectis paginis Iordanianis, ut de re facile quivis iudicet. — Hist. Franc. 2, 6: 'Chuni a Pannoniis egressi [p. 116, 1] ut quidam ferunt . . . . . c. 7. (Attila) Mauriacum campum adiens '[p. 108, 6] se praecingit ad bellum . . . . . Aetius cum Gothis [p. 107, 3 sq.] Francisque [p. 108, 3] con- 'iunctus adversus Attilanem confligit. at ille ad internicionem vastari suum cernens exercitum fuga dilabitur. 'Theodorus vero Gothorum rex huic certamini succubuit [p. 111, 20] . . . . . verumtamen Aetius patricius 'cum Thorismodo victoriam obtinuit [p. 112, 3] hostesque delevit. expletoque bello ait Aetius Thorismodo: 'festina velociter redire in patriam, ne insistente germano patris regno priveris [p. 113, 12]. haec ille 'audiens cum velocitate discessit [p. 113, 16] quasi anticipaturus fratrem et prior patris cathedram adepturus. 'simili et Francorum regem dolo fugavit. illis autem recedentibus Aetius spoliato campo victor in patriam 'cum grandi reversus est spolio. Attila vero cum paucis reversus est, nec multo post Aquileia a Chunis 'capta, incensa atque diruta [p. 114, 5. 18], Italia pervagata atque subversa est [p. 114, 20]. Thorismodus, 'de quo supra meminimus, Alanos bello edomuit [cf. p. 115, 20]. ipse deinceps post multas lites et bella a 'fratribus oppressus ac iugulatus interiit [p. 116, 12]'.

68) Extrema scilicet Gregorius paullo accuratius refert quam Iordanes. nam Thorismodum bello domuisse Alanos Iordanes innuit magis quam enuntiat, similiterque periisse eum insidiis ita narrat, ut fratrum mentionem non faciat, cum reliqui auctores disertе scribant insidias ei struxisse fratres Theudericum et Fridericum (cf. Idacius ad a. 453; Prosper ad a. 454; Isidorus hist. Goth. 30). denique regis Francorum Iordanes mentionem non fecit.

nemine praeterea laudatum aetatisque plane incertae in rebus Attilanis et ipsum pendere a Prisco et per se probabile est (nam in universum de Attila quae posteri tradiderunt, ei auctori potissimum debent) et ipsa illa Aetii egregia descriptio[69]) vel maxime suadet: simillima enim est Priscianae Attilae et iis coloribus adumbrata, quos Prisci esse constat.

XXI. Ablabii 'descriptoris Gothorum gentis egregii verissima historia' adlegatur Ablabius c. 4, 28, item laudatur 'Ablabius historicus' c. 14, 82. 23, 117 ab alio nullo nominatus[70]). id nomen vel potius signum formatum consuetudine quae a tertio inde saeculo invaluit (nam ex ἀβλαβής factum est ut Alethius Epiphanius Eugenius Eusebius Euanthius aliaque complura ex similibus bonae significationis adiectivis[71]) cum et consul ordinarius a. 331 gesserit (C. I. L. III, 352) et alii non pauci[72]), nullus inter eos est cui cum aliqua probabilitate historiam illam Gothicam tribuas, nec solum aetas scriptoris in coniectura posita est, sed ne hoc quidem constat, num Graecus fuerit an Romanus Gothusve et utrum Graece scripserit an Latine. nam signa illa Latina declinatione ex Graecis plerumque vocabulis formata etsi in Occidente coeperunt, utrique parti imperii communia sunt, quaeque ex Ablabio Iordanes affert, veriloquium quoque Graecum de Herulis c. 23, 117, tam ex Graeco quam ex Latino auctore derivari potuerunt. — Optandum foret, ut de Ablabio accuratius constaret: nam quae adsunt apud Iordanem petita ex narrationibus Gothorum, ut constat Iordanem debere Cassiodorio, ita si quid video Cassiodorius ex Ablabianis sublegit. Cassiodorium natione Bruttium, fortasse ne linguae quidem Gothicae peritum (certe testimonia desunt) et per totam vitam in summa re publica versatum non solum parum probabile est carmina illa et fabulas ex ore popularium ipsum collegisse, sed id

---

69) Eam quoque (l. 2, 8) apponere visum est: 'medii corporis, virilis habitudinis decenter formatus, 'quo neque infirmitudini esset neque oneri, animo alacer, membris vegetus, eques promptissimus, sagittarum 'iactu peritus, conto impiger, bellis aptissimus, pacis artibus celebris, nullius avaritiae, minimae cupiditatis, 'bonis animi praeditus, nec impulsoribus quidem pravis ab instituto suo devians, iniuriarum patientissimus, 'laboris appetens, impavidus periculorum'.

70) Nam quod scribit Rupertus abbas Tegernseensis in epistula (edita apud Pezium et Hueberum cod. diplomat. VI, 2 p. 53) hac: 'E. benignissimo scientiae clavigero B. intimus amicus et ipsum introire et aliis 'introitum aperire. rogo benivolentiam tuam, dilectissime, ut aliquos ex subiectis mihi transmittere digneris, 'vel scilicet Plinium de naturali historia vel Ptolemeum de cosmographia vel Blavium de gestis Gothorum vel 'Marcellinum de situ Hierosolymorum et Constantinopolitanorum vel Lactantium de ira dei vel Augustinum 'contra Iulianum vel aliquod opus Tertulliani. Ieronymum in Iob vel Leviticum magnopere desiderarem si 'usquam haberi sperarem', venit sine dubio ex lectis ei Geticis Iordanis. — Simili, sed minus excusabili errore nuper Paulus Buchholz (*die Quellen der* historiarum decades *des Flavius Blondus*. Naumburgi 1881), p. 24 sq., 131 sq. contendit Blondum, qui modo Iordanem adlegat, modo Priscum Ablabiumve, praeter Iordanem ipsum Ablabium adhibuisse, quamquam quae affert Blondus ex Ablabio, omnia et ex parte ad verbum redeunt apud Iordanem: nisi forte hoc Ablabii est regem Francorum, cuius nomen in proelio Catalaunico narrando Iordanes non ponit, fuisse Meroveum.

71) Composuit eos Schirrenus p. 36—41 diligenter magis quam fructuose. addo Ablabium Murenam ex vita Claudii Gothici c. 15, quoniam, licet epistula ipsa spuria sit, eius nominis antiquissimum quod norim exemplum praebet. ceterum ne quem deinceps decipiat sententia, quam sumptam 'ex sexto decimo Theo-'dosii imp. libro, capitulo videlicet undecimo, ad interrogata Ablavii ducis illi et omnibus rescriptam' referunt capitularia spuria (M. G. LL. II, 2 p. 91), moneo significari non rescriptum nescio quod Theodosii iunioris ad ducem Ablabium datum, ut visum est Schirreno, sed constitutionem Sirmondianam primam datam a Constantino ad Ablabium consulem a. 331, quae in quibusdam libris adscribitur Codicis Theodosiani l. XVI tit. 11 de episcopali iudicio (v. Haenel de const. Sirmondi p. 16).

72) De patrocinio quod Ablavii forma barbara apud quosdam viros doctos nacta est et de veriloquiis eius vocabuli quae dicuntur Gothicis humanum est tacere.

se fecisse ipse negat. nam qui scribit (c. 5, 38): 'nec eorum fabulas alicubi rep-'perimus scriptas, qui eos (Gothos) dicunt in Brittania . . . in servitutem redactos 'et in unius caballi pretio a quodam ereptos' et reprehendens eos qui de Gothorum origine aliter atque ipse statuant adiungit 'nos potius lectioni credimus quam fabulis 'anilibus consentimus' (Cassiodorii enim magis haec omnia esse quam Iordanis paene certum est), is satis significat quidquid referat, ex libris se sumpsisse, ipsiusque huius de redemptione Gothorum ex Britannia fabellae aliquam commemorationem apud auctorem sine dubio deprehendit. id autem si ita est, inter auctores qui citantur apud Iordanem nullus est, cui has fabulas acceptas ferre possis excepto Ablabio. eius e contrario de Gothica historia merita vel in epitoma ita praedicantur, ut distinctum inter auctores adhibitos memoratosve locum ei non possimus non tribuere. locos quibus adlegatur ubi examinamus, primum inde efficitur Ablabium non in rerum Romanarum enarratione de Gothis dixisse, sed de ipsis rebus Gothicis commentarios edidisse, id quod ex auctoribus apud Iordanem laudatis praeterea in Dionem Chrysostomum solum cadit. deinde omnes ostendunt Ablabium egisse de Gothorum originibus, id quod proxime coniunctum est cum narrationum illarum popularium relatione. denique primo loco quae de 'priscis Gothorum carminibus paene historico ritu' afferuntur, ita coniuncta sunt cum Ablabii commemoratione, ut ad ipsum haec quoque pertinere videantur[73]. praeterea ex tertio loco efficitur Graecos auctores ab Ablabio adhibitos esse, cum ex eo citentur quae constat esse Dexippi. itaque cum non solum Gothica doctrina, qualis Iordanianis inest, sed Graeca quoque Cassiodorii ingenium superare videatur, etiam huius bonam partem per Ablabium suam eum fecisse crediderim. ea praesertim quae ex Prisco citantur ab Ablabio proficisci inde probabile redditur, quod quae de Vidigoia cantu maiorum celebrato traduntur duobus locis c. 5, 43 et 34, 178, sine dubio ab eo auctore profecta sunt, a quo Gothicae narrationes veniunt, id est si verum vidimus ab Ablabio, altero autem loco cum Prisci relatione ita implicita, ut Cassiodorium utramque narrationis partem ipsum coniunxisse parum probabile sit. item in narratione de origine Hunnorum quae Prisco accepta feruntur quaeque de Haliurunnis narrantur nullo modo ad Priscum referenda ita pari tenore decurrunt, ut magis credideris duas narrationes non conflavisse Cassiodorium, sed conflatas ante expilavisse. — Haec si recte disputata sunt, fuit quidam sive Gothus sive Romanus Graecusve Gothice doctus, certe qui pariter atque Amalasuintha tres linguas calleret, nomine Ablabius, qui in Gothorum origines et res gestas inquirens tam ipsorum cantus vetustos in usum vocaret quam Graecorum auctorum narrationes. quo tempore

73) Similem sententiam cum olim Sybelius proposuisset, contra dixit Schirren p. 36 ipsumque Sybelium (*Königthum* ed. 2 p. 193) iam habet adsentientem. nihilo minus illa opinio eatenus mihi certa videtur, quatenus per barbaras has tenebras ad certam persuasionem perveniri potest. primum quod opponunt Ablabium non commemorari in migratione Gothorum e Scandia in Scythiam, sed tantummodo in rebus Scythicis, aliquid ponderis haberet, si narrationis alius auctor afferretur. at cum nullus adscribatur, non is Iordanes est, quem tuto contendas eo ipso loco, quo primum scriptore aliquo utitur, eius nomen posuisse. deinde quod aiunt loco primario c. 4, 28 carmina Gothorum non secundum Ablabium laudari, immo iuxta poni carmina et ipsum, verum est; sed ita compilatores omnes agunt egitque ipse Iordanes sive is Cassiodorius est, citans c. 2 Livium et Cornelium, ubi Tacitus adhibitus est Livium laudans. Iosephi quoque locus haud scio an et ipse ex Ablabio in Cassiodoriana venerit.

vixerit, parum constat; crediderim tamen scripsisse eum non multum ante Cassiodorium regnante Theoderico, ante quem Romanorum Gothorumque coniunctum regnum stabilientem vix credibile est virum doctum sive Gothum sive Romanum tale opus aggressurum fuisse. huic probabile est maximam et utilissimam partem historiae Gothicae Cassiodorianae deberi, neque omittendum primariam operis divisionem secundum tres Gothorum sedes relatam c. 5, 38—42 ipsi Ablabio quodammodo acceptam referri (c. 14, 82). singillatim Ablabiana ut persequamur quamquam fieri non potest, tamen ubi ad cantiones maiorum provocatur (ut de capillatis c. 11, 72) legesque Gothicae belagines commemorantur (c. 11, 69) aut nominum formae produnt scriptorem Gothice doctum, id quod cadit in descriptionem Scandiae (c. 3) et stemma Amalorum (c. 14) et Gepidarum originem (c. 17) et recensum populorum in dicione Hermanarici constitutorum (c. 23, 116), ibi probabile est Ablabium auctorem subesse.

Symmachus

XXII. SYMMACHVS 'in quinto historiae libro' c. 15, 83 (cf. c. 88) vitam imperatoris Maximini enarravit. secundum anecdotum cod. Caroliruhensis (infra p. XXXX) Symmachus consul ordinarius a. 485 (eum enim significari recte intellexit Vsener) 'parentes suos imitatus historiam quoque Romanam septem libris edidit', cuius praeter Cassiodorium nemo meminit. locus quem servavit Iordanes cum ad verbum fere conveniat cum narratione, quam legimus nos in vita Maximini corpori scriptorum historiae Augustae inserta sub nomine Iulii Capitolini, nisi quod Christianorum persecutionem Maximino exprobrat Symmachus secutus auctores christianos (Eusebius hist. eccl. 6, 28; Oros. 7, 19) eamque ruinae eius causam fuisse ait magis pro sua pietate quam pro veritate rei, dubium non est ex illo corpore Symmachum sua mutuatum esse.

Marcellinus comes

XXIII. CONSVLARIVM vestigia in Geticis, scilicet in parte quae Cassiodorii aut est aut certe esse potest (nam de reliqua supra p. XXIX diximus), praeter paucissima Hieronymiana et Prosperiana, de quibus p. XXVI. XXXIV dictum est, apparent fortasse ad a. 411—427 c. 32, 165. 166, certo ad a. 455—477 per c. 45. 46: coeperunt igitur aut a fine Prosperi aut, quod magis crediderim, a fine Hieronymi. ita autem comparata fuerunt, ut in ea item perveniant quae loco modo citato disputavimus de annalium ab Iordane adhibitorum cum Marcellinianis et similitudine et diversitate. accedit in his, quod Cassiodorius scribens inter a. 526 et 533 Marcellini volumen editum a. demum 534 adhibere non potuit; ab eo autem haec proficisci, non ab Iordane probabile est, cum narrationis tenor nullo modo variet, neque defuisse Cassiodorio horum quoque temporum consularia vel ex chronico ab ipso a. 519 edito intellegatur. — Deinde in rebus Theoderici narrandis Cassiodorius adsumpsit, ut debuit et ut ante fecerat in chronico modo citato, consularia ea quae hodie dici solent Ravennatia tota imbuta spiritu regni Theodericiani, sive ea publico consilio edita sunt sive, quod prudentiores praeferent, a laudatore aliquo status praesentis. suis annalibus quamquam non usus est propter brevitatem, loci quos ibi Prosperiana brevians ob Gothica studia mutaverat, in Geticis plane similiter tractantur, ut demonstrabunt quae adnotavi c. 18, 103 de Decio, c. 28, 144 de Athanarico, c. 30, 154 de proelio Pollentino, c. 30, 156 de Roma capta, c. 32, 166 de Vandalorum in Hispanias 'fuga', c. 40, 209 de proelio in campis Catalaunicis, c. 42, 221 de obsidione Aquileiae. luculenter igitur in minore opere germina apparent maioris.

Cassiodorius

XXIV. Flavius Magnus Aurelius CASSIODORIVS SENATOR [74], de cuius vita nuperrime optime egit Hermannus Vsener (*Festschrift zur Philologenversammlung in Wiesbaden* 1877 p. 66 sq.), e Bruttiis originem trahens (var. 1, 4), avum habuit sub Valentiniano III (÷ 455) tribunum et notarium (var. 1, 5), patrem sub Odoacro et Theoderico summis officiis functum et ab hoc patricium factum (var. 1, 4. 5). ipse primaevus post a. 500 quaestor sacri palatii factus est (var. 9, 24; Vsener l. c. p. 69), mox patricius et ipse (Vsener l. c. p. 16. 70), deinde a. 514 consul ordinarius, postea magister officiorum (var. 9, 24: anecdotum apud Vsenerum p. 16), quod officium per multos annos retinuisse videtur (var. 9, 24: 'quo loco positus semper quaestoribus affuisti'), certe obtinuit cum obiit Theodericus a. 526 eique successit nepos Athalaricus (var. 9, 25), deposuit autem factus praefectus praetorio a. 533/4 (var. 9, 24. 25). Athalarici mortui a. 534 successorem Theodahadum publice laudavit (Haupt opusc. 3, 303) et ei quoque, item qui ei successit a. 536 Vitigi regi quaestorium officium exhibuit, neque a rebus publicis recessit ante a. 537/8 (var. 12, 16. 27). devictis Gothis vitam saecularem reliquit et monachus factus postquam nonagesimum tertium annum agens librum de orthographia edidit, grandaevus obiit. — Historiae Gothicae cum epitomam Iordanes se proponere ipse scribat in praefatione Geticorum —: 'suades, ut nostris verbis duo-'decim Senatoris volumina de origine actusque Getarum ab olim et usque nunc per 'generationes regesque descendentem (sic) in uno et hoc parvo libello coartem' — et quae praeterea de eo opere tradita habemus ad iudicium de Iordanianis ferendum plane necessaria sint, componemus primum quae de eo supersunt testimonia profecta omnia ab ipso auctore, neque enim quisquam praeter ipsum et Iordanem eius meminit. eorum locorum tempore primus est epistula var. 9, 25 scripta a. 533 ante k. Sept. sub nomine Athalarici ad senatum urbis Romae: 'tetendit se Cassiodorius) in antiquam prosapiam 'nostram lectione discens quod vix maiorum notitia cana retinebat. iste reges Gotho-'rum longa oblivione celatos latibulo vetustatis eduxit. iste Amalos cum generis sui 'claritate restituit, evidenter ostendens in decimam septimam progeniem stirpem nos 'habere regalem. originem Gothicam historiam fecit esse Romanam colligens quasi in 'unam coronam germen floridum quod per librorum campos passim fuerat ante dis-'persum. perpendite, quantum vos in nostra laude dilexerit, qui vestri principis na-'tionem docuit ab antiquitate mirabilem, ut, sicut fuistis a maioribus vestris semper 'nobiles aestimati, ita vobis regum [*codd.* rerum] antiqua progenies imperaret'. idem praefectus praetorio et munus iniens in epistula ad senatum 11, 1 licet historiam non nominatim citet, regum Amalorum seriem (vide c. 14) inde aperte deprompsit, et 12, 20 ea citat quae Iordanes c. 30, 156 (ubi locum attulimus) in compendium redegit. denique in praefatione variarum, quae scripta videtur c. a. 538, sic ipsum adloquuntur amici: 'duodecim libris Gothorum historiam defloratis prosperitatibus condidisti: cum 'tibi in illis fuerit secundus eventus, quid ambigis et haec publico dare, qui iam 'cognosceris dicendi tirocinia posuisse?' ad haec nuper accessit codice Carolirubensi servatus 'ordo generis Cassiodoriorum eorumque (*cod.* casiodorumq) qui scriptores ex-

74) Propter nomina videantur Vsener l. c. p. 16 et Rossius inscr. chr. 1 p. 431. legitimum nomen ei fuisse Senatori fasti ostendunt eo solo nomine utentes: Cassiodorius signum fuit pariter atque Ablabius similiaque (v. p. XXXVII). itaque etiam grammatica ratione forma in *-ius* sola probabilis est.

'titerint ex eorum progenie vel qui eruditi' (*cod.* vel ex quibus eruditis) editus ab Vsenero l. c., unde huc pertinent extrema: 'Cassiodorus Senator vir eruditissimus 'et multis dignitatibus pollens iuvenis adeo dum patris Cassiodori patricii et praefecti 'praetorii consiliarius fieret et laudes Theodorichi regis Gothorum facundissime reci- 'tasset, ab eo quaestor est factus, patricius et consul ordinarius, postmodum dehinc 'magister officiorum et praefuisset [*scr. fere* praef. praet. suggessit] formulas dictio- 'num, quas in XII libris ordinavit et variarum titulum superposuit. scripsit praeci- 'piente Theodoricho rege historiam Gothicam originem et loca mores in [moresque XII 'emendat Vsener] libris annuntians'. librum, unde haec excerpta sunt, ideo potissimum, quod Symmachi et Boethii vita ita enarratur, ut iudicii eorum et exitii mentio nulla fiat, Vsenerus contendit a. 522 a Cassiodorio scriptum esse et propterea historiam Gothorum ante eum annum editam. sed id ut perite arguit, ita parum demonstravit. nam cum et praefectura praetorii a. 534 adepta non obscure ibi commemoretur et variarum publicatio c. a. 538 facta, item in ipso principio Cassiodorius praeter honores saeculares etiam 'monachus servus dei' dicatur, apertum est hoc apospasmatium aut superesse ex libello post Cassiodorii conversionem edito aut, quod magis crediderim, additamentis alienis auctum esse. nec rationem habet de variis quae dicuntur ad interpolatorem referre et hoc testimonio uti ad historiae Gothicae editionem definiendam. e contrario ut probabile est iubente Theoderico historiam coeptam esse, ita omnia suadent editam eam esse inter a. 526, quo obiit Theodericus, et a. 533, quo eam commemorat epistula auctoris supra recitata. ita enim recte explicatur, Cassiodorius certe laudibus suis nequaquam invidens cur extremis tantum officii sui annis eius operis mentionem fecerit: item quod ex ipsa historia citari videtur septimum decimum regnare Athalaricum, vivo Theoderico ita scribi non debuit. quod si ita Cassiodorius narrationem finivit relato obitu Theoderici et successione Athalarici[75], recte id convenit Iordanianis. nam non solum admiratio summi Theoderici, quam passim prae se ferunt, ingenium Iordanis longe excedit, quippe qui ipse ultra tenuis hominis adversus imperatorem qui nunc est legitimam devotionem non adspiret, sed etiam stili Cassiodoriani certa indicia eatenus deprehenduntur. ita in verbis c. 57, 296 'numquam 'Gothus Francis cessit, dum adviveret Theodoricus' nominativi usum recte Schirrenus p. 11 Cassiodorio vindicavit[76]. — Cassiodorii libros, quo tempore Iordanes scripsit viginti circa annis post Cassiodorium ipso etiamtum vivo, nondum vulgo sparsos, certe in regione ea in qua versabatur Iordanes alibi non repertos ab ipsius auctoris dispensatore[77] ad triduanam, si credis, lectionem sibi procuravit, sine dubio excusationem sibi parans adversus eos, quos praevidebat questuros esse de narratione Cassiodoriana

75) Vsenerus l. c. p. 73 eum substitisse iudicat, si recte intellego, ad introitum Theoderici in Italiam a. 489, propterea quod Iordanis de pugnis inter Odoacrum et Theodericum narratio affinitatem habet cum chronicis Ravennatibus. sed earum pugnarum narrationem Cassiodorius ex iisdem chronicis petiisse probabile est (cf. p. XXXIX).

76) Chlodovechum Francum quod de Theoderico scribens Iordanes, pariter atque Cassiodorius, Lodoinum appellat mirifica et fortasse perversa vocabuli formatione (cf. ind. pers.), sine dubio ex hoc ille adsumpsit. contra quod Schirrenus p. 74 sq. provocat ad locos de Eutharico Amalo, additi sunt ii quidem ad successionem Athalarici commendandam, sed ob id ipsum pari iure vivo Theoderico scribi potuerunt.

77) Servo scilicet. eum Schirrenus p. 93 non habere debuit pro Castalio dispensatore pontificis Vigilii.

male luxata et fortasse interpolata: nobis ipsa destitutis standum est Iordanianis qualia qualia sunt. — Ad formam operis Cassiodoriani explicandam praeter supra disputata de auctoribus a Cassiodorio adhibitis non multa habemus quae proferamus. narrationum popularium ratio habita et Graeca doctrina egregia ut per se admiratione dignae sunt, ita neque sectae auctoris illud satis convenire supra observavimus et mediocriter tantum Graece doctum eum fuisse constat, quippe qui historiam ecclesiasticam ita adornarit, ut tres auctores Graecos rudi opera contaminaret se iubente ab Epiphanio scholastico Latine versos. immo utrumque meritum vidimus non tam Cassiodorii fuisse quam auctoris eius Ablabii, quem si teneremus, haberemus fortasse in hoc genere studiorum quem cum Herodoto componeremus. — Operis Cassiodoriani indicem fuisse probabile est eum ipsum quem epitomae Iordanes praescripsit 'de origine actibusque 'Getarum': eo enim ducit et Iordanis testimonium et quae de 'origine Gothica' historia Romana facta ipse auctor in variis (l. c.) scribit: historiam alibi appellans argumentum enuntiat, non titulum citat. duodecim libris ut reliqua fere Cassiodorii opera maiora ita hoc quoque divisum fuit. incepisse ab ipsis populi Gothici primordiis et 'per generationes regesque', id est per generationes regum descendisse Iordanes in praefatione innuit[78]).

Apud Iordanem quatenus Cassiodoriana perveniant ubi quaerimus, eo quod epitomator ait 'initium finemque et plura in medio se sua dictione permiscuisse', quamquam supra modum inepte dictum est[79]), prima postremaque prae ceteris sibi videtur vindicare, idque de postremis verum esse ex ipsa re colligitur, cum a. 526 Cassiodorius finem scribendi fecerit. de principio operis idem ita verum esse mox videbimus, ut Orosium Iordanes ibi de suo citarit, ulterius tamen id proferri non potest. nam cum id sequatur auctor, ut descriptione insularum Oceani viam sibi sternat ad Scandiam insulam describendam Gothorum antiquissimam sedem et ne Britanniae quidem descriptio, nedum Scandiae Iordani ullo modo tribui possit, quid huic hoc loco remaneat non perspicio. accedit quod locus de Hispania ab altero c. 44, 230 separari non potest. 'plura in medio' adiecta esse ut verum esse potest, ita non magni facio fidem illius sive notarii sive monachi, quem non puduit praefationem Rufino suffurari et Iamblichi locum comminisci. multo magis diffidemus homini ore rotundo adseveranti ex historiis Graecis et Latinis nonnullis 'convenientia' se addidisse. immo probabile est Graecorum auctorum usurpationem vere contineri in excerptis ex Socrate, quorum in utroque libello exilia quaedam vestigia adesse supra p. XXVII ostendi.

Restant stili diversitas studiorumque dissimilitudo auctorumque delectus. illo diligenter et erudite investigato Schirrenus compluribus locis recte agnovit sive Cassiodorianam proprietatem sive, quod fortasse rectius est, eius saeculi genus dicendi ornatum[80])

78) Ob infantiam scriptoris dubium est, utrum verba 'ab olim et usque nunc per generationes regesque 'descendentem' ad se referat an ad auctorem. cum 'volumina — descendentem' coniungere per Iordanem liceat, hoc magis probarim, quamquam Senatoris libri certe non perveniebant 'et usque nunc', quod secundum huius hominis consuetudinem significat 'ad tempus praesens'. sed ad ipsam rem non multum interest; partitionem enim epitomae omnino Iordanes ab auctore sumpsit.

79) Quod suasit Gutschmidius p. 124, ut verba 'initium finemque' iungantur cum praecedentibus 'addidi 'convenientia', ab ordine verborum simplici scriptori consueto nimium recedit.

80) Non is Cassiodorius fuit, qui novum scribendi genus excogitaret: immo usus est paratis neque aliud

longe abhorrens a tenuitate Iordanis, qualem et in Romanis deprehendimus et in Geticorum parte ad res post a. 526 gestas pertinente. sed flores illi non valde suaveolentes et aequabiliter per universum librum sparsi sunt et ubi minus apparent, ibi non immerito suspicabere non tam Cassiodoriana ab imitatore seposita esse quam verba ita contracta, ut 'floscula' quae dicit perirent. quam ob rem ut horum indiciorum ubi adsunt non minima vis est[81], ita quod absunt parum probat.

Maius momentum est, id quod supra p. VII sq. iam tetigimus, in diversitate loci studiorumque. Cassiodorium supra vidimus fuisse Gothoromanum et aulicum Theoderici, Iordanem Moesogothum imperii Orientis subditum; iure igitur quaeritur, num possint partes operis demonstrari, quae cum a Cassiodorio scribi nequierint, necessario Iordani tribuendae sint. sed hac quoque via non longe progrediemur. sane quae de se suisque popularibus Iordanes profert c. 50. 51, maiore ex parte apud Cassiodorium non legit: nec magis legit apud eum acerbissima vituperia Arianorum c. 25, 131. 132. 26, 138, quae virus theologicum propria sibi inepta inhumanitate imbuit: nam Cassiodorium licet ipsum orthodoxae fidei addictum in historia scribenda Arianae doctrinae dominorum suorum memorem fuisse non solum consentaneum est, sed etiam chronico a. 519 demonstratur[82]. sed cum vel in iis locis quaedam insint, quae ex Cassiodorio proficisci aut certum est aut probabile, multo magis id pertinet, ut antea monui, ad reliquos locos etiam eos, qui colorem apertissime prae se ferunt non Gothoromanum, sed Moesogothicum. ita quae abiudices a Cassiodorio relata apud Iordanem, praeter ea quae temporum ratio ut Cassiodorio tribuamus non admittit, non multa reperiuntur.

Diacrisis inter Cassiodorium et Iordanem aut valde fallor aut tota pendet ab auctoribus. hunc enim cum ex Romanis intellegatur a recondita Graecaque doctrina totum abhorrere neque habuisse nisi commentaria illo saeculo vulgo usitata et adhuc fere servata, quidquid venit a Prisco, Dione altero utro, Strabone, Ptolemaeo, mihi est Cassiodorii. id ipsum pervenit ad Ammianum et Ablabium et si qui similes sunt, item ad ea quae cum horum excerptis ita coniuncta sunt, ut inde divelli nequeant; quibus originibus non solum melior, sed etiam longe maior pars libelli Getici continetur. e contrario ad deprehendenda Iordani propria proficiscendum est a libello Romano quosque ibi adhibuit auctores, eorum excerpta Geticis inserta videndum est num item ipsius sint. id quod uno loco mihi videtur extra dubium esse, dico in narratione de morte Valentis. eam in Romano libello c. 314 totidem verbis descripsit ex Victore epitomato, in

---

fecit nisi quod calamistros rhetorum Gallicanorum in aulam regis Gothici transtulit et rescripta emisit scholastica eloquentia aut ornata aut corrupta. saeculi quarti et quinti leges, maxime quae integrae extant, ut Diocletiani collegarumque de pretiis rerum venalium et novellae Theodosianae, similia multa habent, scriptoresque quoque eius saeculi, qui quidem eiusmodi cincinnos sectantur, sibi simillimi sunt. multa eius generis habet Ammianus alia si non egregia, certe ingeniosa, alia obscura et perplexa. sed ut auctorem ab auctore in talibus non facile distinguas, immo aperte agnoscatur scholastica disciplina in universum parilis, ita facillimum est eius generis scriptores distinguere ab iis qui communi et tenui, ne dicam vulgari et exili scribendi genere sibi satisfaciunt, quales sunt fere annalium auctores, ut Marcellinus et omnium maxime Iordanes.

81) Propterea curam egi, ut in hac editione potiora quae Schirrenus adnotavit repeterentur, scilicet ubi similibus locis compositis res illustrantur. solae argutiae sermonis ubi Cassiodorium produnt, cum attente legentis animum ipsae feriant, expressis verbis de iis non monui.

82) Prosper cum ad a. 380 adnotavisset: 'Ambrosius episcopus pro catholica fide multa sublimiter scripsit', Cassiodorius eum compilans catholicae fidem christianam substituit.

Getico cum universum bellum explicet ad Ammianum, in imperatoris morte narranda utriusque auctoris verba contaminavit, ut dubium esse nequeat apud Cassiodorium repertae narrationi Ammianae ipsum alteram inseruisse ex Romanis suis translatam. neque enim quisquam opinor contendet Cassiodorium, ut hunc locum, qui solus in Geticis Victorianus est, ex exili illa epitome adsumeret, Ammianum seposuisse. sed fortasse ulterius progredi possumus et Iordani adiudicare quaecumque veniunt ex Orosio. Cassiodorio hunc auctorem valde placuisse, certe ante conversionem eius, vix credet qui utrumque novit: quid quod vel post conversionem et ad monachos scribens (inst. div. litt. 17) sic de eo loquitur: 'Orosius quoque Christianorum temporum paganorum-'que collator praesto vobis est, si eum volueritis legere', satis frigide puto. at Iordani Orosius admodum placuit dignus ille magister tali discipulo: neque enim sine causa, ut Romanorum principium splendido nomine Iamblichi exornavit, ita Getica similiter in Orosii tutela collocavit. neque id ab eo abiudicari poterit, cum quod libri initium diserte sibi vindicat tum quod duae illae laudationes Iamblichi et Orosii pari passu procedentes omnino ab eadem manu veniunt. iam cum ex auctoribus ad Romana adhibitis unus Orosius etiam in Geticis saepius expilatus sit[83]), qui item unus citatur adiecto 'voluminis' numero (G. 5, 43), nascitur suspicio, annon Orosiana illa omnia ad Iordanem pertineant sintque ipsa illa quae sua dictione in medio interposuisse se contendit. huic coniecturae tantum abest ut quicquam obstet, ut saepissime Orosius introducatur tamquam lacinia vesti perfectae male insuta.

In summa re Geticorum libellus, quatenus in eo tractantur res morte Theoderici anteriores, mera epitome est, luxata ea et perversa, historiae Gothicae Cassiodorianae, nec sine iusta causa, quod de ipsa anecdoti Caroliruhensis scriptor refert, etiam in Iordanis epitomen quadrat, originem gentis et loca moresque eius ibi adumbrari. foederatio mercennariorum et provinciarum Danuvianarum res interveniente Iordane locum usurparunt, quem apud Cassiodorium obtinuit regnum Romanum pariter atque Gothicum magni Theoderici eiusque Romanae humanitatis admiratio et imitatio: ita ex multis pauca selegit eaque quae retinuit barbare inflavit et auxit. denique ut uno verbo dicam, historia Gothica a Cassiodorio, ut ipse ait, Romana facta per Iordanem facta est Moesiaca.

Auctores usi Iordanianis

Iordanes cum ut infimus auctorum Romanorum, ita ex ultimis sit eorum quos antiquae aetati adscribere solemus, alium scriptorem qui eadem aetate libellos eius ad-

Secundus Tridentinus

hibuerit nullum habemus[84]). SECVNDVM Tridentinum episcopum, qui gesta Langobardorum scripsit c. a. 612, aut ipsam Cassiodorii Gothicam historiam aut Iordanianam epitomam aliquatenus secutum esse et imitatum alio loco conieci (*Neues Archiv* vol. 5 a. 1880 p. 75); sed exilis gestorum illorum quae superest notitia ut ultra coniecturam

---

83) Pauca quae supra p. XXVI dixi in Geticis reperiri excerpta ex chronico Hieronymiano, ut a Cassiodorio abiudicemus, causam nullam esse ibi observavi.

84) Gregorium Turonensem non usum esse Iordani libellis in praefatione p. XXXVI explicuimus.

progrediamur non admittit. — Per barbara quae sequuntur saecula Getica usurpasse videtur, quamquam auctoris nomen non posuit, is qui scripsit SCHOLIA STATIANA quae sub Lactantii nomine feruntur (v. ind. IV s. v. strava), in quibus cum item Boethius adlegetur, ita certe ut nunc iacent sexto saeculo non sunt antiquiora. — Certo Iordanem adhibuit anonymus auctor quem GEOGRAPHVM RAVENNATEM nuncupamus: at is liber etsi profectus ex cosmographia saeculi fere VII exeuntis, ut nos eum habemus non antiquior est saeculo nono, nec certum est in primitiva recensione adfuisse excerpta Iordaniana. Ravennas 'Iordanem chronographum' vel 'cosmographum' (utraque enim praedicatione eum appellat) aliquoties laudavit (v. adn. ad p. 27, 23. 60, 6. 61, 13. 18. 62, 12. 63, 8. 82, 6. 104, 17), alibi nomine non posito expilavit (v. p. 55. 59. 62. 127, item ind. II s. v. *Caesarea* et *Vagus*). codex Iordanis quem habuit, duabus corruptelis medelam affert quae nostris libris omnibus insident, scilicet p. 62, 5 et *Callipolida* dat pro *callipoda* et *Trapezus*, ubi in libris nostris est *trapeiunta*. praeterea notabile est p. 59, 1, ubi libri nostri primi ordinis habent *rerefennae*, secundi *screrefennae*, utramque lectionem in codice Ravennatis fuisse videri, cum iuxta ponat *Rerefenos et Sirdifenos*.

Scholia Statiana

Geographus Ravennas

Praeter librum Ravennati visum tam per medium aevum adhibiti[85]) quam qui nobis praesto sunt codices scripti ad idem exemplar omnes redeunt neque id ab erroribus immune. in Romanis quae solus fere primus codicum ordo habet, id evidenter apparet cum ex hiatibus maioribus c. 137 et 303 tum ex erroribus in libris omnibus inventis, ut sunt p. 12, 21 *agituram* pro *agitaram*, p. 17, 27 *crassantem* pro *grassantem* (cf. p. 17, 22 *caurus* pro *gaurus*), p. 19, 33 *brattius* pro *bruttius*, p. 22, 32 *exiremis* pro *extremis*, p. 23, 2 *gladium* pro *cladium*. sed etiam Geticorum eadem condicio est. maiore hiatu nullo quamquam laborare videntur, singula vocabula exciderunt p. 73, 6. 119, 6, et adsunt errores communes inter alios hi: *trapeiunta* vel *trapeianta* pro *trapezunta* p. 62, 5; *cysum* (etiam Ravennas *cisson*) pro *cyrum* p. 68, 16; *basento* pro *busento* p. 99, 11; *regericus* pro *segericus* p. 100, 16; *congustiarum* pro *angustiarum* p. 101, 19. eorum errorum partem vel apud Paulum et Frechulfum adesse adnotatio ostendit. ex iis licet quidam ad quadratam scripturam redeant, ut permutata elementa C G, I T, I Z, cum alii rursus ad Scotticam ducant, ut permutatae *a co*, *a u*, *r s*, commune archetypum non quadratis, sed Scotticis litteris scriptum fuerit necesse est. — Verba continuo in archetypo scripta fuisse inde intellegitur, quod libri antiquissimi quique, praesertim *HPV*, persaepe vocabula male separant: ita, ut uno exemplo defungar, p. 11, 5 in iis est *ioue moraret* pro *Iovem oraret*. — Compendia scripturae in archetypo ea tantum adfuisse videntur, quae Iordanis aetate in usu erant:

Archetypum librorum nostrorum commune

85) Ex his qui ad criticen aliquam utilitatem habent vel certe ad classes codicum redigi potuerunt, infra suis locis inveniuntur: praeterea vero meum non esse putavi plenum recensum dare scriptorum qui per medium aevum Iordanis libellos utrumque alterumve utrum usurparint. adhibuerunt, quatenus vidi, *Paulus* diaconus ante a. 774 libellum utrumque; *Frechulfus* episcopus Lixoviensis ante a. 830 utrumque; *Widukindus* Corbeiensis (l. 1 c. 18 Mon. Germ. SS. III p. 425) a. 967 Geticum; *Heriger* Lobiensis a. 980 Geticum; *Landulfus* sagax inter a. 977 et 1026 Geticum; *Hermannus* Augiensis († 1054) Romanum; *Marianus* Scotus a. 1082 Romanum; *Bernoldus* Constantiensis a. 1100 Romanum; *Ekkehardus* Vraugiensis c. a. 1100 utrumque; *Hugo* Flaviniacensis a. 1102 Geticum; *Sigebertus* Gemblacensis a. 1112 utrumque; *Otto* Frisingensis a. 1143 utrumque. his posteriores omisi.

ut *pl. m.* p. 8, 3 et *mag. mil.* passim in Heidelbergensem librum aliosque optimos quosque sine dubio ex archetypo translata sunt. eodem referri poterunt, quamquam fortasse immutationem quandam subierunt, *ssti* p. 7, 31, *reipt* p. 11, 11, *impr*, *scs*, *ds*, *dns*. sed plura reperiuntur etiam in Heidelbergensi ab illa aetate aliena, ut *mł* = milia, *au* = autem, *uo* = vero, *e* = est, non multa tamen neque frequenter admissa, ut hoc quoque nomine is liber ad aetatis Romanae archetypum prope accedat.

Primus ordo codicum

Primus ordo librorum ut in universum et aetate et integritate duos alios superat, ita solus hodie habet libellum de actibus Romanorum cum Geticis ab ipso auctore coniunctum, quem tamen aliquando ne a secundo quidem ordine afuisse constat potestque fuisse item in archetypo ordinis tertii. magis proprium est huic ordini librorum, quod in exemplaribus antiquis et a principio integris (id est in *PV*, item in Augiensi deperdito cum libris ex eo derivatis) [86]) praemittitur carmen inscriptum: 'rescriptum Honorii 'scolastici contra illas epistulas exortatorias Senecae' (sic *PV*; 'in XPI nomine incipiunt 'versus Honorii scolastici ad Iordanem episcopum' *Paris.* 4860), cum subscriptione hac: 'explic. versus Honori scolastici ad Iordanem episcopum ad rescripta Senecae 'ad Lucillum quam (quae *Paris.*) ei scripserat exortatoria saeculum relinquere et veram 'amplectere philosophiam (ph. amplecti *Paris.*)', quod incipit:

Si fontis brevis unda latens demersa tenetur,
ignotae et viles esse putantur aquae

editum apud Mabillonium in analectis (ed. 1723) p. 387 ex codice nostro *V* et nuper denuo in Riesii anthologia Latina n. 666 ex codice eodem et Parisino 4860. id ad chronica cum nullo modo pertineat, immo in eo Honorius nescio qui magistrum suum philosophiae christianae utpote Seneca meliorem laudibus extollat, mero casu in codice primario huius familiae Iordanis libellis praescriptum in apographa ita transiit, ut librarii posteriores magistrum, cuius nomen discipulus non ponit, pro Iordane cbronicorum auctore haberent. aliae notae eaeque etiam certiores, quibus hic ordo a secundo et tertio discernitur, infra p. LXII dabuntur, ubi ostendimus, quibus locis primi ordinis libri duorum aliorum consensu emendentur. ceterum hoc ordine ut in Romanis solo, ita in Geticis primario fundamento Iordanis crisin inniti ita in evidentia est, ut singillatim de ea re disputare supervacaneum sit et hoc unum in quaestionem vocari et possit et debeat, num praeter hunc ordinem reliquis in ea crisi aliquis certe locus dandus sit.

Iam enumerabuntur qui huius ordinis sunt libri excerptave.

Excerpta Frechulfi

FRECHVLFVS Lixoviensis episcopus historiae, quam scripsit ante a. 830, complura inseruit ex utroque Iordanis libello petita alia epitomata, alia ad verbum repetita, quorum recensum diligenter dedit Aemilius Grunauer in commentario de fontibus historiae Frechulphi (Vitoduri 1864. 4.), repetivi ego in editionis margine inferiore. hoc duce ad Frechulfi optimum librum Sangallensem, quem contuli transmissum Berolinum, variam lectionem enotavi, sed in qua adhibenda cave ex silentio meo de lectione iudices: nam cum apud Frechulfum, ut fit in epitomis, multa desint, quid id esset indicare nolui, satis habens ubi utile esse videbatur Frechulfi lectionem disertis ver-

86) Ad codices Parisinum 4860 et Monacensem 11306 (v. p. LIII. LIV) accedit liber olim Reginensis S. Emmerami, iam Monacensis n. 14613, in quo legitur carmen Honorii ad Iordanem episcopum neque tamen ipsi Iordanis libelli.

bis indicare. adhibuisse eum librum similem nostris *HPV* intellegitur ex loco p. 73, 15, ubi error *boscusta* (*HPV*) pro *buruista* (*Y*) vel *boroista* (*OB*) huic ordini proprius similiter (*boscurta*) adest apud Frechulfum. proxime accedit ad *HP* codices (cf. inter alia p. 58, 11): his meliora si qua videtur habere (p. 10, 32 *cenninensium*, p. 11, 13 *paludem*, p. 11, 27 *cui ob honorem*, p. 15, 4 *frustrato*, p. 65, 3 *namque* pro *ante quos*), magis est ut corrupta describens Frechulfus ipse emendarit.

Heidelbergensis 921 (nobis *H*) membr. formae quadratae maioris scriptus est saec. VIII potius quam IX in Germania (nam ad *cognatum* p. 43, 22 adscripta est glossa Theotisca *suagur*), fortasse Fuldae, unde plures codices similis scripturae venerunt in monasterium S. Martini Mogontiaci a. 1037 conditum: translatos eo esse per Marianum Scotum probabiliter coniecit Giesebrechtius (apud Schmidium *Zeitschrift für Geschichtswissenschaft* 7, 564). eius monasterii fuisse constat ex praescriptione 'iste liber pertinet ad librariam sancti Martini ecclesie Maguntin. M. Sindicus 's(ub)s(cripsi)t 1479', de qua adnotatione in aliis quoque codicibus inventa dixerunt Lachmannus ad Lucretium p. 5 et Iahnius ad Florum p. VII. notae praeterea volumini inscriptae sunt hae: 1651 — $\frac{646}{566}$ — h 13. postea illatum est in bibliothecam Palatinam, ubi Heidelbergae cum esset id adhibuit Gruterus. cum reliquis Palatinis Romam migravit, deinde Parisios: denique devictis Gallis rediit Heidelbergam. specimen scripturae (*macedonia* p. 27, 13 — *flamminio* p. 27, 15) proponit Wilcken *Gesch. der Heidelberger Büchersammlungen* (1817) tab. 2 n. 2 (cf. p. 296). quaterniones fuerunt quindecim, quorum cum perierint primus et postremi folia duo postrema, remanserunt folia scripta 110 (numerantur folia 112, scilicet 1. 2. 112 vacua sunt, f. 17 errore duplicatum); insunt Iordanis Romana inde a p. 7, 26 *et finis* et Getica usque ad p. 135, 6 *regi*. — Litteratura est evidentissima et optima formae Anglosaxonicae: *a* littera saepe aperta est, *i* eminens aliquoties adest. emendatus est liber saeculo nono decimove naevis sublatis ab grammatista quodam, modeste tamen et ut paucis locis exceptis antiqua lectio adhuc cernatur[87]. — Codex licet omnium optimus sit, solus contra socios vix umquam verum servavit: nisi forte p. 90, 3 quod ex codicibus classis primae hic unus habet *quem perinuium*, cum in classis secundae optimo *O* sit *quam perinuiam*, eatenus pristinam scripturam archetypi communis repraesentat, quod in eo fuit *quem* $\overset{in}{\text{peruium}}$: quamquam res requirit quod habent libri reliqui *quem inperuium*. sed in universum vinci Heidelbergensem librorum reliquorum huius classae consensu consentaneum est, cum duo certe qui sequuntur ex eodem archetypo descendant itaque errores singulis trium horum librorum proprii redarguantur duobus reliquis consentientibus. Heidelbergensis et duobus locis quaedam verba omisit, quae adsunt in reliquis omnibus:

p. 110, 1 fide et consilio ut diximus clarus
115, 2 obicientes exemplo veriti regis

et errores habet sibi proprios inter alios hos:

p. 14, 19	annisus est *PVL*	anni sunt est *H*
16, 30	ad *PVL Florus*	in *H*
17, 31	diruit *PVL Florus*	diripuit *H*

87) Aliquoties dubitabam, maxime ubi legebatur *e̥* et *ū*, utrum cauda lineolave a prima manu esset an postea accessisset.

20, 29	asina *PVL Florus*	sagina *H*
22, 36	nauium *PV*	nauigium *H*
23, 39	sed magnitudine *PV Florus*	ad magnitudinem *H*
69, 11	partus *PVLAOBXY*	partibus *H*
78, 13	ababa *PVLAOBXY Vita*	abara *H*
18	expertis *PVLAXY*, exercitus *OB*	pertis *H*
81, 12	carporum *PVLOB*, caporum *XY*	corporum *HA*
109, 22	sacitate *PV*, sagacitate *LO*, sagacitatem *BXY*	sacietate *H*, societate *A*
112, 6	desiuit *PVABXY*, deseuit *L*, desiuet *O*	deuisit *H*
119, 19	urbem *PVL*, urbe *AOBXY*	*om. H*
127, 7	emimonti *P*, emi montis *VX*, hemi montis *AYZ*, enim montis *OB*	ei monti *H*

Palatinus

VATICANVS PALATINVS 920 (nobis *P*), membranaceus fol. min. saec. X, olim ubi fuerit, ipse indicat f. 1 verbis his: 'codex sci Nazarii de monasterio quod dicitur 'Lauresham'; hic igitur liber est quem catalogus saeculi X bibliothecae Laureshamensis editus a Wilmannsio (mus. Rhen. 23, 387) indicat verbis his: 'historia Iordanis 'de summa temporum seu origine Romanorum lib. I'. ut alii Laureshamenses in Palatinam bibliothecam venit, ubi eum adhibuit Gruterus, et cum hac in Vaticanam. — Quaternionum est tredecim signatorum A—N et binionis, foliorum 107 (numeris recens inscriptis mendosis omisso folio inter 34 et 35, praetermisso autem suo loco numero 77). uterque commentarius integer est; adest in principio carmen Honorii. emendatus est liber similiter atque Heidelbergensis a manu non multum posteriore. — Contulerunt mihi Romana Augustus Mau, Getica Otto Hirschfeld; deinde ne quid erroris remaneret, ille ad huius editionis plagulas sibi transmissas totum librum denuo diligentissime relegit. — Summa fide Palatinus archetypum repraesentat nec nisi orthographia, quae passim corrupta est (v. ind. III), locum cedit Heidelbergensi. solus verum et ipse raro servavit propter causam eam de qua diximus:

p. 23, 29 treuia *P*, treuta *HV*

errores proprii non desunt, sunt tamen pauci:

p. 35, 26 ex *libri reliqui*, et *P*

ex Geticis plures dabimus cum agetur de libro Ambrosiano (p. L).

Valenciennensis

VALENCIENNENSIS (nobis *V*) olim S. Amandi P. 3. 6 sive n. 88 catalogi Mangeartiani (Pertz *Archiv* 11 p. 522), membranaceus saec. IX medii, formae quadratae quaterniones habet XVIII, quorum XVII signati sunt, extremi folium ultimum deficit. insunt Iunilii de institutione divinae scripturae libri duo; Eucherii sacrae scripturae inst. l. duo; eiusdem de quaestionibus difficilioribus; Iordanis libelli duo cum carmine Honorii. optime scriptus est, emendatus deinde manu saec. XI ad codicem notae deterioris, sed ut paucis locis exceptis pristina scriptura agnoscatur. nobis contulit quem tristi fato nuper ereptum nobis dolemus, Iohannes Heller. — Codex cum in universum proxime accedat ad *HP*, habet non solum errores quosdam sibi proprios:

p. 18, 28 pariter *reliqui*, picriter *V*
23, 19 nam *reliqui*, e manu nam *V*
63, 6 uidiuarii *HPLAXYZ*, uidioarii *OB*, uiriuarii *V*
130, 15 fuerit nec cumbarum indigeat lintres *reliqui*, futres *mediis omissis V*

et orthographiam corruptam (vide ind. III), sed etiam emendationis grammaticae et interpolationis prima vestigia, ut sunt

p. 22, 14 hi imis *HP*, imis *Florus*, hiemis *V*
26, 36 empsalae mecipsae *HP*, empsalem haec ipse *V*
63, 17 secunda, tertia *pro* secundo, tertio

itaque quae propria habet licet vera, ut

p. 13, 39 praeesse *VL*, praecesse *HP*
16, 31 panes *V Florus*, paenes *HP*, poenes *L*

cum ex iis erroribus sint, quos librarius non ineptus inter scribendum tollere potuerit, videndum, ne coniecturae magis quam archetypo debeantur. ceterum interpolationes rarae sunt et modestae, neque libri utilitatem tollunt eo potissimum comprehensam, quod ex tribus libris *HPV* quod duo habent tertio dissentiente, id in communi omnium archetypo fuisse probabile est.

Florentinvs Lavrentianvs (nobis *L*) plut. 65, 35 (Bandini II p. 752; Pertz *Archiv* 5 p. 668. 672; Waitz praef. ad Pauli hist. Lang. p. 34) folio maiore exaratus saec. XI scripta historica complura continet Prosperum Eutropium Orosium Iordanem Gregorium Turonensem continuitque olim praeterea Iosephum sive Hegesippum (cf. Bandini l. c.): sed haec omnia exarata sunt a librariis aliis atque is fuit qui descripsit libellos Iordanis. descripsit autem eos ex libro mutilo; nam codice ipso integro principium Romanorum deficit usque ad p. 6, 26 *uero roboam* spatio vacuo relicto paginae unius cum dimidia; item p. 22, 10 *tanta denique* — p. 27, 9 *proelio superatae*; item extrema pars Geticorum post verba p. 125, 21 *contis pugnantem.* librum emendaverunt duae manus, quarum prior (mihi L^b) ipsi librario aequalis sola in censum venit. eiusdem ordinis cum sit atque tres optimi, ut aetate ita emendatione iis longe cedit lateque iam hic serpit interpolatio grammatica, ut fortasse omitti potuerit. admisi tamen variam lectionem suppressis orthographicis plenam: nam sunt quidam loci, ubi vestigia veri solus ex hoc ordine retinet deflectens ad secundum: Laurentianus

p. 70, 18 diu mederi *BXY*, dionederi *O*, diomede*e *L*^{a}, diomede *HPVL*^{b}
73, 15 buruista *XY*, boroista *OB*, burusta *L*, boscusta *HPVA*
109, 22 sagacitate *LO*, sagacitatem *BXY*, sacitate *PV*, sacietate *H*

neque absimile veri est archetypum Laurentiani diversum fuisse ab archetypo librorum *HPV* et quibusdam locis minus corruptum. sed haec virtus obscuratur interpolatione quam subiit perpetua. casu opinor factum est, quod uno loco:

p. 82, 16 tradent *HL*, trahent *reliqui*

in errore cum Heidelbergensi consentit: nam non ex eo descriptum esse Laurentianum constat. mihi contulerunt Henricus Nissen et Benedictus Niese.

Florentinvs Lavrentianvs plut. 67 cod. 17 membr. saec. XV (cf. Pertz *Archiv* 5, 668. 672) habens Getica sola, descriptus est ex codice Laur. 65, 35, finiens item in *contis pugnantem* p. 125, 21. et propago eius

Florentinvs Riccardianvs 862 chart. saec. XV, habens Getica sola, teste Bethmanno et ipse descriptus est ex Laur. 65, 35.

Vindobonensis n. 3126, olim hist. prof. 477 chart. saec. XV 'liber M. pat(riar-'c)hae Aquileien.' (Pertz *Archiv* 5, 668. 10, 469; Endlicher n. 389) continens Pros-

perum, Iordanis Getica, gesta regum Francorum, vitam Apollonii Tyrii, Pauli historiam Langobardorum, nobis ex parte collatus a Wattenbachio, descriptus est ex Laur. 65, 35. habet inter alia p. 60, 5 *inmanes* pro *germanis* desinitque ubi deficit ille.

Ambrosianus eiusque gemelli

Mediolanensis Ambrosianvs (C 72 inf., nobis *A*) membr. saec. XI/XII, continet Bedae historiam Anglorum, Pauli historias Romanam et Langobardicam (cf. Waitz praef. p. 31), Iordanis Getica, historiam Alexandri. Geticorum variam lectionem, sed parum accurate enotatam sibi ab Iosepho Antonio Saxio bibliothecae Mediolanensis praefecto una cum characterum specimine in aes inciso Muratorius in adnotatione editionis suae (a. 1723) publicavit; ego ipsum denuo contuli Mediolani. scriptus est compendiis multis et arbitrariis; ita *ciuīt* est et *ciuitatis* et *ciuitatem* cet. similiterque reperitur *goth̄*, *ostrog̅*, *gep̄*, item *theod̄* pro Theodorido, ut in talibus quem casum librarius significare voluerit, non semper certum sit. quem locum in crisi Iordaniana teneat aperient lectiones quae sequuntur compositae cum propriis Palatini:

p. 63, 14 inuitauerint] inuitauenerint *P*, inuenerit *A*
76, 6 sauini] sauicini *PA* (*inde etiam* 76, 4, *ubi* sauinus *P recte*, sauicinus *A*)
81, 4 remoti sub regibus] remotibus regibus *P*, remoti legibus *A*
17 de secundo] secundo *PAOB*
86, 7 adeunt] ad eum *P*, ad eam *A*
95, 1 ut sensit] subsensit *PA*
18 est *om. PA*
97, 19 quis quem] quisque *PA*
104, 17 Tibisia (*sic etiam Ravennas, similiter Priscus*)] tibussia *P*, tibusia *A*
105, 8 detestabili *om. PA*
10 magnae parti] magnae parte *P*, magna parte *A*
108, 12 momento] monento *P*, monente *A*
114, 19 per reliquas] reliquas *P*, in reliquas *A*
21 et *om. PA*
126, 19 Froila] proila *PA*

habuit igitur codicis Ambrosiani librarius archetypum optimis accensendum aut ipsum Palatinum aut gemellum eius[88]), sed eum temere excripsit et passim pro lubitu emendavit, quae interpolatio ut universum librum occupavit, ita latissime grassata esse deprehenditur in stemmate Amalorum[89]). itaque non mirum est post editionem Muratorianam,

88) Errorum communio si qua est inter Ambrosianum aliosque primi ordinis libris, diversam originem habet. nam ille licet alicubi cum Heidelbergensi in errore consentiat (v. p. XLVIII), p. 81, 12 cur pro *carporum* duo librarii scripserint *corporum*, in promptu est; *societate* autem p. 109, 22 tam ex *sacitate* Palatini originem duxisse potest quam ex *sacietate* Heidelbergensis. — *Statim* p. 113, 26, *iter* p. 115, 7 tam Laurentiani scriptor delevit quam Ambrosiani, quoniam male abundant. — Ibi quoque ubi consentit Ambrosianus cum tertio ordine *XYZ*, ut p. 91, 5 *percipiant*] *suscipiant AXYZ* — p. 108, 20 *propria*] *sua A, sua propria XYZ* — p. 110, 25 *relabuntur* (sic etiam Duac.)] *delabuntur XZ, dilabuntur AY* — p. 112, 5 *ad*] om. *AXY* — 115, 18 *indignationi*] *indignationis AXYZ*, emendationis studium plerumque certe in causa est. id ipsum cadit in locum p. 79, 15, ubi veram lectionem *degere* servatam in *OB* pro corrupto *dedere*, item in alterum p. 84, 4, ubi verum *iugo hemi* servatum in *XYZ* Ambrosianus coniectura facili (cf. p. 127, 7) adsecutus est. nam quod possis item conicere librarium eius aut archetypum adhibuisse cum varia lectione hic illic adscripta aut ex pluribus exemplaribus lectionem suam composuisse, firmiora argumenta requirit.

89) Libros qui examinat, pro nota huius familiae (dico Ambrosianum, Reginae 639, Abrincensem) recte stemma hoc adhibebit. exempli causa p. 77 pro tradita lectione *Vinitharius genuit Vandiliarium: Vandalarius genuit Thiudemer* tres hi libri ponunt interpolationem a reliquis omnibus alienam *et ipse Vandalarium patrem Tiudemer.*

cum reliqui classis primae libri aut parum noti essent aut prorsus ignoti, Ambrosiano quodammodo principatum delatum esse; nam multum praestat recensioni vulgatae superstructae libro cuidam ordinis secundi. re vera locum nullum in crisi tenet. id ipsum tamen ut intellegeretur et simul ne memoria aboleretur recensionis peculiaris, lectionem Ambrosiani integram admisi.

Vaticanvs Reginae n. 639 membr. saec. XI formae octonariae (inscriptum est 'volumen CCXXXI non (?) Petavianum') continet Iordanis Getica neque quicquam praeterea: deficit in fine mutilus p. 138, 20 *fortiori duci.* totum contulit Pertzius. cum plane consentiat cum Ambrosiano, examinatum abieci.

Avranchensis n. 154 scriptus saec. XIII exeunte in monasterio S. Mariae de periculo maris continet Victorem Vitensem, Iordanis Getica, Gildam de excidio Britanniae, Guilielmum Appulum. totus collatus est a Bethmanno. cum ad unguem consentiat cum duobus qui praecedunt aetate antecedentibus, omisi.

Bambergensis et Oxoniensis

Bambergensis liber E. III. 14 membranaceus saec. XI inter ea quae continet multa et varia[90]) etiam Iordanis libellum utrumque habet, sed Romanum principio mutilum (incipit p. 16, 9 *itaque hunc diem*), collatus nobis a Waitzio. specimen dedi Geticorum praefationem et c. 3 et 52[91]). qui scripsit natione ut videtur Italus exemplar habuit familiae primae: nam diacritica ordinis primi adsunt, absunt quae proprie sunt secundae tertiaeve sive bona sive mala omnia. proxime accedit ad Laurentianum[92]). at Bambergensem qui exaravit, tradita sibi tractavit summa licentia, ut non barbarismos solos tolleret, sed ipsas res ad libitum immutaret. ita in praefatione pro *Senatoris voluminibus* substituit *senatorum*, mox ex *parvis* fecit *non parva* et sic deinceps. a crisi igitur liber plane arcendus est memorabilis propter solam emendationis perversae audaciam. p. 17, 27 Iordanem librarius interpolavit adhibita Pauli historia Romana.

---

90) Exposuit de iis Waitzius apud Pertzium *Archiv* 9, 673. ex hoc libro Getica adhibuisse Ekkehardum Vraugiensem c. a. 1099 idem observavit Mon. Germ. SS. VI p. 5.

91) p. 53, 3 *uolente me paruo subuectu nauigii* — 4 *laxare* — 5 *manum* — 6 *senatorum* — 7 *actibusque* — *et reges descendentes* — 8 *imperia* om. — p. 54, 2 *seruiamus* — 3 *mencior* — 4 *ante haec* — *quorum* om. — *factas* — 6 *plurima* — *dicione* — 8 *commemorans* p. 57, 17 *scanciae* et sic deinceps aliquoties — *quod*] *quem* — *relinquimus* — p. 58, 2 *arctui solo*' — 3 *de qua*] *quam* — 4 *pompeius* — 7 *determinans* — *ad orientem* — 8 *fluus* — *quodam*] *a q.* — 10 *exigente* — 11 *paruae*] *non paruae* — 14 *beluis*] *uis* (em. *bestiis*) — *terrae* — 16 *frigore*] *frigus* — 17 *ad. cons. quae*] *quae ad. cons.* — 19 *numerum* — 22 *percurrit* om. — *quo* — p. 59, 1 *crerefennae* — 2 *atque ouis auium*] *ouium auiumque* — 3 *prestet* — 4 *sueans* — *equos u. eximios* — 5 *sapherinos* — 8 *theutes uagoht* — 9 *pleni* — *inibi*] *ibi* — 10 *gaugigoht* — *gen. hom.* — 11 *promptissimi* — *otingens* — 12 *aeragnaricii finni*] *ragnaricifin* — 13 *uinobiloht* — p. 60, 2 *grinni aganzii eunixite rugi arogi* — 3 *rodulf* — *regno* om. p. 127, 12 *agimus*] *aimus* (corr.) — *ostr. qui*] *gentem ostrogathorum que* — 13 *germano* — *fiudimer morabatur* — 14 *fluuios* om. — 15 *thidimer* — *pellois* — *fiudimer cum utroque manebat* — 16 *suae*] *eorum* — *fugitiua* — 17 *que* om. — *irruerunt* — 18 *tamen quauis pauci ille excepit* — 19 *hostium* om. — *fugam* — *scithicas petiit* — 20 *amnes fluento* — *uunni* — 21 *ad fratres thiudimeris gaudia* — *direxit sed*] *cum direxissent* — *mox* om. — p. 128, 1 *thiudimeris* — 2 *erelieua* om. — 3 *thiudimir et fiudimer* — 4 *dona* om. — *quae ad instar strenuae* om. — *accipere* — 5 *custodire* — *uidebant* — 6 *alia tamen stirpe non amala*] *quamuis alia stirpe tamen non amalorum* — 7 *cum* om. — 9 *discurrentes* om. — 10 *cum instantibus*] *quam praesentia* — 11 *de futuro*] *defunctorum* — *contrauersione* — *cum promittit* — *que* om. — 12 *accipiunt* — 13 *ann. incr. consc.* om. — 14 *cunctatur dare*] *tardaret* (corr. *traderet*) — *extitit supplicator tantum ut*] *promittit ut exinde* — *firma*] *stabilior* — 15 *gothosque*] *et gothos* — *datus* om. — *que* om. — Orthographica praeterii.

92) In tribus locis supra p. XLIX compositis p. 70, 18 (*diu mederi*), 73, 15 (*borbista*), 109, 22 (*sagacitatem*) Bambergensis pro Laurentiano stat contra *HPV*.

OXONIENSIS collegii Magdalenei Lat. 14 (antea n. 2155) membr. saec. XIV[93], descriptus diligenter a R. Pauli (*Neues Archiv* 1, 161 sq.), praecedentis simillimus, sed nequaquam ex eo descriptus, continet Aurelium Victorem, nomina provinciarum, tractatum de Assyriis, Pauli historiam Romanam, gesta regum Francorum, Iordanis Romana et Getica, Pauli historiam Langobardorum, Einhardi vitam Karoli, Monachum Sangallensem. Romanorum et principium deficit (incipiunt enim non eodem loco atque in Bambergensi, sed proximo p. 16, 10 *iam menibus urbis*) et transpositio in iis accidit: nam post *patebant* p. 26, 30 sequitur locus a p. 29, 21 *transgrediamur* ad p. 30, 11 *proelio*, deinde ponuntur antea omissa a p. 26, 30 *enimuero* ad *tigrane deuicto* p. 30, 11. cum contulisset nobis Reinoldus Pauli capita Romanorum extrema et Geticorum 1. 2. 60, intellectum est librum esse primi ordinis male interpolatum. exempli causa locus Get. 1, 6 sic legitur ibi: *ut in orientali plaga et indico occeano ypodem et iamnesia que quamuis peruste sole inhabitabiles tum omnino sui spacio in longum latumque sunt extense.* quaedam interpolationes communes ei sunt cum Bambergensi, ut Get. 1, 5 *et nulli ea pars cognita ni illi qui eam constituit* Oxon., *et nulli ea pars nisi ei qui eam constituit* Bamb., item Get. 1, 7 *haut procul*] *ut ait proconsul* Oxon., *hec ut proconsul* Bamb. sed licentia in Oxoniensi minus late vagata est quam in altero libro.

SALISBVRENSIS ecclesiae cathedralis n. 1027. 101 membr. saec. XIII teste Pertzio (*Archiv* 7, 103. 244) tam in libris quos continet quam in lectione consentit cum Oxoniensi Magd. 14. specimen non habui, nec desideravi.

Reichenaviensis

REICHENAVIENSIS (Augiensis) liber, quem ante a. 820 scripsit scribive iussit Reginbertus monachus († a. 846; cf. Neugart episcop. Constant. p. 548), inter alia complura historica, de quibus dixi ad Cassiodorii chronicon p. 573, posuit 'chronica Ior-'danis episcopi'. hoc ipsum volumen adhibuit Hermannus Augiensis († 1054) in chronicis compilandis[94], adnotans ad a. 551: 'hucusque Iordanis episcopus chronica sua 'de gestis Romanorum adbreviata perduxit'. deinde librum fuisse apud Cuspinianum ibidem (p. 587) demonstravi, qui eo usus est in opere de consulibus Romanorum edito a. 1553, sed scripto (secundum praefationem) a. 1515, id est aliquantum ante quam Romana Iordanis typis vulgarentur. nam praeter Getica, quorum adhibuit exemplar Romanis carens, et quem passim sub Iornandis nomine citat Hermannum Contractum, ipsius quoque Romani libelli Cuspiniano copiam fuisse intellegitur ex eis quae adnotat p. 576 ad a. 551: 'sic scribit Iornandes in chronica ad Vigilium in praefa-

93) Codex, quem Pertzius (Mon. Germ. SS. 2, 440. 728 et *Archiv* 7, 243) ait bibliothecae universitatis Oxoniensis n. 837, continentem Iordanis libellum utrumque, historiam miscellam, Pauli historiam Langobardorum, Einhardi vitam Karoli, monachum Sangallensem, hic ipse sit necesse est. nam liber Laudensis olim n. 837, hodie Laud. misc. n. 569 (*Neues Archiv* 2, 381) diversus est et indicatio numeri sine dubio perturbata; ea vero quae comprehendi dicuntur illo volumine, omnia redeunt in Magdaleneo n. 14 adeoque quae de Einhardo et Sangallensi Pertzius peculiaria et Oxoniensi libro propria refert accurate conveniunt cum descriptione Pauliana (p. 167) Magdalenei.

94) Mon. Germ. SS. vol. V p. 67 sq. ut excerpta ex Cassiodorii chronicis Hermannum ex hoc libro traxisse alibi docui (*Chronik des Cassiodorius* p. 574. 579), ita indidem etiam Iordanis Romana novit. ab eodem volumine pendet Bernoldus Constantiensis c. a. 1100 (Mon. Germ. SS. V p. 385 sq.), utrum per Hermannum an cum Hermanno, non quaesivi.

'tione: *ab ipso Romulo . . . . confeci.* in fine vero operis sic inquit: *hae sunt causae* '*. . . . legendo cognoscet*'. post Cuspinianum codex non memoratur; sed extat inde descriptus Mogontiacensis olim, hodie Parisinus is qui sequitur.

PARISINVS liber Lat. n. 4860, antea Mogontiaci in bibliotheca S. Stephani, deinde et propago eius
Colberti, c. a. 940 descriptus est ex libro Augiensi eo de quo modo diximus (vide quae exposui ad Cassiodorii chron. p. 574 sq.) et ut in aliis ita in Iordanis Romanis (Getica a libro absunt) in locum archetypi iam deperditi succedit. praescriptum est chronicis post praefationem: 'incipit chronica Iordanis episcopi de origine mundi et actibus 'Romanorum ceterarumque gentium', subscriptum: 'de origine vel actibus Romanorum 'liber Iordanis episcopi explicit feliciter. amen. amen. fiat fiat'. hoc ipsum volumen adhibuit Marianus Scotus in chronicis scriptis a. 1074[95]). ipsius libri et etiam magis archetypi deperditi antiquitas cum spem moveat posse ad diversam familiam eum pertinere et Romana Iordanis eo adhibito similiter emendari posse atque in Geticis prima familia et primaria emendatur ope librorum secundi tertiique ordinis, ea tota deponenda est. neque enim quicquam proprium habere hanc recensionem ductam ex libro tali, qualis est Heidelbergensis Palatinusve ita, ut librarius non indoctus sermonem reformaret, demonstrabit subiecta varia lectio a c. 358 ad finem operis[96]). apparatum enim futilibus istis adiectionibus onerare nolui, simul autem exemplo aliquo ostendere, quomodo in tali auctore versati sint scholastici saeculi noni decimique. similia enim secuti sunt per hos libros eius aetatis emendatores omnes, quorum temptamina pleraque suppressi.

---

95) MG. SS. vol. V p. 491 adn. 72. Cassiodoriana Scotum inde traxisse demonstravi Cassiodorii chronica recensens p. 580.

96) p. 46, 20 *multa* — 21 *parti aduerse* — 22 *magister militum* — 24 *nullique*] *nullius* — p. 47, 4 *excubitorum* — *imperator*] *in imperium* — 5 *misaelem* — 7 *misaelem* — *serdicam* — *exilium* — 8 *praeparauerauerat* — 9 *contudit* — *in gurgite iacuit*] *iecit in gurgitem* — 10 *euocatum* — 12 *suspicione* — *paula* — 13 *confossum* — *quartum mensem* — *senectuti suae* — 16 *iubante*] *adiuuante* — 19 *sancti*] *sanctae* — *inito*] *ininito* — *exercitus* — 21 *ab* om. — 22 *insidiatores* — 23 *coacta*] *cuneata* — *ingressos* — 24 *locumque* — *pompeio* — *clamide loricato* — 25 *palatium inuadente* — 27 *sociisque* — *proscriptis* — 28 *manubiis*] *manibus* — *anno* om. — p. 48, 1 *quod*] *qui* — *gestus* — 5 *deputatis*] *deputans* — 11 *theoderico* et sic porro — 14 *theodohadum* et sic porro vel *theodohat-* vel *theodoad-* — 15 *suoque filio*] *suum filium* — 16 *inultam* — 21 *ciuilibus bellis* — 23 *cyrillo marcello fara aliisque diuersis iudicibus* — 24 *ducem salomonem* — 25 *africam* — 29 *anhelanti suoque aduentu suspectae subueniret italiae* — *constructo*] *instructo* — 30 *tam nauale quam equestre agmen educens* — p. 49, 1 *uitigis* — *exercitui* — 2 *campaniam* — 3 *habebant* — 4 *at* — 5 *excusare* — *eo*] *eum* — 6 *uoti consensit* — 7 *rauennam* — *regnumque suum* — 10 *rauennam* — 15 *machinisque i. et turribus* — 17 *effugatum*] *fugauit* — 19 *theodoberto* — *ducentis milibus aduenerat* — 20 *ad alia*] *aliis* — 21 *de finibus italicis* — 22 *et opes*] *opes* — *principem*] *regem* — 28 *aduentum*] *aduentui* — 29 *persae* — p. 50, 1 *fugientem*] *fugientis* — 4 *in unius anni spatio* — *aduersus* — 6 *suos se fines*] *fines suos se* — 9 *constantino* — 10 *resistere* — *contra parthos*] *parthis* — 12 *agnoscat* — 13 *regem reginam et opes* — 14 *principe* — 15 *recrudescentibus animis* — *hellebado* et sic porro — 16 *adsistunt* — 17 *uix spatio* — 19 *regnum* — *ascitur* — 21 *et* om. — *macellos* — 24 *terrae* — 26 *repperiri* — *rauennam* — 27 *que* om. — *mari epyrum* — 28 *contiones et iurgia*] *contentionibus et iurgiis* — 29 *qui*] *qui et* — p. 51, 1 *naualem classem* — *romani portus* — 2 *recipit stationi* — *quam* om. — 5 *cum*] *eum* — *tybri* — 6 *gladio* om. — *hortatur exercitum* — 7 *ann. fac.*] *fac. ann.* — *totilam* — 8 *mutatione* — 9 *quiescente* — *sicilia* — 11 *militarique*] *militari* — 12 *mathesuenta th. r. nepte* — 13 *derelicta* — *matrimonium sumpta* — 14 *sardicensi* — 16 *deuastit* — 17 *africa*] *in africa* — *salomone stotza* — 18 *corruunt*] *concurrunt* — *iohannes* — 19 *gundharic* — 20 *eo i. c. trucidato* — 21 *que* om. — 22 *ei*] *et* — 23 *stotze perempto* — *successerat* — *urbe* — 24 *que* om. — *iohanni d. patricio* — 25 *troglite* — 26 *accipit* — *in* om. — *principi* — 27 *principali* — 29 *parthis* — *aduersos* — p. 52, 2 *iuuante* — 4 *matrimonium* — 7 *illam* — *magistro militum item cum gepidis* — 8 *gothisi in* — *ambabus* — 10 *burgarum* — 12 *rei publicae trogoediam* (sic) — 14 *ab* om.

MONACENSIS POLLINGENSIS n. 11306 saec. XII. insunt Eusebii historia ecclesiastica a Rufino Latine versa, Iordanis Romana cum carmine Honorii eiusdemque Getica, Karoli Alcuinique epistulae quaedam. classis primae est, nam habet in praefatione Geticorum p. 53, 3 *subuectu nauigii*, p. 53, 8 *dura imperia* (om. *satis*), item p. 127, 13 abest *et uidimer*. in Romanis proxime accedit ad librum Parisinum 4860 descriptus sine dubio et ipse ex Augiensi. sed et neglegenter scriptus et licet modeste interpolatus soloecismis aliquatenus sublatis. recte p. 68, 16 librarius *cyrum* dedit pro *cysum*, sed ex coniectura, cum in hac lectione et probi libri consentiant et ipse Ravennas. adhibuit librum ad Florum Iahnius contulimusque eum ad Romana ego, ad Getica Bethmannus. at non solum in pleno apparatu locus nullus ei dandus fuit, sed ne specimen quidem lectionis adscribere operae pretium visum est.

Deteriores ordinis primi

Ad exemplum a PEVTINGERO acceptum, id ipsum opinor quod in bibliothecae Peutingeranae catalogo ms. (inter schedas Lucae Holstenii cod. Barb. 38, 90) recensetur sic: 'Iordanis episcopi liber de summa temporum vel origine actibusque Romanae 'gentis', Beatus Rhenanus Romana Iordanis primus edidit post Procopium Latine versum Basileae a. 1531. ille liber ubi hodie sit, ignoro: pessimum fuisse vel certe pessimam interpolationem inde prodiisse subiectum specimen[97]) declarat.

OXONIENSIS Seldenianus 16 (antea Seld. 3362) saec. XII vel XIII (cf. Waitz *Neues Archiv* 4, 384) continet excerpta ex libris Catonis de originibus, Iustino, aliis; Orosium; Eutropium et Pauli Romana libris XV; Iordanis Romana distincta in capita XCVI; abbreviationem Willelmi de gestis sequentium imperatorum; codicem Theodosianum. Inscriptio libri est 'Iordanis episcopi Ravennatis natione Gothi de gestis 'Romanorum ad Vigilium adbreviationis liber incipit', ubi quod Iordanis appellatur Ravennas, praeter hunc librum et sequentem in nullo alio Romanorum redit (cf. p. XIII). ipse codex, cuius partem extremam inde a c. 364 collatam habui a Paulio, nullius utilitatis est textum sistens totum ex arbitrio reformatum[98]).

OXONIENSIS collegii Balliolensis n. 125 (memorat eum Lelandus collect. 3, 62) saec. XV cum adnotationibus Gulielmi Malmesburiensis, continens eadem fere atque Seldenianus, in his Iordanis Romana cum indice modo relato, descriptus sit necesse est ex eo qui praecedit.

PARISINVS Lat. n. 2467 saec. XII continet Berengaudi expositionem in Apocalypsim,

---

97) c. 302—304: p. 38, 35 *diocletianus* semper — *triumpharunt* — p. 39, 1 *antecedentibus sibi liberis*] *ac de liberis cedentibus sibi liberis* — 5 *cappadociamque*] *in cappadocia* c. 358—362: p. 46, 20 *aggreditur* — *mula insedens* om. — 21 *inimicus* — 22 *item rufinus alathortque mag. mil.*] *iterum suus gubernator magisterque militum* — 24 *nulliusque* — p. 47, 2 *exc. hum.* — 3 *aliquantulum* — 4 *excubitorum* — 5 *misaelem* — 7 *misaelem* — *perdicam* — *exilium* — 8 *idem*] *idem quoque* — 9 *contusit ingentibus*] *contisque ingentibus caesum* — *salsum in gurgitem iecit* — *sepultura cum*] *sepultum tamen* — 10 *euocatum* — 11 *praesentem* — *ordinarium*] *ordinari tum* — 12 *suspicione* — *pr. facti* — 13 *confossum perimit* — *hic*] *hoc* — *ante quartum mensem* — *senectuti suae* c. 386—388: p. 52, 3 *longobardorum* — *theodahati* — 6 *LX*] *quadraginta* — *pugna* om. — 7 *illam* — *hac* — 8 *mil. idem*] *milide* — *gepidis* — *mundionis* — 10 *hae sunt causae* — *instantiam quotidianam bulgarorum antarum* — 12 *tragoedia.* — Subscr. *Iordanis de regnorum ac temporum successione libri finis.*

98) Specimen adieci c. 386—388: p. 52, 3 *theodahadi* corr. in *theodadi* — 6 *LX*] *quam quadraginta* — 7 *illam* — *mag. mil. idem* om. — 8 *gepidis* — 9 *pariter*] *partim* — 12 *dignam tragedia nostri temporis rem publicam.* — Subscriptio eadem est atque inscriptio.

fragmentum passionis S. Quintini, Bernardi librum de dispensatione et praecepto, Anonymi homiliam de paschate, S. Bernardi homiliam de annuntiatione dominica, priorem partem Romanorum Iordanis (ante prologum principium operis a verbo p. 3, 1 *Romani ut ait* usque ad v. 13 *hominum natura* legitur, suo tamen loco iterum descriptum) deficientem in medio folio in verbis p. 30, 8 *arma viderunt.* specimen quod habui docuit librum inutilem esse.

VINDOBONENSIS n. 451 (olim hist. prof. n. 600) membr. saec. XII (Endlicher n. 406) continet annales Fuldenses (Monum. SS. 1, 341), Iordanis Romanorum partem priorem, quae deficit in media pagina eo ipso loco, quo desinit Parisinus 2467, Rufi breviarium (v. praef. Foersteri p. 7). gemellus praecedentis est nec magis utilis.

PARISINVS Lat. n. 5766 membr. saec. XII, antea Thuani, deinde Colberti, continet Caesaris commentarios (v. Nipperdey praef. p. 42) et Iordanis Getica. hunc librum (sibi *B*) Vossius contulit cum editione Vulcanii, quae collatio adservatur Lugduni in bibliotheca publica impressorum XIII. O. 673. ex specimine, quod habui, intellexi primi ordinis quidem esse, sed ex pessimo genere interpolatorum [99]).

CAESENAS MALATESTIANVS plut. 12 cod. 5 'scriptus per me Ioh. Pergulitanum pro 'magnifico et potenti domino domino Malatesta Novella de Malatestis et completus 'die III Ianuarii MCCCCLIIII', Getica sola continet. contulit eum Bethmann. primi ordinis est, sed ex eius generis deterrimis.

EKKEHARDVS Vraugiensis († post a. 1125) ut in chronicis (Mon. Germ. SS. VI p. 1 sq.) concinnandis Iordanis libellum utrumque passim adhibuit, ita continuo ordine iis inseruit ex Iordane fere solo compilata capita inscripta '*historia Gothorum*' (Mon. Germ. l. c. p. 119 inc. *Claudius Ptholomeus orbis terrae descriptor*, finit *huiusmodi fuisse legitur*), *de Amazonibus* (l. c. p. 121, inc. *Medio tempore habitationis*, finit *extitisse comperimus*), *de origine Hunorum* (l. c. p. 223, inc. *Filimer rex Gothorum — redeamus*), de Wisigothis (l. c. p. 124 *Wisigothae itaque* — p. 130 *pristinae libertati restituit*). ea capita cum saepe inveniantur seorsum descripta una cum similibus de historia Francorum, Langobardorum, Saxonum (v. Pertz *Archiv* vol. 7 p. 486 sq.), non raro in catalogis et alibi sub ipso Iordanis nomine recensentur. ita Palatinus tertius Gruteri codex est Ekkehardi. pendet Ekkehardus ex libro aliquo non bono ordinis primi.

EXCERPTA VERONENSIA Iordanis codicis Vaticani Palatini n. 927 scripti Veronae a. 1181 inserta sunt collectaneis hodie notis sub nomine Anonymi Valesiani, complexa locos desumptos ex Geticis hos: c. 55, 281 [*igitur*] *rex Theodemir* — § 282 *repedavit* (praescribitur: *item fuere et alii Gothi, ex quorum progenie Theodericus processit*) et c. 56, 288 *nec diu post hec* — 57, 293 *audacia intrat* et c. 57, 293 *indeque subreptive* — § 295 *regnator adsumit.* variam lectionem et misit mihi et ipse quoque edidit Carolus Zangemeister in musei Rhenani vol. 30 (1875) p. 309. ego praetermisi utpote desumpta ex libro ordinis primi parum bono, qui conveniret interdum

99) Specimen esto praefatio p. 53, 3 *subuectu nauigii* — 4 *castule laxare* — 5 *adbrauiatione* — 7 *actibusque gestarum* — *et*] *ad* — *regesque descendentem*] *et reges descendentia* — 8 *duratis* — p. 54, 4 *ante hoc* — *auctas* — 5 *ex* om. — *ac*] *et* — 8 *commemorans* — *orans*] *ora* — *kr̄ē frater.*

cum emendationibus librorum interpolatorum; ita p. 131, 2 legit *inscio* pro *inconscio*, aeque atque Ambrosianus et Pollingensis[100]).

Secundus ordo codicum

Secundae classis cum quae hodie supersunt exemplaria integra Getica tantum habeant (nam Vindobonense n. 203 cum sua propagine ex hoc ordine primoque contaminatum est), olim Romana quoque eam habuisse constat. nam huius ordinis libros qui adhibuerunt Paulus et Landolfus, tam Romana quam Getica expilarunt, adsuntque item in epitome Phillippsiana (*S*), quae et ipsa huius classis est, ex utroque libello excerpta. quid quod eius ordinis qui extat liber antiquissimus Ottobonianus capite mutilus praeter Geticorum principium etiam Romana potest amisisse.

Hiatus huic ordini communes hi fere sunt:

p. 77, 4 vandiliarium vandalarius genuit *om. SOB*
86, 6 nam ibi . . . . civitatem *om. OB*
106, 11 abscisam truncatamque auribus *om. OB*
107, 9 non per bella ubi communis *om. OB*
119, 11 necdum Olybrio octavo mense in regno ingresso obeunte] nocte *OB.*

errorum iisdem libris communium exempla cumulare supervacaneum est; unum adnotabo, quoniam ad litteraturam communis archetypi pertinet, p. 126, 22 *parialdemeus OB* pro *paria id est meus*. praeterea miro modo passim per totam hanc familiam *enim* scribitur pro *autem*. verum hic ordo librorum una cum tertio servavit praesertim locis his:

p. 53, 3	subuectum nauigio *BXY cum Rufino*	subuectu nauigii *HPVLA*
8	dura satis *ABXY cum Rufino*	duratis *HPVL*
111, 18	clade traxerunt *OBXY*	clade detraxerunt *HPVL*, clade detraxerant *A*
20	ad(h)ortans *OBXY*	adortus *HPVL*, ad hortandum *A*
127, 13	et uidimer *OBY*	*om. HPVA*

ideoque ibi quoque, ubi quaestio ab sola librorum auctoritate pendet, consensus horum librorum sequendus erit. ita 85, 18 forma *tharvaro*, quae est in *OBXYZ*, propterea praelata est alteri *thurvaro* classis primae; quamquam cum in antiquissimis libris nullus error frequentior sit permutatione litterarum *u* et *a*, potest illa communio ad casum quoque non improbabiliter referri. ob eandem causam debuit fortasse p. 59, 11 edi *exesis* cum classe secunda (*B*) et tertia, cum prima habeat *excisis;* sed cum in Ottoboniano sit *exsis*, fieri potest ut archetypum classis secundae sic vocabulum *excisis* mutilaverit et Breslaviensis librarius inde coniectura fecerit *exesis*.

Item in Romanis, quae tertius ordo non habet, ex secundo sola excerpta Phillippsiana, verum verive vestigium haec sola servaverunt certe uno loco:

p. 15, 2 mutius *S*, veius *HPVL*, mucius *Florus*.

hiatus duo, qui hodie notis libris insident (p. XLV), utrum item in secundo ordine

---

100) Sprevi excerpta Iordaniana inutilia et recentia, qualia sunt in codice Vindobonensi 3216 et in Guelferbytano n. 459 extravag. n. 115.

adfuerint necne, ignoratur, quoniam excerpta quae sola supersunt ad eas partes non perveniunt.

Classis haec sola contra reliquos consentientes verum servavisse non videtur; nam qui sequuntur loci ad id demonstrandum parum sufficiunt:

p. 72, 15 gothile *OB* (Κοθήλας), gudil(a)e *HPVLXYZ*, gadile *A*
119, 19 ar(e)uernate *OB*, preuernate *similiterve HPVLXYZ*

contra reliquos dissentientes verum servavit:

p. 79, 15 degere *AOB*, dedere *HPVL*, decore *XYZ*

Quibus locis in erroribus classis prima et secunda consentiant, ad tertiam exposuimus (p. LXII). ubi consentiunt in errore codices quidam classis primae et secundae, ut evenit locis his:

p. 81, 3 aegre ferentes *om. LOB*
88, 1 LX annos] *HPVLΛOX*, xl annos *BY*
8 Golthescytha] *PV^{b}LY*, gothescytha *HV^{a}OB*

id sine dubio mero casu accidit.

Ab interpolatione grammatica princeps huius familiae immunis fuerit necesse est, cum ex libris quos habemus Ottobonianum certe ea vix attigerit; alibi autem temere immutatus fuit, ut p. 78, 18 *barbara lingua* substitutum est pro *patria*.

Iam singillatim testes recensebuntur.

PAVLVS DIACONVS historiae Romanae, quam scripsit ante a. 774, ex Iordanis li- Excerpta Pauli
bello utroque excerpta complura inseruit, pauca deinde historiae Langobardorum, quae utraque nos in editionis margine inferiore indicavimus. Flori locos ut Iordanes ipse, ita etiam compilator eius propter pulchritudinem saepius ad verbum reddidit: praeterea vero Paulum neque ineptum hominem neque indoctum cum nequaquam fugeret ab Iordane pessime res narrari, apud eum inventa in formam magis aptam redegit, cuius rei optimum exemplum suppeditat Geticorum caput 57. ibi cum Iordanes breviter et parum concinne exponat Theodericum in urbe Constantinopoli bonis omnibus frui potuisse, sed suos cum in Illyrico non optime vivere intellexisset, in Italiam secum duxisse, Paulus (15, 14) inde effecit narrationem plane argutam: 'dum huiuscemodi Theodoricus deliciis 'apud Constantinopolim affluueret, gens illius, id est Ostrogothae, dum eis propter fidei 'sanctionem praedas agere more solito non liceret nec tamen ab imperatore oblata sti- 'pendia sufficere possent, coepere non minimam egestatis penuriam pati: execrantur 'foedus compositum, vituperant inutilem pactionem, mittuntque continuo ad Theodori- 'cum qui dicerent, quas, dum ipse Graecorum epulis superflueret, inopiae miserias 'sustinerent' et quae sequuntur. similiter paullo post ubi scribit Zenonem Theoderico Italiam dedisse 'per pragmaticum' (plane ut in hist. Lang. 2, 12 Alboin episcopo Tarvisino bona ecclesiae confirmat 'per suum pragmaticum') 'sacri etiam velaminis dono', aperte suae aetatis coloribus traditam narrationem adiuvit. his similibusque ut abuteretur, qui Paulum alia secutum esse statueret quam ipsa quae habemus Iordaniana, ita aliis locis, ut in narratione de Aquileia ab Attila obsessa 14, 9, praeter Iordanem diversum eumque deperditum auctorem adhibuit. quae investigatio cum ipsa non huius loci sit, inde explicatur excerptorum Paulinorum ad verba Iordanis emendanda exigua

utilitas. scilicet plerumque compendium tantum Iordanianorum dedit, aliis locis aut ampliavit ea aut contaminavit, ut ne id quidem, quid ex Iordane Paulus receperit, in hac editione ea brevitate quam res requirebat indicari potuerit quique accurate rem cognoscere cupit, ei adeunda sit ipsa Pauli historia Romana a Droyseno nuper ita recensita, ut ad singula capita auctor indicetur. ad crisin quod attinet, paucis locis Romanorum (p. 17, 21 *tepentes* et p. 17, 25 *numerata*), uno fortasse Geticorum (p. 132, 18 *aeream ei* pro *etiam et*) nostrorum librorum lectioni Paulina praeferri poterit. eorum autem ad ordinem secundum Paulus in nominibus propriis formandis proxime accedit, ut scribit *Theodicodo* p. 134, 17, *Ermenfredus* p. 135, 6, *Trapstila* p. 135, 8, *Theodatus* p. 136, 19. interpolationis tamen huic ordini propriae apud Paulum vestigia nulla deprehendi. mero casu cum errore Heidelbergensis consentit p. 23, 17.

et Landulfi

LANDOLFVS sagax inter a. 977 et 1026 et alia addidit ad Pauli historiam Romanam et ex Iordanis Geticis duos locos c. 24 et 35 ei inseruit. eum, cum aliter atque Paulus auctorum quos expilat ipsa verba retinere soleat, luculenter apparet habuisse codicem Ottoboniani simillimum, sed eo emendatiorem, confirmaturque ita quod modo significavimus Paulum et ipsum huius ordinis codicem usurpavisse videri. nam eadem volumina, quibus Paulus usus est, a Landolfo quoque potissimum usurpata esse inde colligitur, quod Originem gentis Romanae pleniorem Paulus et Landolfus soli adhibuerunt (cf. quae exposui in Hermae vol. 12 p. 401).

et Herigeri

HERIGER Lobiensis abbas gestis episcoporum Leodiensium, quae a. 979 vel paullo ante composuit, l. I c. 18. 19 (Mon. Germ. SS. 7 p. 172) locum inseruit de Hunis p. 87, 6 — 91, 9, quem ei suppeditavit 'Iordanis episcopus in historia de gestis Gothorum 'vel Getarum' ex secundae classis libro quodam depromptum, ideo autem notabilem, quod errores quidam huius ordinis libris quos novimus omnibus communes 89, 11 *magnas* pro *magas* et 89, 13 *terrae* pro *errare*, ab Herigerano excerpto absunt; quapropter variam lectionem eius infra adscripsi[101]. — Similiter HVGO FLAVINIACENSIS c. a. 1100[102] et OTTO FRISINGENSIS c. a. 1143[103] usi uterque Iordanis chronico utroque huius ordinis librum videntur adhibuisse.

Epitome Phillippsiana

PHILLIPPSIANAE bibliothecae aliquando Middlehillii, hodie Cheltenhami adservatae codex (nobis *S*) hodie bipertitus 1885. 1896 membr. saec. IX antea fuit Parisiis in collegio Claromontano, deinde bibliothecae Meermannianae n. 821. inter excerpta histo-

---

101) p. 89, 6 *post*] *postea* — *interuallum* — *horosius hunorum* — 7 *omni*] *cum omni* — *extitisse*] *constitisse* — 8 *filime* — *egressum scantiae* — 10 *introisse superius*] *introisset sicut* — 11 *haliorunnas* — 12 *solitudine* — 13 *heremum* — *eorum*] *se earum* — 14 *quae*] *quod* — 16 *quod*] *quia* — *assignabant* — 18 *quod*] *quae* — 19 *quiete*] *fide* — 20 *interioris*] *ulteriore* — p. 90, 1 *inquirunt* — 2 *se uiae* — 3 *meotidem quae* (sic) *inperuiam* — *pelagus aestimant*] *pecus existimabant* — 4 *quoque*] *q. ut* — 5 *inuidiam* — 6 *qui*] *quia* — 7 *iter*] *item* — *nullae ante aetati*] *ante hac aetate nulli* — 8 *diu.*] *per diu.* — *edicunt* — 9 *quam* — *didicerant* — 10 *prius* om. — 12 *alcildzuros*] *acildzuros* — *tuncorsos* — *insidebant* — 13 *alantis* — 15 *quos*] *quod* — p. 91, 1 *nigredinis* — 2 *deformis* — 3 *fiduciam turbidus prodit* — 4 *sec. gen.* — 5 *hinc*] *hi* — *uetustate* — 6 *tempestiuam* om. — *gratia cicatrices assumit* — 7 *quidem* om. — *argutis*] *acuti* — 8 *ad* om. — *arcos.*

102) Legitur apud hunc (Mon. Germ. SS. VIII p. 313) *Wisirmar*, ubi *uisurmar* est in *O*, p. 87, 11; *Balamir* cum *OB* p. 91, 19; *in Barinto amne*, ubi *Barentum OB*, p. 99, 11: contra casu opinor *Adricus* cum *H* p. 87, 7.

103) Apud hunc quoque 4, 21 (Mon. Germ. SS. XX p. 207) amnis appellatur *Barentus;* 4, 28 *receptis* est cum *SOB* p. 105, 18. sed adest *gentium* p. 105, 13.

rica diversa, quae in eo libro insunt ex ordine numerata, sub n. VIII (cod. 1896 q. XV—XIX) refertur 'liber Iordanis episcopi de summa temporum vel origine actibusque 'gentis Romanorum', item sub n. VIIII (cod. 1896 q. XX) 'origo gentis Getarum ex 'libro Iordanis excerptum'. prioris libri epitomator amplam partem descripsit, ex Geticis non multa selegit, sed ut consensus cum Ottoboniano et Bambergensi inde patefiat.

Vaticanvs Ottobonianvs n. 1346 (nobis *O*) membranaceus est quart. min. saec. X foliorum 208. sequitur f. 132′ 'excidium Troiae' nescio quod, incipiens 'Tetis 'dicta est mater Achillis, que de numero quinquaginta Nereidarum dicta est', finiens, ubi liber desinit mutilus, sic: 'sed veniente ad eum Postumio cum Albanos vicit et 'regnum Albanum inchabit et Larentinum finitum est'. quaterniones numerantur O-Z, deinde XV et sic porro. iam codex incipit in Geticis p. 58, 10 verbis *brachio exeunte*; deficit praeterea locus p. 60, 17 *inreparabiliter* ad 61, 16 *montem*, item folio exciso locus p. 116, 17 *didit occupandam* ad p. 117, 4 *pretermeat.* inscriptio deficit; subscriptio eadem est atque in reliquis bonis libris. collatum habui tam a Bethmanno quam longe accuratius ab optimo amico Ottone Hirschfeld. — Archetypum libri scriptum fuit litteris Scotticis: scilicet in erroribus huic libro propriis confunduntur passim *a* et *u*: Ottobonianus

p. 78, 11 *mumae* pro *mamae*
96, 11 *utrumque rem publicum* pro *utramque rem publicam*
97, 3 *lutus* pro *latus*
105, 1 *dispositus* pro *dispositas*
106, 1 *baculam* pro *buculam*
116, 6 *fagatum* pro *fugatum*

r et *s*:

p. 78, 10. 12. 86, 17 *alexrand-* omnino pro *alexsand-*
99, 11 *barent-* pro *busent-*

i et *l*:

p. 75, 10 *malores* pro *maiores*
86, 4 *agamemnon loco* pro *agamemniaco*
96, 3 *prelens* pro *praeiens*

librarium imperite et indiligenter officio functum esse et haec exempla monstrant et alia plurima.

Breslaviensis Rehdigerenvs repos. n. 106 (nobis *B*) membr. saec. XI, 'liber 'S. Martini et S. Elifii martiris', itaque aliquando Coloniae adservatus; non continet nisi Getica. deficiunt folia duo a p. 101, 5 *ut Placidiam* ad p. 103, 1 *revocata* et a p. 110, 2 *non inmerito* ad p. 111, 15 *aspectu*. codex quamquam et aetate cedit Ottoboniano et integritate verbis passim ad arbitrium grammatici reformatis, tamen non solum ubi Ottobonianus deficit, classem hanc optime repraesentat, sed etiam suum locum tenet iuxta illum non ex eo pendens: ita hiatus Ottoboniani p. 85, 10. 92, 18. 104, 17. 106, 14. 17 in libro Breslaviensi non redeunt, similiterque errores illius non pauci ab hoc absunt. contuli ipse recognovique deinde ad huius editionis plagulas. Breslaviensis

Conradus Peytinger qui Getica primus edidit a. 1515, necesse est secutus sit

librum proxime accedentem ad Breslaviensem[104]), quocum plurima a reliquis codicibus aliena communia habet[105]), nec tamen ipsum expressit[106]).

Deteriores ordinis secundi

VINDOBONENSIS n. 203 (olim hist. prof. 652; Endlicher n. 404) membr. saec. XI continet Iordanis Getica et Romana et inter utrumque libellum interpositum excerptum quod dicitur ex historia Gallica, de quo dixit Iac. Grimm *deutsche Mythol.* ed. 2 p. 269 sq. contaminatus est ex ordine hoc et primo. Romana vidimus prima classe librorum sola servata esse; Getica specimen subiectum[107]) (praef. et c. 3) ostendit stare in universum cum ordine secundo, quocum et lectiones plurimas communes habent et hiatus quosdam (ut 58, 3), sed item multa habere ex ordine primo adscita[108]). contaminationem eo modo significatam extra dubium ponunt geminationes in libro Vindobonensi ita admissae, ut utraque lectio in ordinem verborum recepta sit; exempli causa p. 60, 5 *romanis OB*, *germanis* reliqui, *romanis germanis* Vindob.; ibidem *infesti pugnae saeuitia B* (quae interpolatio originem traxit ex lectione hiante codicis eiusdem familiae melioris *O pugna seuitia*), *pugnabant beluina saeuitia* reliqui, *alii infestae seuicia pugnae pugnabant beluina seuitia* Vindobonensis. in archetypo igitur lectioni verae ordinis primi superscripta fuit interpolata ordinis secundi. huic libro et derivatis ex eo propria sunt glossa *attingere* in textum admissa p. 53, 3 et emblema Rom. c. 324 p. 41, 32 *statim hostes . . . filium suum.*

VINDOBONENSIS n. 226 (antea Vniv. 690) saec. XII, olim Ioh. Cuspiniani, deinde Ioh. Fabri episcopi Vindobonensis (Endlicher n. 405), continet Iordanis Getica et Romana interposito excerpto ex historia Gallica supra dicto, praeterea Daretis historiam Troianam et vitam Apollonii Tyrii. descriptus est ex cod. Vindob. 203[109]).

VINDOBONENSIS n. 3221 (antea rec. n. 2129) chart. saec. XV (Endlicher n. 407) scriptus a. 1447, deinde a doctore Achacio Pehaim datus Ioh. Fuchsmageno, continet Aretinum de bello Gottico, Iordanis Getica, excerptum ex historia Gallica supra dictum, Daretem, Iordanis Romana. fluxit ex eodem libro.

---

104) Subieci quae editio c. 3 habet a Breslaviensi libro diversa: p. 58, 3 *cedri* — 4 *cuius*] *eius* — 5 *uistulae* — 11 *hic . . . uiuunt* adest — *ubi*] *ibi* — 14 *uero* adest — 20 *est* adest — p. 59, 1 *tres gentes*] *gentes tres* — 2 *ouium*] *auium* — 9 *sub humo plana ac fertili* — 10 *et* adest — 12 *et*] *ex* — *raumaricae ragnaricii* — p. 60, 5 *infestae saeuitia pugnae.*

105) Ita in capite citato cum Breslaviensi stat contra Ottobonianum p. 58, 22 *austrina signa* — p. 59, 11 *mixti* — 14 *cogeni* — p. 60, 2 *unixae* — 3 *non ante omnes sed ante multos.*

106) Glossa p. 58, 11 *hic . . . uiuunt*, quae a Breslaviensi abest, adest et in margine Ottoboniani et in editione principe. p. 106, 11 pro verbis *ab ea parati* cum substituat Breslaviensis *eam putatis*, in editione utrumque est *ab ea parati eam putatis*; commune igitur archetypum habuerit necesse est *ab ea parati.*

107) p. 53, 3 *stringere*] *attingere stringere* — 7 *actibusque* — *descendente* — p. 54, 1 *super omne autem*] *superat nos hoc* — 5 *retinere*] *tenere* — 6 *dictatione* — 8 *ut* (postea add.) p. 58, 1 *etenim*] *enim* — *cladius ptholymeus* — 2 *arctoo* — *scanzia* et sic deinceps — 3 *cedri* — *ducta*] *ductum* — *de qua . . . positam refert* om. — 5 *fluminis*] *fluuii* — 10 *exeunte* — 13 *ferentur* (corr.) — 15 *eorum*] *earum* — *ptholomeus* — 16 *frigus* — 19 *luce vicem.* — *nesc. clar.* — 22 *austrina signa* — *illos*] *illis* — p. 59, 1 *crefennae* — 2 *ouium auiumque* — 4 *thoringi* — 5 *saphyrinas pellas* — 8 *theutes uagoth pergio* — 9 *uno*] sic corr., m. 1 incerta — *plana ac fertili* — 11 *mixti euagrae* — 13 *eorum*] *horum* — 14 *cogniti*] *cogeni* — p. 60, 2 *acganzi eunixi ethelrugi* — 5 *germanis*] *romanis germanis* — inter *grandiores* et *pugnabant* ins. *alii* (suprascr. *s*) *infestae seuicia pugnae.*

108) Ita adest 58, 11 *quidem* omissum in *OB*, item 77, 4 *uandiliarium uandiliarius genuit* pariter in iisdem omissum, legiturque 59, 2 *ouium auiumque* et 59, 4 *suehans*, ubi *suethans* habent *OB.*

109) In loco diacritico p. 60, 5 adest duplex lectio pariter atque in Vindobonensi 203, sed *aliis* pro *alii.* idem fere valet de iis qui sequuntur.

VINDOBONENSIS n. 3129 (olim Salisburgensis n. 33b) chart. saec. XV (Endlicher n. 408) cum adnotationibus Ioh. Hinderbach episcopi Tridentini (1465—1486) fuit aliquando Tridenti in episcopio (v. catalogus bibliothecae eius scriptus ab Ioh. Ben. Gentilottio editus apud Bonellium in monumentis ecclesiae Tridentinae vol. III part. 2 Tridenti a. 1765 p. 382 n. 86); continet Iordanis Romana, historiam Apollonii, Iordanis Getica. derivatus est ex eodem.

VINDOBONENSIS n. 3177 (antea hist. eccl. 75), scriptus a. 1501, fuit item Ioh. Fabri. continet Victorem Vitensem, Pauli historiam Langobardicam, Iordanis Getica, Callimachi Attilam. item descriptus ex eodem.

MONACENSIS 14506 olim RATISBONENSIS S. Emmerami F 9 membr. saec. XII praeter alia minora continet 'excerptum ex historia Gallica' id de quo modo diximus et Iordanis Romana, quae deficiunt p. 15, 19 in verbis *proh pudor uic.* descendit sine dubio ex codice Vindobonensi 203.

PRESSBVRGI apud Capucinos qui fuit liber chart. saec. XV, antea Theoderici Vlsenii medici Augustani, continens Iordanis Getica, Prosperi chronicon, excerpta ex Historia miscella, carmina quaedam Vlsenii, eum c. a. 1824 Endlicher Vindobonensis contulit, quam collationem Theodorus Karajan cum Bethmanno communicavit. descriptus est sine dubio ex Vindobonensi n. 203, nam dittographia secunda p. 60, 5 apud eum redit.

OXONIENSIS Dorvillianus X, 1, 3, 38 chart. saec. XV exeuntis continet Pauli historiam Langobardorum et Iordanis Getica. descriptus videtur esse non ex ipso Vindobonensi 203, sed ex archetypo eius: dittographiarum p. 60, 5 priorem habet inverso ordine (*germanis romanis*), in altera legit *infestae saeuitia pugnae* omissa lectione primaria. contulit nobis R. Pauli c. 1—7. 60. omisimus totum.

VINDOBONENSIS 3416 (antea hist. prof. 452) chart. saec. XV, antea Iohannis Fuchsmagen († 1499), deinde Cuspiniani. praeter Chronographum a. 354 continet scripta manu diversa Kadlubeki chronica Polonorum et Iordanis Getica in fine mutila (deficiunt p. 138, 8 *urbis aufugit*). de eo similiter iudicandum est atque de Oxoniensi modo dicto: ex duabus dittographiis p. 60, 5 priorem habet sic: *romanis uel germanis*, altero loco legit *infeste saeuitia pugne.*

GOTWICENSIS monasterii (id enim esse quod in libris scriptis corrupto vocabulo dicitur Cirtoicense recte editor intellexit) codicem Geticorum Iordanis nactus Aeneas Silvius (1405—1464) epitomam eorum fecit, ut ipse ait in epistula praemissa ad Iohannem de Carnaiali cardinalem: quam epitomam codices proponunt Veneti duo bibl. Marc. cl. X n. 14 et cl. XXII n. 153, Donaueschingensis n. 507 catalogi Barackiani, alii, edidit Raimundus Duellius (biga librorum rariorum. Francofurti et Lipsiae 1730. fol.). librum ab Aenea Silvio usurpatum similem fuisse Vindobonensi n. 203 ex multis indiciis intellegitur: p. 59, 1 *cresennae* legitur pro *Rerefennis*, auctor autem *Iordanes* dicitur, non *Iornandes.*

Tertia classis facile dignoscitur ex inscriptione Geticorum (Romana qui simul continueret huius ordinis liber nullus innotuit), quae haec est: 'in hoc corpore continentur

Tertius ordo codicum

'cronica Iordani episcopi Ravennatis civitatis [cf. supra p. XIII] de origine ac vocabulis 'gentis Gothorum aedita ad Castalium sumptaque ex auctoribus, id est Senatore Abla- 'bio Prisco Ioseppo Lucano Pomponio Dione Pompeio Trogo Virgilio Dicineo Comosaco 'Salmoxe Zeuta Deuxippo Libio Tito Orosio Paulo Simmacho Strabone Cornelio Claudio 'Tholomeo'. ita Cantabrigiensis, similiterque Atrebatensis Parisinus Brugensis Holmiensis: in compendium redegit Berolinensis sic: 'incipit prefatio Iordanis episcopi Ra- 'vennatis ad Castulum in historia Gothorum'. in iisdem libris, certe in Cantabrigiensi Berolinensi Gandavensi, post absolutum opus subiciuntur 'nomina gentium huius histo- 'riae. Adogit . . . Olibriones Rabari', excerpta scilicet simili ratione ex Iordanianis. eo quoque nomine haec familia coniuncta est, quod Getica Iordanis hic medium locum tenent inter Orosium et Ethicum qui praecedunt. et itinerarium Antonini quod sequitur. Orosium praecessisse in Atrebatensi infra videbimus. praecessit item in libro Cantabrigiensi, quamquam Orosii exemplum cum Ethico iam separatum est numeris inscriptum O. 4. 34; sequitur itinerarium deficiens in verbis *item a Terracina* p. 56 Pind. idem ordo est in Berolinensi, nisi quod itinerarium ab eo abest (cf. Car. Pertz cosmogr. Ethici p. 75). in Holmiensi hodie quidem desunt Orosius et itinerarium, sed ut illum appareat adfuisse. in Parisino praecedit Orosius, sequitur historia Alexandri, adfuit aliquando Ethicus. denique in Brugensi praecedit Orosius, sequitur historia Alexandri. itinerarii index in his libris hic est: 'incipit itinerarium provinciarum omnium 'antonini augusti imprimis provincia africe', id quod adnoto, quoniam similis inscriptio est codicum itinerarii duorum, Blandiniani Gandavensis et allati ex Morinis, de quibus itinerarii editores Pinder et Parthey praef. p. XV sq. egerunt, neque improbabile est codicem principem huius familiae, quem infra videbimus fuisse Wandonis abbatis, tam in Geticis Iordanis hanc propaginem dedisse quam itinerarii certam familiam ex eo originem ducere.

Hiatus huic librorum ordini communis est inter alios hic:

p. 62, 16 et antes nominantur sclaveni *om. XYZ*

principem huius familiae *a* apertam habuisse litterae *u* similem errores ostendunt ei proprii:

	lectio vera:	*lectio corrupta cl. III:*
p. 69, 12	mater	in utero
97, 14	caesarea	cessuria
102, 14	gunthamundus	gunthamandus
113, 24	absentiam	absentium
114, 1. 116, 10	tolosam	tholosum

item litteras *r s* simillimas:

p. 90, 12	boiscos	boircos
118, 10	dertona	desetona

sola haec classis verum servavit consentientibus in errore duabus aliis locis his:

	cl. III:	*cl. I. II:*
p. 108, 10	certatur	testatur
109, 10	certamen ineunt	certamine
124, 23	copercula	cuius fercula

item dissentientibus aliis:

p. 59, 1 screrefennae *XYZ*, rerefennae *HPVL Rav.*, crefennae *OB*
2 ouis auium *XYZ*, ouium *OB*, ouium auiumque *HPVLA*
84, 4 iugo hemi *AXYZ*, iugum enim *HPV*, iugum eius *L*, iugum *O*, iugo *B*
107, 17 diuersis gentium *XY*, diuersis gentibus et *OB*, superbarum gentium *HPVLA*
125, 25 conspiratioque *XYZ*, conspiratoque *HPVA*, conspiratorumque *OB*

qui loci ita comparati sunt, ut neque de casu neque de coniectura recte cogitetur. nec recte opinor obicietur paucitas exemplorum. nam cum auctor talis sit, cui ipsi perturbatissima quaeque et ineptissima merito tribuas, in Geticis autem, in quibus solis diversae originis codices praesto sunt, non multi loci inveniantur ita desumpti ex auctoribus nobis servatis, ut in iis crisis certum fundamentum habeat, rari sint necesse est loci, ubi primi secundique ordinis librorum lectio ita vincatur a tertio, ut hanc evidenter appareat veram esse auctoris, illam ortam ex librariorum neglegentia.

Quibus locis consentiunt in erroribus classis tertia et primae codices quidam:

p. 72, 15 medopam *PVLOB*, medorum *HXYZ*
90, 4 cerua disparuit *HPVSOB*, *om. LXYZ propter homoeoteleuton*
102, 2 egeritur *reliqui*, erigitur *LXYZ*

item classis tertia cum secunda:

p. 84, 17 mirabiliter *reliqui*, miserabiliter *BXY ex interpolatione hominis Christiani*
102, 19 exconsulem *reliqui*, et consulem *OXY* (*B deficit*)

ibi res redit aut ad corrigendi causam communem aut ad casum. interpolationes grammaticae cum passim deprehendantur, inveniuntur etiam aliae graviores: ita bis p. 78, 11. 80, 7 (hic tamen in solo *Y*) Alexander *Mamae* emendatus est in Alexandrum *Mammeae filium*, item 88, 7 gentibus quae enumerantur numerus *undecim* adiectus. denique ex *mag. mil.* 88, 3 factum est *magna milia*. quapropter etiam quod legitur 55, 4 in his libris *yppopodes*, cum in reliquis sit *hyppodem*, per se probabile coniecturae tribuendum est, cum praesertim geographus Ravennas a reliquis libris stet et ex Ethico Iordanem in hoc librorum ordine praecedente librarius archetypi verum petere potuerit.

Principem huius familiae librum deprehendit Bethmannus eum fuisse, quem Wando per a. 742—747 abbas S. Wandregisili monasterio suo legavit testibus gestis abbatum Fontanellensium (Mon. Germ. SS. II p. 287) inscriptum 'historia Iordanis episcopi 'Ravennatis ecclesiae Getarum'; nam episcopum Ravennatem auctorem in hoc solo ordine librorum appellari supra p. XIII vidimus. at is liber hodie desideratur et quod de secundo ordine dixi eum eo nomine potissimum a primo superari, quod exemplaria antiqua et bona huius extant, illius perierunt, id multo magis in tertium cadit. nam cum hunc quoque constet extitisse saeculo octavo, exemplarium quae habuimus antiquissimum est Cantabrigiense saec. XI excerpta tamen habemus hoc antiquiora codicis Duacensis, de quibus iam videamus.

Excerpta Duacensia

Dvacensis codex n. 753 saeculi X exeuntis vel incipientis undecimi compilationem rerum gestarum complectitur a monacho quodam Vedastino aut eodem tempore, quo liber scriptus est, aut non multo ante elaboratam et hoc solo codice nobis servatam. collectanea ea nuper prodierunt curante Waitzio nostro (Mon. Germ. SS. XIII p. 674 sq.), cui missum librum scriptum nos item pro re excussimus. auctor inter alia

Iordanis, quem nomine quoque (scilicet ed. p. 678: *ut Iohannes* — sic errore — *Ravennatae urbis episcopus scribit*, item ubi locum p. 64, 20 exscribit, in margine est: '*sic Ior-*' *danis*') adhibuit Getica nec pauca inde ad verbum transcripsit. usus est codice huius ordinis ni fallor principe: certe etiam Vedastino coenobitae auctor episcopus est Ravennas, quaeque inde repetivit et ostendunt Iordanem eum legisse litteris Langobardicis scriptum (unde veniunt 60, 9 *ulmerachorum* pro *ulmerugorum* et 116, 7 *se mittens* pro *remittens*) et non solum sicubi huius familiae libri qui supersunt in diversa abeunt, meliori lectioni adsentit (ut 110, 15 *uobis* cum *Z* contra *XY*), sed habet etiam quae omittunt *XYZ* verba p. 62, 15 itemque aliquot locis contra eorum consensum antiquiorem scripturam servavit (ut 60, 8 *exientes*, 108, 3 *ribarii*, 110, 16 *magnum*, 110, 25 *autem*). ad crisin Iordanianorum licet excerpta Duacensia momentum raro afferant, si iusto tempore eorum copia mihi facta esset, apparatui critico varia lectio universa inserenda fuisset, ut feci quibusdam locis usus iis quae e Duacensi Bethmannus enotarat. iam sero nactus integra hoc certe loco pro supplemento editionis Waitzianae (p. 679 sq.) subieci elenchum excerptorum ex Iordane petitorum vel certe coniunctorum cum Iordanianis adscripta varia lectione, ubi a mea recensione discedunt. quem locum singula excerpta in compilatione Duacensi teneant si qui erit qui quaerat, adsumpta editione Waitziana facile intelleget.

[Veterum relatores hystoriarum] (*p.* 54, 10—16) totius — cognominant

54, 14 miliariorumque

[est ut] (*p.* 58, 1—12) Claudius Ptholomeus — descriptor in oceani — insulae dispositae

58, 2 oceani arctoi id est septemtrionali salo — scanzia *et sic vel* scandzia *postea* — 7 ad orientem — 8 gremium — 9 immenso — 10 exeunte — 12 esse *om.*

[in quibus insulis multae et diversae manserunt nationes, quarum omnium summum] (*p.* 65, 1) fuit studium inter alias gentes arcum intendere nervis, [certari missilibus, delectari cytharis. harum inquam nationum nomina quia fuerunt barbara nostraeque Latinitati dissona reliquimus. quae] (*p.* 60, 4. 5) gentes Germanis — sevitia, [ex quibus] (*p.* 59, 14) Dani [et Getae, quae primo Hostrogothi, id est orientales Gothi, nunc diviso vocabulo Vesegothi feruntur, feruntur egressi.] (*p.* 60, 6 — 61, 4) ex hac igitur — properant

60, 8 nomen loco — 9 ulmerachorum — 13 filamer — fil. gad. *om.* — 17 inrep.] miserabiliter — 19 reddit — 20 attestatione — 21 a *om.* — 61, 1 philimer — inmenso *corr. in* emenso — optata potiti solo

(*p.* 61, 12 — 62, 3) Scythia [autem regio] Germaniae — fontem

61, 13 stagnum — 14 illud — 15 ambitum — 16 in sinistra parte — 17 sinibus — 62, 1 arctoo — 3 ab hostio suo

(*p.* 62, 7 — 63, 18) in cuius Scithiae — habitasse

62, 7 medio — 8 uastissimam — meotidam — 9 octo] uii — 12 flutaus — 14 aquilonem — 63, 1 nouietanense — 3 quia — 4 extenduntur *om.* — 6 uiduarii — 10 fortissimarum — fecundissima — 17 thraciasque — mare *om.*

(*p.* 64, 5—8) in prima sede — annalium

64, 6 praefati unde loquimur] primi et antiqui gothi — phylimer — 7 salmoxen

(*p.* 64, 20—23) [in] tertia sede — serviebant. *hic in margine:* sic Iordanis.

64, 21 supra — ut sup. dix. *om.* — effecti] caeteris effecti

(*p.* 66, 8—13) Tanausis rex [Scytharum vel *ex Oros.* 1, 14] Gothorum [qui Phylimer successerat] Versozen Aegyptiorum regi ad Phasim fluvium [*in marg.* a quo phasides aves exortae vel cognominatae sunt] occurrit — subiugavit

10 aegyptum — 12 uesosis *om.* — ibi eum in eius patria — 13 eum ledere nequiuisset

(*p.* 66, 15. 16) ex cuius exercitu [multi provintias contuentes subiectas] deserto suorum agmine in Asiae partibus resederunt

[Rome post exactos reges dum prudentia consulum et fortitudine populorum totus pene orbis terra marique fragore obviantium armorum concuteretur, tempore quo Ptholomeus Cleopatre filius regnum Aegyptiorum (*cf. p.* 73, 15) Lutiusque Cornelius Sylla Romanum potitus est consulatum, Gothi ab Asia migrantes Datiam invaserunt, (*cf. p.* 75, 8) quae trans Danubium posita corona cingitur montium, quam non minus annis CCCLII^bus tenuerunt ad tempora usque Maximini Gothi, qui triennio Romanis imperavit. hic Maximus (*sic*) patre Gotho Micca nomine progenitus (*sequitur compendium narrationis* p. 78, 13 — 80, 8 *editum apud Waitzium p.* 680). potitus imperio ad tuitionem Romani imperii familiarem, quia ex vicino sanguine concretam, Gothorum alam ex Datia evocans in Barcilonam collocat incolasque veteres ferro solo eliminat. Gothi igitur talem occasionem nacti permissa obtinuerunt loca et post biennium Narbonam super ripam Rodani fluminis sitam non sine multo suorum sanguine, dein post quinquennium sua rabie depopulantes Tolosam indepti sunt foederatique cum Romanis annui stipendiarii sub XX^tiII^bus imperatoribus annis manserunt CCXLVII].

[Sub Galerio imperatore partes Asiae — deleverunt] *compendium narrationis* p. 85, 18 — 86, 15 (*Waitz l. c.*).

[Sub Diocletiano — gladio peremerunt] *compendium narrationis* p. 86, 15 — 87, 3 (*Waitz l. c.*).

[Cum Theodosio virtute et prudentia consultissimo tunc iuris publici patricio, sed post victoriam consulatu Ausonii et Olibrii imperatore facto, contra Eugenium tyrannum, qui Gratiano imperatore occiso — preda recesserunt] *compendium narrationis* p. 93, 6—9. 95, 8. 9. 96, 10—19. 98, 16—18 (*Waitz l. c.*).

[Sed mox grave ferens res publica eos habere hostes quos consueverat adiutores regnique defensores, muneribus repropitiatos recepit foederatos (*cf. p.* 106, 13) fama interea et vera Rome perlata est ob diuturnam Romanorum atque Gothorum amicitiam Attilam Hunorum regem occidentalem atque comatam Galliam igne et ferro exterminari, et quaerebatur ut subveniretur, animabatur, ut armis tanta viri audacia premeretur. Hunos nam superius diximus secus litus Pontici maris manere quidem hieme, aestate campos velut animalia pervagare, venatione tantum usos vitam per longum tempus ita exegisse. sed ubi numerositate populi eorum excessit audatia, vicinarum gentium quietem turbare ceperunt fraudibus et rapinis. Ostrogothas sibi vicinos, qui longissimam oceani Germanici ripam insidebant, a quibus illi discesserant Gothi, quos notavimus ex Asia in Europae Galliam transisse, primo invadunt, sed mox repulsi, agilitate corporum confisi et agmine suorum, rursus crebro pertemptant, donec federatos recipiunt. Alanos quos dicunt Sclavos] (*p.* 90, 13 — 91, 9) pugna sibi pares — sevitia

91, 1 pauendae — nigredinis habens magis in facie puncta — 3 fiduciam — 5 suscipiant — 9 erecti

Wandalos quos nunc appellant Guenedos attemptaverunt, suis victoriis facile applicavere. gens Suavorum, id est Alamannorum, Gallis saepenumero infesta et ipsa Hunis cessit foederata. quod multis regnis terrarum non fuit ad minimum incommodum. haec apud Hunos agebantur, in quantum fides hystoriarum est credenda, temporibus Vespasiani filiorumque eius Titi atque Domitiani, qui Sarmatas atque Dacos evincere laborabat. enimvero elapsis annis CCC paulo amplius, dico autem imperii Theodosii iunioris et Archadii Honorii filio [*sic*], dum Innocentius papa nomen meritis evincens sedi Romanae curam administrabat, Gallia a deo relicta, quia pondere peccatorum aggravata stragem populi sui solvebat coacta, non hanc Iulianam neque Alemannicam coequare potuit mortiferam rabiem, quoniam haec quanto populorum numerositate multiplicior, tanto grandine et pernitie inmanior. is namque Attila Scytarum atque Hunorum dominus, calicem irae furorisque iusti iudicii propinaturus populis, tantis secum sociatis gentibus, quo via contulit, vivifica Christi aecclesiarum mysteria dissipavit, castra et civitates Christianitate viduavit et ubi post lamentabiles Christianorum cedes Parisius gravi barbarorum labore oppressa succubuit, circumquaque vastatis Aurelianis tenditur ipsaque agminibus hostium circumvallata perturbatur. sed inter agendum precibus beati Aniani eiusdem urbis episcopi ab Etio Romanorum patritio affabilitate, prudentia et belli fortitudine optimo, qui erat ex Italia patre natus Gaudentio, occurritur. cui in auxilio affuerunt duce rege Theoderico et filio eius Torismundo Gothi, (*cf.* *p.* 108, 3) id est Longobardi, Franci, Burgundiones, Sarmate, Armoriciani, Litigiani, Ribarii, Olibriones, Romani quondam milites. Attila excitus Romanorum fama ab Aurelianis recessit, bellum sitiens Romanis occurrit. convenitur itaque ab utroque populo in campos Maurianos qui Catalaunici dicuntur, centum — ab Etio prevenitur (*compendium narrationis* p. 108, 5 — 110, 10; *Waitz* p. 681).

[Vbi isdem patritius Gothis et caeteris populum talem adorsus est orationem] (*p.* 107, 3—20): prudentiae vestrae — desiderantur [armis prestolantur]

107, 6 suum] mundi sua spe — 7 se *om.* — 8 etenim] enim — 10 angit — nobis] n. romanis — 13 vel] aut — 14 his . . 15 romani] his accensi milites uerbis habetis ait theodericus rex romani — 18 nullum] hinc nullum — pauit — 19 comites duci] milites ducis

[Interea] (*p.* 110, 11 — 111, 10) Attila — praecipitantur

110, 11 causa praecedente] pro montis vertice — 12 post] lectissima manus post — 13 rei *om.* — 15 consuetos — 16 uindictam — 18 iudicium — 20 campis — 21 notum — sunt *om.* — 22 testudinesque — 23 aciem alanos] acies — 24 nobis] n. erit — citam uictoriam — 111, 4 asserit — 5 maioribus nostris — 10 pugnam

[Circa horam — parte pugnantibus] *compendium narrationis* p. 109, 4. 5. 111, 24—112, 21. 113, 16—21; *Waitzius* p. 681.

Sequitur (p. 681 ed.) locus de Gallia comata insertis excerptis ex Notitia Galliae, quae citatur sub nomine 'hystoriae Marcelli consulis'; scilicet adhibuit scriptor librum Bertiniani similem (St. Omer 697 + 706), in quo Marcellini chronico subiuncta est Notitia illa. haec excipit locus Hieronymi ep. 123 de clade Galliarum et narratio de M. Marcello sumpta ex Pauli historia Romana, item de Cn. Pompeio sumpta indidem, sed ut Cn. Pompeium Hispaniae victorem a Cn. Pompeio Hierosolymorum expugnatore scriptor suo errore distinguat. interposita sunt fabulosa multa pertinentia ad Galliae civitatium origines. deinde pergitur sic:

[Verum non sola Germania atque Gallia a tanto hoste passa est discrimina: eadem namque coacta sustinuit Italia milite et rerum copia opulentissima. nam post tantae caedis exterminium Torismundus ad paternum solum reversus est Tolosamque] (*p.* 114, 1—22) ingreditur — Italiam'

114, 1 hic] qui — fortium] f. gothorum et superiorum gallorum — 3 de secessu] discessu — 4 dissolutionem — 5 congressione — obsidit — 11 quae in fastigio — 17 omnibus generibus t. adhibitis — et *om.* — 18 ut appareat] appareret — 19 et hinc — 21 tic.] tycinum quod nunc dicitur papia — 22 demoliunturque

(*p.* 115, 14 — 116, 9) Reversus itaque — recessit

115, 14 suas] proprias — 15 dir. leg. — 116, 1 immineret] appareret — 3 torismundus — 6 spe *om.* — 7 remittens] se mittens — 8 et *om.*

Hiatus codicis intercepit quae sequebantur.

Codex Atrebatensis

Codex Atrebatensis (nobis *Z*) collegiatae ecclesiae S. Mariae qui fuit hodie desideratur[110]), sed adhiberi potuit collationis eius, quam fecit Heribertus Rosweydius, apographum adscriptum ad marginem exemplaris editionis Lindenbrogianae adservati in bibliotheca publica Hamburgensi[111]). recognitio etsi non indiligenter facta est, Rosweydius multa sine dubio adnotare aut noluit aut supersedit: quapropter silentio diffisi ibi tantum librum adlegavimus, ubi diserto testimonio de lectione constaret: neque enim tantae utilitatis est, ut ubi dubiis coniecturis lectio eius implicita foret, ad eum attendamus. similiter si quando adscripta dubitationem aliquam relinquebant, saepius ea suppressimus: ut p. 53, 4 in ed. est *castali*, superscriptum *e* pro *i*, ut dubium sit utrum *castale* an *castule* in Atrebatensi fuerit. item p. 59, 10 cum in ed. sit *athelnil*, deleta est *t*, sed utrum fuerit *ahelnil* an *ahelmi* (sic *X*), minus certum est. uno certe loco p. 110, 15 in hac familia cum Duacensi solum Atrebatensem verum servavisse supra p. LXIV observavimus; similiter 114, 22 solus tertii ordinis habet *demoliuntque*. e contrario non desunt mendae huic libro propriae, ut hiatus p. 73, 15. propius accedit ad Berolinensem *Y* quam ad Cantabrigiensem *X* etiam in erroribus (ita p. 126, 23 verba *mag. mil.* adsunt in *X*, absunt ab *YZ*), sed longe praestat Berolinensi eamque utilitatem praebet, quod ubicumque *XZ* consentiunt, de lectione libri principis huius ordinis fere decisum sit. ubi vero contra *X* stant *YZ* vel etiam, id quod raro evenit, tres libri in diversa omnes abeunt, archetypi lectio in coniectura posita est.

---

110) Mentio eius fit in catalogo saec. XIII vel XIV bibliothecae monasterii Atrebatensis S. Vedasti (Antonius Sanderus bibl. Belgica I [1641] p. 64) sic: 'historia Orosii et Iordanis'. Robertus Gale in praefatione ad patris Thomae Itinerarium Britanniarum (Londini 1709. 4.) p. IV quod ait patrem in itinerario Antonini recensendo adhibuisse variam lectionem a Bentleio ex codice Atrebatensi desumptam, pertinet sine dubio ad eundem librum, quem praeter Getica etiam itinerarium continuisse ut reliquos huius familiae probabile est; observantque editores Bentleianum itinerarii librum conspirare fere cum libris Gandavensi et Morino, quos supra p. LXII ad hanc familiam revocavimus. codicem eum, quem Galii possederunt eiusdem generis (nobis *X*), ipsum esse Atrebatensem quominus statuamus, obstat et lectionis *XZ* diversitas et quod itinerarium in libro a Bentleio adhibito integrum fuit, mancum in Galiano.

111) Nuper Heitzius professor Argentoratensis misit ad me alterum eiusdem editionis exemplar, aliquando 'bib. domus prof. societatis Iesu Antv(erpiensis)', cui praescriptum est: 'contuli cum vetusto exem-'plari in membrana ecclesiae collegiatae S. Mariae Atrebati. habetur post Orosium in magno 4to. dedit eum 'librum ecclesiae Iacobus Arondelli canonicus. H(eribertus) R(osweydius)', archetypum igitur Hamburgensis, cuius in locum infelici clade deleti substitutum nunc adservatur in bibliotheca publica Hamburgensi. — Inde errores quidam apographi emendantur, ut 62, 12 in *Z* *flutaus* fuit ut in *XY*, non *fluitans*; 67, 12 *sortitae*, non *fortiter*.

Cantabrigiensis

CANTABRIGIENSIS (nobis *X*) *Trinity College* O. 4. 36, antea Galii n. 64[112]), fol. membr. saec. XI exeuntis, quid contineat praeter Iordanis Getica, supra exposui. contuli ipse et lectionem rettuli plenam. codex est eorum qui toti conferri potuerint huius ordinis optimus, sed habet sibi proprios et hiatus (ut p. 92, 12. 127, 4) et errores complures.

Berolinensis

BEROLINENSIS Lat. fol. 359 membr. saec. XII (nobis *Y*) fuit aliquando monasterii S. Lamberti Laetiensis (Liessies) in Hannonia (recensetur in catalogo librorum eius monasterii apud Sanderum bibl. Belg. vol. II a. 1643 p. 27 sic: 'Iordanes episcopus 'Ravennas, historia Getarum, liber unus'), postea apud Lebeau iure consultum Avesnensem, ubi eum excussit Bethmannus, deinde in bibliotheca nostra regia. contuli ipse; lectionem rettuli suppressis mendis ei propriis, id est ubi solus stat contra reliquos libros omnes consentientes. interpolationem subiit sibi peculiarem; ita p. 121, 21, ubi Atrebatensis, Cantabrigiensis, Parisinus 5873 pro *dediticiis* dant corruptum *delitiis*, ei Berolinensis substituit *reliquis*, p. 128, 2 pro *herilieua* Cantabrigiensis et Parisini 5873 Berolinensis dat *herili sua*, p. 68, 16 ex *cysum* fecit *cydnum*, p. 61, 11 pro *edicere*, quod habent reliqui libri et ex hoc ordine Cantabrigiensis, in Atrebatensi est *ediscere*, in Berolinensi Parisino Brugensi *edisserere*. solus ubi verum habet (ut p. 63, 3 *qua* pro *quia*), coniectura in causa est.

Deteriores ordinis tertii

PARISINOS libros duos hodie disiunctos 4880 et 5873 aliquando unum volumen ita effecisse, ut quae in priore desunt folia (secundum numerationem antiquam) 49—64 in altero inveniantur, et res ostendit et ad priorem partem P. Pithoeus (nam eius manum agnovit qui mea causa examinavit A. Schoene) haec subnotavit: 'recepi hunc librum 'a P. Daniele idib. Octob. 1570, ex quo detraxi (?) quaterniones duos, in quorum 'posteriore fuerant abscisa folia quatuor quorum ultimum quod remanserat finem Aethici 'cosmographiae continebat'. prior codex continet post Orosium f. 48 principium Geticorum usque ad verba praefationis p. 53, 6 *de origine actibusque*, posterior foliis 49—60 (numerationis scilicet antiquae) quae sequuntur inde a verbis *getarum ab olim* usque ad p. 138, 20 *cessit et* fine mutila, praeterea Callisthenis vitam Alexandri, ut mittam ea quae bibliopega solus adiunxit. ex hoc libro sumpta est varia lectio quam a Pithoeo acceptam Fornerius ad marginem editionis suae (cum Cassiodorio Paris. 1579, rep. 1583. 1589) publicavit. eundem (sibi *A*) Vossius contulit cum editionis Vulcanii exemplari hodie adservato in bibliotheca Lugdunensi impr. XIII. O. 673. codex Berolinensi fere aequiparandus est, ut modo hic modo ille propius accedat ad huius familiae archetypum neuterque careat mendis sibi propriis. ad auctoris crisin nullam ex eo utilitatem redundare declarat specimen adiectum praefationem et c. 3 complectens[113]).

---

112) Eius meminit Robertus Gale p. IV praefationis ad patris Thomae editionem itinerarii Britanniarum (Londini 1709. 4.) verbis his: 'penes me est in pergamenis pars illa itinerarii quae Africam Sardiniam Sici-'liam Italiamque peragrat'. cf. Parthey et Pinder praef. itin. p. XXXI.

113) p. 53, 3 *litoris*] *maris* — 4 *castale laxare* — 5 *habet* — *id*] *hoc* — 7 *actibusque* — *generationes*] *egnationes* (sic) — 8 *ab eo*] *habeo* — 9 *nollet* — p. 54, 1 *implendum* — *autem*] *enim est* — 3 *eiusdem* — 8 *tu ut*] *ut tu* — *dominus t. amen* om. p. 58, 1 *etenim*] *enim* — *tholomeus* — 2 *occeano* — *scandzia* et sic deinceps plerumque (p. 59, 13. 60, 1 *scandze*) — 7 *ad orientem* — *lacum* om. — 8 *gremium* —

Brvgensis membr. fol. saec. XIV, olim abbatiae S. Mariae de Dunis (Terduyn) prope Brugam, iam Brugae est in seminario, ubi eum contulit Bethmann iudicavitque ex eodem libro descriptum, ex quo venit Berolinensis.

Stockholmiensi bibliothecae quem librum intulit Ioh. Gabr. Sparwenfeldt (Lilieblad cat. libr. mss. quibus bibl. regiam Holmiensem auxit I. G. Sparwenfeldt. Holmiae 1706. 4.), eum specimine sumpto huic ordini adiudicavit Bethmannus.

Gandavensis capituli membranaceus fol. saec. XV exeuntis, cui in fine adscripsit idem librarius haec: 'hoc volumen comparavit Raphael de Marcatellis dei gratia epi-'scopus Rosensis abbas S. Bavonis iuxta Gandavum a. d. 1492', continet historiam naturalem animalium cum figuris, Iordanis Getica, Iohannis de Thurocz chronicon Hungariae, Rogeri carmen de destructione Hungariae, Aeneae Silvii historiam Bohemicam. specimen lectionum enotavit Bethmann; huius ordinis est, sed inutilis.

Eiusdem ordinis libri commemorantur hi:

Batayliensis monasterii a. 1538 descripsit Lelandus collect. 3, 68 sic: 'Chro-'nicon Iordanis episcopi Ravennatensis integrum: praefiguntur historiae nomina auto-'rum, quorum testimonio usus est, et in fine recenset nomina barbararum gentium, id 'est populorum Germaniae. Itinerarium Antonini mancum, in quo nihil de Britannia'.

Cantvariensem librum 'ex quodam registro sive indice bibliothecae Cantua-'riensis' idem Lelandus collect. 3, 120 recenset sic: 'Chronica Iordanis episcopi Raven-'naten. de rebus gestis Gotthorum. Itinerarium Antonini'.

St. Omer n. 717 membr. saec. XI secundum catalogum continet continuitve praefationem Orosii, Ethicum, Iordanis Getica, historiam tripertitam. Geticis praescribitur: 'in hoc corpore continetur chronica Iordanis ep. Rav. civ. de origine ac vocabulis 'gentis Gothorem aedita ad Castalium'; sed maxima pars eorum abscissa ex volumine hodie desideratur.

Libri deperditi

De codicibus Iordanis, quorum ne ordinem quidem determinare potuimus cui adscribendi sint, quas Bethmannus collegit quaeque praeterea casu magis quam consilio succreverunt indicationes, hoc loco composui si non ad crisin, fortasse ad alia quandoque utilia futura.

Liber 'cuiusdam de gestis Gothorum' qui Bobii fuit secundum catalogum saec. X (Muratori antt. Ital. 3 p. 819) num fuerit Iordanis, parum constat. in inventario a. 1461 non comparet.

Cameraci in S. Benedicti (teste Sandero bibl. Belg. 2, 27) servabatur 'Iordanis 'historia Getarum liber unus'. ibi iam non extat.

Casini inter volumina, quae Desiderius abbas tum, postea a. 1086 papa creatus scribi iussit, secundum Petrum diaconum III, 63 fuit quo continebatur 'historia Ior-'danis episcopi de Romanis et Gothis'.

---

euoluit — 9 *inmenso* — 10 *exeunte* — 12 *esse* om. — 15 *tamen*] *tantum* — *earum* — *tholomeus* — 16 *frigus* — 19 *lucem claram* — p. 59, 1 *circuisse* — *que*] *qui* — 4 *thoringi* — 8 *hallim* — 9 *una planitie ac fertiles* — 10 *ahelmil* recte — 11 *mixti* — *exesis* — 12 *et his*] *et tethis* — *raumarice ragnarici* — 14 *cognitio* — p. 60, 1 *nimiam proceritatem* — 2 *aigandzi* — *gethel* — *rannii* — 3 *roduf* — 4 *gremium*

In inventario rerum monasterii Centulensis sive S. Richarii in Picardia a. 831 facto (d'Achery spicil. ed. 2 vol. II p. 311) recensetur 'historia Iordanis de summa 'temporum et de origine actibusque Romanorum uno volumine'.

Gratzi in bibliotheca universitatis fol. 42, 59 codex est saec. XII exeuntis adservatus olim in S. Lamperti in Austria cum hac praescriptione: 'hos historiogra- 'phos in uno volumine, sed sub XXIIII librorum distinctione comprehendere proposuit 'Hartwicus: Orosium, Ottonem Fris. ep., Romanam historiam, Iordanem, Trogum 'Pomp., Honorii chronica, Reginonis chronica, Livium, Nicophorum vel Geor . . . .' (cf. Wattenbach apud Pertzium *Archiv* 10, 623). in ipso volumine Iordanis libelli non adsunt.

Apud Silvestrum Maurolycum teste catalogo librorum eius (cod. Vat. Christ. 2099 saec. XVI) fuit codex continens 'Gepidarum gesta et Pauli diaconi hist. Lang. 'membr. fol.'.

Murbaci secundum catalogum a. 1464 (Matter *lettres et pièces rares* Parisiis 1846 p. 69) fuerunt Iordanis historiarum libri duo.

In 'Consignatione librorum illustriss. princ. et ducis Mediol. et Papie facta in castro 'Papie 1426' (servat eam ms. bibl. Vniv. Paviae in Ticinensibus XXXV, 3) recense- tur 'Cronica Gothorum et aliorum regum. Volentem . . . pacem custodiens DCCCLXIII'. prima verba principium sunt Geticorum Iordanis, postrema finis Langobardicae histo- riae Pauli diaconi.

Treveris in S. Maximini fuit volumen continens 'Gesta Getarum' teste catalogo eius bibliothecae ex cod. Brux. 6833 edito a Reiffenbergio *annuaire de la bibl. royale de Belgique* 3, 124.

Weihenstephani in bibliotheca secundum catalogum saec. XII (cod. Monac. 21521 et inde Pez thes. 1 praef. p. XXV) fuit 'chronica Iordanis'. in bibliothecam Mona- censem id volumen non pervenit.

Editiones

Editiones factae sunt esseve dicuntur hae.

1. Geticorum cum Pauli historia Langobardorum Augustae Vindelicorum 1515 cura Conradi Pevtingeri (v. supra p. LIX).
2. utriusque libelli cum Procopii libris historicis Latine versis. Basileae 1531 cura Beati Rhenani (v. supra p. LIV).
3. utriusque libelli cum Zosimo Procopio Agathia Basileae (1531) cura Levn- clavii.
4. Geticorum post Cassiodorii opera Parisiis 1579 (indice mutato vel repetita editione 1583. 1588. 1600) cura Fornerii.
5. Romanorum non integrorum in Sylbvrgii scriptoribus hist. Rom. Franco- furti 1588.
6. utriusque libelli sub titulo 'Iustiniani Augusti historia' cum Procopio et Aga- thia Lugduni 1594 cura Simonis G. Silvii.
7. utriusque libelli cum Isidoro et Procopio Lugduni Batavorum 1597 (indice mutato 1617) cura Bonaventurae Vvlcanii.
8. Geticorum cum Cassiodorii operibus Aureliae Allobrogum 1609 (denuo 1622. 1637. 1650. 1656) cura Petri Brossei.

9. Romanorum in scriptoribus historiae Romanae qui prodierunt Aureliae Allobrogum a. 1609, repetiti sunt Ebroduni 1621. Amstelaedami 1625. 1630. Lugduni Bat. 1648. Heidelbergae 1743. 1778.
10. utriusque libelli in Grvteri historiae Augustae scriptoribus Latinis minoribus Hanoviae 1611.
11. utriusque libelli cum Isidoro et Paulo Hamburgi 1611 cura Friderici Lindenbrog.
12. utriusque libelli in Bibliotheca patrvm Coloniensi vol. VI, 2 (1618), 718.
13. Geticorum post Hugonis Grotii historiam Gothorum Vandalorum et Langobardorum Amstelaedami apud Elzevirios 1655.
14. utriusque libelli in Bibliotheca patrvm maxima Lvgdvnensi vol. XI (1677) p. 1052.
15. Geticorum cum Cassiodorii operum vol. 1 Rotomagi 1679 cura Iohannis Gareti.
16. utriusque libelli in Mvratorii scriptorum rerum Italicarum vol. 1 (Mediolani 1723).
17. utriusque libelli cum versione Gallica, quam fecit A. Savagner, Parisiis Panckoucke 1842.
18. Stephanus Endlicher quam a. 1848 inchoavit neque absolvit editionem Geticorum, eius unicum quod superest exemplum a Karajano dono sibi datum nuper Miklosichius intulit bibliothecae publicae Vindobonensi. praemissa est 'brevis 'notitia literaria de Iordane'. varia lectio nulla adiecta est.
19. Geticorum Stuttgartiae 1866 (ed. 2) cura Caroli Aug. Clossii.

Ratio editionis

Haec de apparatu. in eo perficiendo magnopere me adiuverunt collectanea Bethmanni, qui in usum editionis futurae per multos annos libros ad quadraginta contulit inspexitve eosque in certas classes digessit, quamquam nec quae inde effecit satis mihi fecerunt nec varia lectione operose magis quam perite et diligenter composita contentus esse potui. superest ut paucis exponam, quamnam rationem in editione adornanda equidem tenuerim. selegi ex libris vetustis hos:

H Heidelbergensem	*O* Ottobonianum	*X* Cantabrigiensem
P Palatinum	*B* Breslaviensem	(*Y*) Berolinensem
V Valenciennensem		(*Z*) Atrebatensem,
L Laurentianum		
A Ambrosianum		

ex his lectionem plenam rettuli libri Heidelbergensis, plenam dempta orthographica (quid ita significetur, expositum est in praefatione indicis III) sequentium septem, plenam demptis propriis erroribus Berolinensis libri; Atrebatensem denique olim deperditum ibi tantum attuli, ubi diserto testimonio de eo constabat (v. p. LXVII). in omnibus non attendi nisi ad primum librarium, qui si quid correxit, reiectam scripturam repositamque litterulis $^{a\ b}$ (sic V^a V^b) distinxi; emendatorum adnotationes (sic V^2) fere sprevi, quoniam plerumque rem egerunt ex ingenio vel, ut fecit corrector Valenciennensis, adhibito libro aliquo ordinis deterioris. his adiunxi excerpta

Geographi Ravennatis	Pauli diaconi et Landolfi
S Cheltenhamensia	Frechulfi.

quos auctores ad manus fuerint, singulis paginis subscripsi. plagulae impressae et Romae curavi ut denuo recognoscerentur ad libros Vaticanos duos Palatinum et Ottobonianum et ipse iterum relegi ad libros quos domi habebam Heidelbergensem Breslaviensem Cantabrigiensem Berolinensem. quo facto cum hoc mihi videar adsecutus esse, ut errores in variam lectionem pauci se insinuarint, simul infelicissimo casu accidit, ut funesto incendio, quod proximo anno accidit paucis diebus post absolutam textus impressionem, una cum domo mea quattuor illi libri toti et cum his maiore ex parte Vindobonensis n. 203 interirent.

Ex iudicio, quod de singulis libris singulisque eorum ordinibusque supra tuli, efficitur, quas leges in Iordanianis recensendis secutus sim, Geticis scilicet. nam in Romanis cum praeter excerpta Cheltenhamensia non adsint nisi primi ordinis libri, res facilis est et expedita. Geticorum cum tres ordines librorum supersint, quaenam cuiusque eorum auctoritas sit, anceps quaestio est eoque magis implicita, quod in singulis ordinibus codicum condicio admodum dispar est. Iordanes cum scripserit eo sermone, quo tunc vulgo utebantur, soloecismi eius non tam aequales offendebant quam posteros imbutos medii aevi scholastica doctrina. propterea multo magis quam reliqui auctores grammatistarum eius aetatis emendationem subiit, procedente tempore ut civilior et humanior, ita sui magis dissimilis evadens. ab hac interpolatione immunes manserunt soli duo libri Heidelbergensis saeculi octavi et Palatinus noni, scilicet si primam manum respicimus, nam posteriores emendatores hos quoque invaserunt. modestis finibus eam admiserunt qui scripserunt Valenciennensem saeculo nono et decimo Ottobonianum; late grassata est ab undecimo inde saeculo, dominans in Laurentiano Breslaviensi Atrebatensi Cantabrigiensi Berolinensi itemque in reliquis a nobis omissis. accedit, quod ii ipsi codices, quibus grammatistae pepercerunt, Heidelbergensis et Palatinus item probe et religiose scripti sunt, cum Ottobonianus aetate iis non multum inferior neque magnopere interpolatus a librario veniat neglegentissimo. eatenus illi duo libri soli fundamentum praebuerunt, quibus tuto insisteremus. at si respicimus eam lectionis diversitatem, quae non ab interpolatione grammatica pendet, tantum abest, ut primae classis privilegium ad eam item perveniat, ut fortasse, si adessent libri secundi et etiam magis tertii ordinis sua bonitate Palatinos aequantes, eos potissimum prae his sequeremur. nam stemma codicum, quod ex supra positis efficitur, hoc fere est:



haec si recte posuimus, libera electio est non solum ibi, ubi tres ordines dissentiunt, sed ibi quoque, ubi ab una parte stant *HPVLASOB* contra *XYZ*: e contrario ubicumque aut *HPVLAXYZ* stant contra *SOB* aut *SOBXYZ* contra *HPVLA*, classis solitaria vincitur. sed id ita temperandum est, ut interpolationis et emendationis suspicio quamquam

a nullo genere librorum plane abhorret[114], in secundum et tertium multo magis quam in primum cadat, consensusque illorum librorum nullam vim habeat, ubi ad interpolationis communionem revocari potest[115]. solitariae autem singulorum librorum lectiones ita comparatae, ut eiusdem ordinis reliqui libri cum reliquis ordinibus consentiant, iusta auctoritate destituuntur originem habentes aut errorem aut coniecturam. — Post fundamentum lectionis positum quod incipit coniecturarum et opinationum mare magnum et aestuosum, ab eo quantum fieri potest abstinui; ita enim auctor comparatus est, ut iusta in plerisque scriptis ratiocinatio nimios errores et incredibiles ineptias non auctoris esse, sed librariorum in Iordane ita deficiat, ut lectio quo magis inepta, his libellis eo magis apta videri possit.

Quod olim cogitaram subscribere praefationi grati animi testimonium erga bibliothecarum moderatores et reliquos horum nostrorum studiorum fautores, quorum benivolentia effectum est, ut haec recensio librorum Iordanianorum diu expetita auctior et emendatior prodeat, id quominus perficerem fortuna mihi invidit. nam animus non sustinet gratias agere iis, quibus ipsa volumina saecularia restituere iam nequeo. benivolentiam eorundem optimorum virorum quamquam in hac calamitate etiam magis expertus sum, mihi infelix liber quamdiu ero mei infortunii tristissima memoria manebit.

114) Ita loco p. 59, 2 de quo supra p. LXIII dixi pristinam scripturam *ouis auium*, quae sola ferri potest, servavit ordo tertius, ex corruptela in archetypo primi secundique ei substituta, quam suspicor fuisse *ouium auium*, natae sunt lectiones interpolatae ambae classis secundae *ouium*, classis primae *ouium auiumque*.

115) Saepenumero haesitavi, quatenus consensui secundi tertiique ordinis confiderem: ut p. 61, 15 *per omnem Meotidis aditum* per se absurdum fortasse mutari debuit cum *BXY* in *ambitum*. sed tamen et illud ab inepto auctore scribi potuit et hoc a librariis pluribus non ineptis per coniecturam reponi.

Berolini m. Novembri a. MDCCCLXXXI.

NOTARVM INDEX.

H = codex Heidelbergensis saec. VIII (v. p. XLVII)
P = codex Palatinus saec. IX (v. p. XLVIII)
V = codex Valenciennensis saec. IX (v. p. XLVIII)
L = codex Laurentianus saec. XI (v. p. XLIX)
A = codex Ambrosianus saec. XI (v. p. L)
S = excerpta Cheltenhamensia saec. IX (v. p. LVIII)
O = codex Ottobonianus saec. X (v. p. LIX)
B = codex Breslaviensis saec. XI (v. p. LIX)
X = codex Cantabrigiensis saec. XI (v. p. LXVIII)
Y = codex Berolinensis saec. XII (v. p. LXVIII)
Z = codex Atrebatensis (v. p. LXVII)

CORRIGENDA.

p. XLVIII v. 14 saec. X] *scr.* saec. IX
3, 10 lecticaverint] *scr.* lectitaverint
16, 6 Tusciae *Zangemeister conicit auctorem adsumpsisse ex Orosio 7, 19, 5*
33, 20 *adhibuit Iordanes Orosium 6, 22, 6*
38, 32 *verba* primo proelio *fortasse accesserunt ex Eutropio 9, 24*
41, 3 imperium d. t. s. t. coeperunt *Orosii sunt 7, 36, 1*
42, 6 Get. 64] *scr.* Get. 164
61, 9 *scr.* tantum Magog (*cf. p. 174 not. 4*)
63, 11 *adde* pulularunt *H*
71 *not. 4 dele: intelleguntur quae modo praecedunt*
72, 1 *adde* pustulavit *H*
86, 9 ad *omittendum fuit cum HPVLA*
112, 8 *scr.* adversi, Gothos inquiret

DE SVMMA TEMPORVM
VEL ORIGINE ACTIBVSQVE GENTIS ROMANORVM.

Vigilantiae vestrae, nobilissime frater Vigili, gratias refero, quod me longo per 1
tempore dormientem vestris tandem interrogationibus excitastis. deo magno gratias,
qui vos ita fecit sollicitos, ut non solum vobis tantum, quantum et aliis vigiletis.
mactae virtutis et meriti. vis enim praesentis mundi erumnas cognuscere aut quando 2
coepit vel quid ad nos usque perpessus est, edoceri. addes praeterea, ut tibi, quo-
modo Romana res publica coepit et tenuit totumque pene mundum subegit et hactenus
vel imaginariae teneat, ex dictis maiorum floscula carpens breviter referam: vel etiam
quomodo regum series a Romulo et deinceps ab Augusto Octaviano in Augustum ve- 10
nerit Iustinianum, quamvis simpliciter, meo tamen tibi eloquio pandam. licet nec 3
conversationi meae quod ammones convenire potest nec peritiae, tamen, ne amici pe-
titionibus obviemus, quoquo modo valuimus, late sparsa collegimus. et prius ab auc-
toritate divinarum scripturarum, cui et inservire convenit, inchoantes et usque ad orbis
terrae diluvium per familiarum capita currentes, devenimus ad regnum Nini, qui Assy- 15
riorum in gente regnans omnem pene Asiam subiugavit, et usque ad Arbacem Medum,
qui distructo regno Assyriorum in Medos eum convertit tenuitque usque ad Cyrum
Persam, qui itidem Medorum regnum subversum in Parthos transtulit, et exinde usque
ad Alexandrum Magnum Macedonem, qui devictis Parthis in Grecorum dicione rem 19
publicam demutavit. post hec quomodo Octavianus Augustus Cesar subverso regno 4
Grecorum in ius dominationemque Romanorum perduxit. et quia ante Augustum iam
per septingentos annos consolum, dictatorum regumque suorum sollertia Romana res
publica nonnulla subegerat, ab ipso Romulo aedificatore eius originem sumens, in
vicensimo quarto anno Iustiniani imperatoris, quamvis breviter, uno tamen in tuo

---

P V S(*index adest, praefatio deest*). — *Muratori rer. Ital. script. tom. I p.* 222^a.

1. 2 incipit liber iordanis episcopi de summa temporum uel origine actibusque gentis romanorum (lege felix *add. V*) *PVS* 3 uigilantiae uestrae] *V*, uigilantia eum *P*, uigilantiae tuae *Par.* longo per tempore] *P*, longa per tempora *V* 7 addis *V* 12 conuersationis *P* ammonenes *P* 15 assyrriorum *P* 16 penem *P* subiungauit *P* 19 dicione] *P*, ditione *V* 20 augusto *P* 22 regnumque *P* 24 uicesimo *V*

nomine et hoc parvissimo libello confeci, iungens ei aliud volumen de origine actusque Getice gentis, quam iam dudum communi amico Castalio ededissem, quatinus diversarum gentium calamitate conperta ab omni erumna liberum te fieri cupias et ad deum convertas, qui est vera libertas. legens ergo utrosque libellos, scito quod diligenti mundo semper necessitas imminet. tu vero ausculta Iohannem apostolum, qui ait: 'carissimi, nolite dilegere mundum neque ea que in mundo sunt. quia mun- ep. 1, 2, 15–17
'dus transit et concupiscentia eius: qui autem fecerit voluntatem dei, manet in ae-
'ternum'. estoque toto corde diligens deum et proximum, ut adimpleas legem et
ores pro me, novilissime et magnifice frater.

P V.

1 actibusque *V* 5 mundum *V*

IGN. Romani, ut ait Iamblicus, armis et legibus exercentes orbem terrae suum fece- 6
runt: armis si quidem construxerunt, legibus autem conservaverunt. quod et ego,
sequens eruditissimum virum, dum aliqua de cursu temporum scribere delibero, ne-
cessarium duxi opusculo meo velut insigne quoddam ornamentum praeponere. cupio
namque ad inquisitionibus amici fidelissimi, ex diversis voluminibus maiorum praelibans
aliqua floscula pro captu ingenii mei in unum redigere et in modum storiunculae tam
annorum seriae quam etiam eorum virorum, qui fortiter in re publica laboraverunt,
gesta strictim breviterque collegere. quod quamvis simpliciter reor dictum videri 7
doctissimis, gratum tamen fore aestimo mediocribus, dum et brevia sine fastidio le-
gant et sine aliquo fuco verborum quae lecticaverint sentiant. ab originem etenim
orbis primaque creatione tam hominis quam elementorum et usque orbis terrae diluvio
secundum veredici legislatoris verba Mosei duo milia ducentos quadraginta et duo
annos collegimus. in quibus annis adhuc rudi et simplici hominum natura non reges,
sed familiarum capita suo in genere erant. quorum tamen ordo huiuscemodi fuit. 14

f. Gen. 5 Adam protoplastus primusque mortalium vixit annos CCXXX et genuit Seth. 8
Seth vixit an. CCV et genuit Enos.
Enos autem vixit an. CXC et genuit Cainan.
Cainan item vixit an. CLXX et genuit Malelehel.
Malelehel vixit an. CLXV et genuit Iareth.
Iareth vero vixit an. CLXII et genuit Enoch.
Enoch vero vixit an. CLXV et genuit Mathusala.
Mathusala vixit an. CLXVII et genuit Lamech.
Lamech quoque vixit an. CLXXXVIII et genuit Noe.

Noe vero sexcentorum erat annorum, quando diluvium mundi crudelissima faci- 9
nora expiavit. a cuius regimine vel ab ipso diluvio usque ad confusionem linguarum,
que item ob delecta aedificantium turrem facta est in campo Sennahar, et usque
Heber, in quo Hebreorum genus et lingua prisca remansit, quia nec in illa conspira-
tione interfuit, sunt anni DXXV per familias sic.

P V S.

1 romani u. a. a. armis et *in litura V* amblicus *V*, iamblicius *S*, iamblitius *P* 2 constuxe-
runt P^a 4 insigne] signe *S* 5 ad inquisitionibus] *PS*, ad inquisitiones *V* 7 serie *S*, seriem *V*
rem publicam *VS* 8 collegere] *PS*, colligere *V* uidere *PS* 10 et sine] e**ine P^1, etsine *potius*
quam etsin P^2 origine *VS* 11 homines P^a diluuium *V* 12 duocentos *PS*, cc *V*
duo] *PS*, duos *V* 13 annus P^a colligimus *VS* 14 huiuscemodo *P* 15 ann̄ *vel* an̄ *HPS*
plerumque, annos *V plerumque*, annis *L plerumque: nos in talibus librum principem (hic P, deinceps H) ex-*
pressimus 17 *et deinceps* uix̄ *et* gēn̄ *per compendium P* 18. 19 malelehel] *libri cum Prospero et*
Eusebio I p. 79 Sch. (Μαλελεήλ) 19 et genuit] ege̅ *S* 20. 21 enoch enoc *P* 21. 22 math*usala
forte sementis, cum patricium virum innixum aratro suo lictor in ipso opere deprae-
hendit. inde in aciem profectus, ne quid a rustici operis imitatione cessaret, peco- 128
c. 14 dum more sub iugum misit expeditioneque finita rediit ad bobes rursus triumphalis
c. 15 agricola. fidem numinum, qua velocitate! intra quindecem dies captum peractumque
bellum, prorsus ut festinasse dictator ad relictum opus videretur. 30

1, 12, 4. 5 Pari tenore Veientes, Falesci et Fidenates tunc magno labore devicti sunt. qui 129
c. 11 modo et si fuerint, non videntur. que reliquiae? quod vestigium? laborat enim anna-
lium fides, ut Veios, Faliscos, Fidenates fuisse credamus.

H P V S (*desinit* 33 credamus) *L Freculfus l. c.* (*ad* 11 expiravit). *1, 4, 8* (13 Latini — 14 subiciuntur; 20 extant — 21 spolia). — *Mur. p.* 227^{b} *v.* 15 -vinciaque effecta.

1 incumbaret V^{a} 2 federa *H* mucius] mutius *S*, ueius *HPVL* 4 frustrato] *Florus Frec.*, frustratum *libri* teneretur *L* intulit] inicit *Florus* 6 inter immane] *libri*, interim immane *Florus* dictum *S* 7 sexus alter] qui sexus *Florus* cessaret] *Florus* $P^{b}L^{b}$, cessare $HP^{a}VSL^{a}$ 9 patrum *H* rex] et rex *Florus* tot] to *HPV* 10 tamen diu] *libri et Fr.*, tamdiu *Florus* (*Naz.*), tamen tamdiu *Florus* (*Bamb.*) 11 que] quem *L* expirauit] *S Florus*, expiauit *HPVL Fr.* 12 inferus *HPS* 13 nec] hec *L* latinae *S* a *om. Florus* tuscolano] *HPVS*, tusculano *L* 14 cornilicum *L* sora quem *libri* 15 triumphauere romani] triumphauimus *Florus* 17 charrae] $HP^{b}VS$, carrae P^{a}, charre *L* aricini P^{a}, aricinum *Florus* 18 hercylius] *HPVS*, hercilinus *L*, Hercynius *Florus*: *cf. p.* 18, 16 caesoriacum] *HPVS*, cesoriacum *L* curiolos] *HPVL*, coriolos *S* 19 uictus *H* gloriae] gloriose *L* 20 aut] atque *L* antio] *S Florus*, antia *HPVL Fr.* 21 menius] *HPVS*, memius *L* suggesto] *HPVL*, suggestum *S* 22 initus *HPVS* 23 uulsci] *PV*, ulsci *S*, uulsic *H*, uulcisci *L* 24 et] sed *Florus* hos] hoc *H* ab aratro *om.* V^{a} 25 manilii *L* 27 profectus] *libri*, uictos *ins. post* prof. *Florus* (*Bamb.*), *post* cessaret *Florus* (*Naz.*) *interpolando* 29 numidum *L* quam *S* captum] coeptum *Florus* 30 ditator $V_{\bigcirc}$dicatur *L* 31 uegentes *P* falesci] *HPVS*, falisci *L* 33 ut] et *V* ualiscos *libri*

130 Galli autem Senones gens natura ferox, moribus incondita, ad hoc ipsa corpo- Florus 1, 13, 4
rum mole, perinde armis ingentibus, adeo omni genere terribilis fuit, ut plane nata
ad hominum interitum, urbium stragem videretur. hi quondam ab ultimis terrarum c. 5
oris et cingente omnia oceano ingenti agmine profecti cum iam media vastassent,
positis inter Alpes et Padum sedibus, ne his quidem contenti, per Italiam baccaban-
131 tur. tunc Clusium Tusciae urbem obsidebant, ubi pro sociis ac foederatis Romanus c. 6
intervenit missis ex more legatis. sed quod ius apud barbaros? ferocius agunt et
inde certamen. conversi Galli a Clusio Romam. quibus ad Alliam flumen cum ex- c. 7
ercitu Fabius consul occurrit. non temere foedior cladis: itaque hunc diem fastis
132 Roma damnavit. fuso exercitu Galli iam moenibus urbis adpropinquabant, ubi pene c. 8
nulla erant praesidia. tum igitur sic ut numquam alias apparuit illa vera Romana
virtus. iam primum maiores natu amplissimis usi honoribus in forum coeunt, ibi de- c. 9
vovente pontifice diis se manibus consecrant statimque in suas quisque aedes regressi
sic ut in trabeis erant et amplissimo cultu in curulibus sellis sese reposuerunt, ut c. 10
133 cum venisset hostis, in sua quisque dignitate moreretur. pontifices autem et flami- c. 11
nes quidquid religiosissimi in templis erat, partim in doleis refossa terra reconderunt,
partim inposita plaustris secum Veios auferunt: virgines simul ex sacerdotio Vestae c. 12
nudo pede fugientia sacra comitantur. tamen excepisse fugientes unus e plebe fertur
Atinius, qui depositis uxore et liberis virgines in plaustrum recepit. adeo tunc quo-
134 que in ultimis religio publica privatis affectibus antecellebat. iuventus vero, quam c. 13
satis constat vix mille hominum fuisse, duce Manlio arcem Capitolini montis insedit,
obtestata ipsum quasi praesentem Iovem, ut quem ad modum ipsi ad defendendum
135 templum occurrissent, ita ille virtutem eorum numine suo tueretur. aderant interim c. 14
Galli apertamquae urbem adeunt. ibi sedentibus in curulibus suis praetextatos senes
velut deos geniosque venerati, mox eosdem, postquam esse homines liquebat, alioquin
nihil respondere dignantes pari vecordia mactant facesque tectis iniciunt et totam ur-
136 bem igni ferro manibus exaequant. sex mensibus (barbaros quis crederet?) circa c. 15
montem unum pependerunt, nec diebus modo, sed noctibus coque omnia experti,
cum tamen Manlius nocte subeuntis, clangore anseris excitatus a summa rupe deie-
cit, et ut spem hostibus demeret, quamquam in summa fame tamen ad speciem fidu-
137 ciae, panes ab arce iaculatus est: et stato quodam die per medias hostium custodias c. 16
Fabium pontificem ab arce dimisit, qui solemne sacrum in Quirinali monte conficeret:
atque ille per media hostium tela incolomis religionis auxilio rediit propitiosque deos
renuntiavit. novissime cum iam obsidio sua barbaros fatigasset, mille pondo auro c. 17

H P V L. — *Mur. p.* 228^a *v.* 21 -lini montis.

1 incodita *HPV* 2 nata ad hom *in litura V* 3 hii *L* 4 horis *libri* cingnente *L* media uastassent] mediam uastant* *L* 5 alpe sed *P* his] id *L* contempti *libri* baccaban-tur] *libri*, uagabantur *Florus* 6 tunc] tum *Florus* tusciae *om. Florus* ubi *om. Florus* ac] et *L* 7 missi* (missis V^b) V^a: missi ex more legati *Florus* 8 clusi *L* 9 clades *Florus* 10 romam *libri* adpropinquabat P^a 11 illa uero *HV*, uera illa *Florus* 14 serant *P* 16 reli-giosissim *P* partem *HPL* defossa *Florus* reconderunt] recondunt *Florus* 17 inpositis *L* ex acerdotio *P* 18 fugientia] HPV^aL, fugientia a V^b sacro HPV^a 19 plaustris *L* 20 regio *V* adfectibus *Florus*, effectibus *libri* 21 homines *L* manilio *L* 22 obtestates *P* ipsi] ipse *L* 23 templum] *libri et Florus* (*Bamb.*), templum eius *Flor.* (*Naz.*) occurri se *L*, concurrissent *Florus* nomine suo *HPV*, suo nomine *L* aderat *HP* 24 sedentes *Florus* senex *L* 26 uecordiam aptant *H* 27 barbari *Florus* 28 coque] *HP*, quoque *rel.* 29 manilius *L* subeuntes *Florus* (*Naz.*) 30 ad] *PVL Florus*, in *H* 31 paenes *HP*, poenes *L* hostium custodias] hostias *L* 32 fauium *L* pontificem *om. V*^{a} 33 atque] at *L* 34 obsidio sua b. fatigasset] *Florus*, obsidia sua barbaros fatigasset (fatigassent *L*) et *HPVL* auri *Florus*

recessum suum venditantes, ...
. . . . . ut omnia incendiorum vestigia Gallici sanguinis inundatione deleret.

Flor. 1, 13, 18. 19 Igitur pastorum quondam casa urbs enituit: post assertam a Manlio faciem resti- 138
tutamque a Camillo acrius etiam vehementiusque in finitimos resurrexit. nec tamen 139
contenti Romani suis eos moenibus expulisse, cum per Italiam naufragia sua latius
traherent, sic persecuti sunt, ductante Camillo, ut odiae nulla Senonum vestigia su-
c. 20 persint. semel apud Anienem trucidati, cum singulari certamine Manlius aureum
torquem barbaro inter spolia detraxit, unde et Torquatus est dictus. iterum Pomptino 140
agro, cum in simili pugna Valerius insidente galeae sacra alite adiutus rettulit spolia
dictusque est ipse Corvinus. nec non tamen post aliquod annos omnes reliquias
eorum in Etruria ad lacum Vadi montis Dolabella delevit, ne quis extaret ex ea
1, 14, 1 gente quae incensam a se Romanam urbem gloriaretur. conversoque a Gallis Manlio 141
1, 15, 1 Torquato Latini experti sunt et devicti. indeque Savini, qui eorum belli socii ductante 142
c. 2 Tatio extitissent, a Curio Dentato consule subiecti, eorumque loca a Varanio fonte in
c. 3 Adriano tenus mari igni ferroque vastata, tantumque Romano populo addit opes, ut
nec ipse posset aestimare qui vicerat.

1, 16, 1 Praecibus deinde Campaniae motus non pro se sed pro sociis Samnitas invadit. 143
c. 3 omnium namque non modo Italiae tantum, sed pene toto orbe terrarum pulcherrima
Campaniae plaga est. nihil mollius caelo: denique bis floribus vernat. nihil uberius
c. 4 solo: ideo Liberi Cererisque certamen dicitur. nihil hospitalius mari: hic illi nobiles
portus Caieta, Misenus, tepentes fontibus Baiae, Lucrinus et Avernus quaedam maris
c. 5 hostia. hic amici vitibus montes Caurus Falernus Massicus et pulcherrimus cuncto-
c. 6 rum Vesubius Aetnaei ignis imitator. urbes ad mare Formiae Cumae Puteoli Herculaneum Pompei et ipsa caput urbium Capua, quondam inter tres maximas Romam
c. 7 Carthaginemque numerata. pro hac urbe, his regionibus populus Romanus Samnitas 144
invadit, gentem, si opulentiam quaeras, aureis et argenteis armis et discolori veste
usque ad ambitum armatam: si fallaciam, saltibus ferae et montium fraude grassantem: si rabiem ac furorem, sacris legibus humanisque hostiis in exitium urbis agi-
c. 8 tatam: si pertinaciam, sexies rupto foedere cladibusque ipsis animosiorem. hos tamen
quinquaginta annis per Fabios ac Papirios patres eorumque liberos ita subegit et domuit, ita ruinas ipsas urbium diruit, ut hodiae Samnium in ipso Samnio requiratur
c. 9 nec facile appareat materia quattuor et viginti triumphorum. maximae tamen nota et 145

H P V L Frecultus 1, 4, 17 (4 nec — 12 gloriaretur). *Paulus h. R. 1, 8* (18 omnium — 29 animosiorem). *1, 9* (30 ita — 32 appareat). — *Mur. p. 228^b v.* 28 hostiis.

1 recessum suum] recessuum *L* uindicantes *V^a*, uinditantes *P^a* *hiatum non adnotant libri; exciderunt Flori haec:* idque ipsum per insolentiam, cum ad iniqua pondera addito adhuc gladio insuper 'vae victis' increparent, subito adgressus a tergo Camillus adeo cecidit 3 urbis *libri* mallio *L* 5 contempti *L* moenibus] sedibus *L* latrius *HPV* 6 odie enulla *P* 7 manilius *L* 8 pomptio *L^a* 9 aliter *HPV* 11 uadi montis] *HPV Fr.*, uadis montis *L:* Vadimonis *Flor.* 12 manlio] *PV*, mallio *H*, manilio *L* 13 bellis *libri* 14 a uaranio fonte (fente *P*) in] qua Nar Anio fontes (fontesque *Naz.*) Velini *Florus* 15 tantoque *L* 16 possit *HPV* 17 campanae *P* 18 orbem *V* 19 camp. plaga est pulch. *L^a* 21 caieta] *Paulus*, gaieta *HPV*, gaieza *L* misenus] *Paulus*, mesenos *libri* tepentes] *L et Paulus cum Floro*, tepente *HP*, teponte *V* 22 (h)ostia] *libri Iord. et Pauli*, otia *Florus* amici] amicti *Florus* (*Naz.*) caurus] *libri Iord. et Pauli*, Gaurus *Florus* 23 uesubius] *HPV*, besubius *L*, uesuuius *Paulus* ethnei *P cum Floro*, ethnae *H*, ethne *L*, etne *V* puteoli] Put. Neapolis *Florus* herculanium *L* 24 pompeia *Paulus* 25 chartaginemque *HPV^b*, cartag- *V^{a}L* numerata] *Florus*, nominata *Paulus*, numeranda *HPV*, numerandam *L* 27 armatam] *sic et Iordanis libri boni et Flori Bamb.* (*omittit Nazarianus*), ornatum (ornatam *dett.*) *Paulus*, *inde* ornatam *Iordanis liber Bambergensis* (*v. Iahn ad Florum p. VIII*) crassantem *libri Iordanis et Pauli Vat. 3339* 28 exitum *L* orbis *Paulus* 29 animosiores *L* 30 domuit] deleuit *L* 31 diripuit *H* samnio] samnium *HPV* 32 facile *om. L^a* nota] notae *HPV*, note *L^b*, *om. L^a*

inlustris apud Caudinas forculas ex hac gente clades Veturio Postumioque consulibus accepta est. clusum per insidias intra eum saltum exercitum, unde non posset eva- Florus 1, 16, 10
dere, stupens tanta occassione dux ostium Pontius Herineum patrem consuluit: et ille, c. 11
mitteret omnes vel occideret sapienter, ut senior, suaserat: hic armis exutos mittere
146 sub iugum maluit, ut nec amici forent beneficio et post flagitium hostes magis. ita- c. 12
que et consules statim magnifice voluntaria deditione turpitudinem foederis dirimunt et ultionem flagitans miles Papirio duce — orribile dictu — strictis ensibus per ipsam viam ante pugnam fuit et in congressu arsisse omnium oculos hostis auctor fuit. nec prius finis caedibus datus, quam iugum sibi promissum Romani et duci Samnitum et
hostibus reposuerunt.

147 Hactenus cum singulis gentibus, mox catervatim. sic tamen coque par omnibus 1, 17, 1
fuit. Etruscorum duodecem populi, Vmbrii in id tempus intacti antiquissimus Italiae populus, Samnitium reliqui in excidium Romani nominis repente coniurant. erat ter- c. 2
ror ingens tot simul tantorumque populorum. late per Etruriam infesta quattuor
148 agminum signa volitabant. Geminius interim saltus in medio, ante invius plane quasi c. 3
Calydonius vel Herquinius, adeo terror erat, ut senatus consuli denuntiaret, ne tantum periculi ingredi auderet. sed nihil horum terruit ducem, quin fratre praemisso c. 4
exploraret accessus. ille per noctem pastorali habitu speculatus omnia, refert tutum
149 iter. sic Fabius Maximus periculosissimum bellum sine periculo explicuit. nam c. 5
subito inconditos atque palantes adgressus est captisque superioribus iugis in subiectos suo iure detonuit. ea namque species fuit illius belli, quasi in terrigenas e c. 6
caelo ac nubibus tela iacerentur. nec incruenta tamen illa victoria. nam oppressus c. 7
in sinu vallis alter consolum Decius more patrio devotum diis manibus optulit caput,
sollemnemque familiae suae consecrationem in victoriae praetium redegit.

150 Necdum Etrusco bello exempto mox sequitur Tarentinum, unum quidem in no- 1, 18, 1
mine, sed multiplex in victoriis. hoc enim Campanos Apulos atque Lucanos et caput belli Tarentinos, id est totam pene Italiam, et cum his omnibus Pyrrum clarissimum Epyrotarum Greciae regem una veluti ruina pariter involvit, ut eodem tempore et
151 Italiam consummaret et transmarinos triumphos auspicaretur. Tarentus Lacedemo- c. 2
niorum opus, Calabriae quondam et Apuliae totiusque Lucaniae caput, cum magnitudine et muris portuque nobilis tum mirabili situ, quippe in ipsis Adriae maris c. 3
faucibus posita in omnes terras Histriam Illyricum Epyron Achaiam Africam Sici-
152 liam vela dimittit. imminet portui ad prospectum maris positum theatrum, quod
quidem causa miserae cupiditatis fuit omnium calamitatum. ludos forte celebra- c. 4
bat, cum adremigantes litore Romanam classem vident atque ostem rati aemicant
sine discrimine et insultant. qui enim aut unde Romani? nec satis. aderat c. 5
sine mora querillam ferens legatio: hanc quoque foede per obscenam turpemque

---

H P V L Freculfus 1, 4, 19 et denuo 28 (29 Tarentus — 31 situ). — *Mur. p. 229ª v.* 37 querillam.

1 ex hac gente] exagente *L* cladis *libri* 3 occansione *PV* duxit ostium (host. *V*) *HV*, dux** hostium *PL* herineum] *HPV*, erineum *L*, Herennium *Florus* 4 mittere o. u. occidere *L* persuaserat *L* 7 pampirio *H* strictis] tristis *L* 8 pugna *L* 9 ducis *HPV* 11 hactenus] h populus romanus *Flor.* cateruatim] aceruatim *Flor.* coque] *HP*, quoque *V*, *om. L* 13 samnitum *L* nominis] populi *L* 14 ethuriam *L* 16 calydonius] *HPV Flor.* (*Naz.*), calidonios *L* herquinius] *HPV Flor.* (*Bamb.*), erquinius *L*, *cf. p.* 15, 18 terror] tum (tunc) terrori *Florus* 18 explorare *HPV* accensos *libri* * 21 suosure *P* 24 redeit *L* 25 ex exempto *V* 26 apullos *P*, apulios *L* 27 terentinos *HPV* pene *om. Florus* 28 Epyrotarum *om. Florus* unam *HPV* picriter *V* 29 cosumaret *L* triumphos transm. *V* 31 nobiles *libri* mirabili] *HPV Florus* (*Bamb.*), mirabile *L*, mirabilis *Florus* (*Naz.*) Hadriani *vel* Hadriatici *Florus* 33 uel admittit *H* imminit *HP* quod] quo *H* 34 cupiditatis] *libri*, ciuitati *Florus* celebrabant *L* 35 romana classe *HV*, Romanas classes *Florus* 36 et *om. Florus* qui] quid *L* 37 coque *P* faede *HPV*, fede *L*

Florus 1, 18, 6 dictu contumeliam violant: et hinc bellum. sed apparatus horribilis, cum tot simul 153
populi pro Tarentinis consurgerent omnibusque vehementior Pyrrus, qui semigrecam
ex Lacedemoniis conditoribus civitatem vindicaturus cum totis viribus Epyri Thessa-
liae Macedoniae incognitisque in id tempus elefantis mari terra viris equis armis, 4
c. 7 addito insuper ferarum terrore veniebat. apud Eracleam Campaniae fluviumque Li- 154
rem Laevino cons. prima pugna, que tam atrox fuit, ut Forentanee turmae prefectus
Obsidius invectus in regem turbaverit coegeritque proiectis insignibus proelio exce-
c. 8 dere. actum erat, nisi elefanti converso in spectaculo bello procucurrissent. quorum
cum magnitudine tum deformitate et novo odore simul ac stridore consternati equi
cum incognitas sibi beluas amplius quam erant suspicarentur, fugam stragemque late 10
c. 9 dederunt. in Apulia deinde apud Asculum melius dimicatum est Curio Fabricioque 155
consulibus — iam quippe terror beluarum exoleverat et Gaius Numicius quartae legio-
c. 10 nis astatus unius promoscide abscisa mori posse beluas ostenderat. itaque in ipsos
pila congesta sunt et in turres vibratae faces tota hostium agmina ardentibus ruinis
operuerunt. nec alius cladi finis fuit quam nox dirimeret postremusque fugientium 15
c. 11 rex ipse a satellitibus humero saucius in armis suis referretur. Lucaniae suprema 156
pugna Sybarusinis quos vocant campis, ducibus hisdem quibus superius, sed tum
c. 12 tota victoria. exitum, quem datura virtus fuit, casus dedit. nam provectis in primam
aciem rursus elefantis unum ex his pullum adacti in caput teli gravis ictus avertit,
qui cum per stragem suorum recurrens stridore quereretur, mater agnovit et quasi 20
c. 13 vindicaret, exiliit, tum omnia circa quasi hostilia gravi mole permiscuit: ac sic eae-
dem ferae, que primam victoriam abstulerunt, secundam parem fecerunt, tertiam
c. 14 sine controversia tradiderunt. nec vero tantum armis et in campo, sed consiliis 157
et domi coque intra urbem cum rege Pyrro dimicatum est. quippe post primam victo-
c. 15 riam intellecta Romana virtute statim desperavit armis, seque ad dolos contulit. nam 25
interemptos cremavit captivosque indulgenter habuit et sine pretio restituit missisque
legatis in urbem omni modo annisus est, ut facto foedere in amicitiam reciperetur.
c. 16 sed et bello et pace et foris et domi omnem in partem Romana virtus tum se adpro- 158
bavit nec alia magis quam Tarentina victoria ostendit populi Romani fortitudinem, 29
c. 26 senatus sapientiam, ducum magnanimitatem. ‖ nec alius pulchrior in urbem aut spe- 159
c. 27 ciosior triumphus intravit. ante hunc diem nihil praeter pecora Vulscorum, greges
Savinorum, carpenta Gallorum, fracta Samnitium arma vidisset. tum autem, si capti-
vos aspiceres, Molossi Thessales Macedones Bruttius Apulus atque Lucanus: si pom-
c. 28 pam, aurum purpura signa tabulae Tarentinaeque diliciae. sed nihil libentius popu-

---

H P V L Freculfus 1, 4, 19 = 28 (2 Pyrrus — 5 terrore; 8 quorum — 17 superius; 28 sed).

1 dictu contumeliam] *Florus*, dictumeliam *HPL*, dictum heliam *V* 2 populis *HPV* pyrrus *om. L* 3 lacedemonibus *L* uinditaturus *L* 5 terrore] terrarum *L* 6 prima pugna que] primaque pugna *L* forentane *V*, Ferentaneae *Florus* pref. *per compendium libri* 7 proelio] bello *L* 8 spectaculum *Florus* 9 cum magnitudine tum] magnitudinem tam *L* conternati *V* 10 late *om. L* 11 deinde] denique *L* 13 ostenderat] *Florus*, ostenderet *libri et Fr. utroque loco* ipsos] *libri et Frec. c. 19*, ipsas *Florus et Frec. c. 28* 16 referreretur *L* 17 pugna sybarusinis] *Florus* (*Bamb.*), pugna sybaros (subaros *P*, sibaros *L*) in his *PVL*, pugnas baros in his *H*, pugna sub arusinis *Florus* (*Naz.*) sed tum] sedum *L* 18 quem] que *L* 20 cum] dum *L* 21 uindicaret] uindicare *libri* exiliit] HP^aVL, exiluit P^b *Florus* quasi circa *V* eaedem] aedem *HP*, eadem *L*, **dem (cedem *vel* eedem V^b) V^a 22 prima *L* 23 controuersiam *HPV* campo] *Florus* (*Bamb.*), campos *libri*, campis *Flor.* (*Naz.*) 24 et domi coque] *H*, et domi quoque *VL*, et dominicoque *P*, quoque et domi *Florus* 26 interemptus *HPV* indulgenter] *L*, indulgentes *HPV* 30 nec alius] nekalius *PV* pulchrioror P^a urbe *HPV* specior *L* 32 sauinorum] *libri et Fr.* samnitum *Fr.* uidisset] *libri*, uidisses *Florus*, uiderunt *Fr.* tunc *L* 33 aspiceret *L* thessales] *libri et Fr.*, Thessali *Florus* brattius *HP Fr. 19. 28*, bractius *L*, bratius *V* 34 arentinaeque *P*

lus Romanus aspexit quam illas quas timuerat cum turribus suis beluas, quae non sine sensu captivitatis summissis cervicibus victores equos sequebantur.

160 Post Tarentinam cladem domiti Picentes et caput gentis Asculum a Sempronio Florus 1, 19, 1. 2
4 duce, qui tremente inter proelium campo, Tellurem deam promissa aede placavit.

161 Salentini vero Picentibus additi caputque his regionibus Brundisium inclyto 1, 20
portu Atilio duce, et in hoc certamine victoriae praetium templum sibi pastoria Pales ultro poposcit.

162 Postremi Italicorum in fidem venere Vulsini opulentissimi Etruscorum, imploran- 1, 21
tes opem adversus servos quondam suos, qui libertatem a dominis datam in ipsos
10 erexerant translataque in se re publica dominabantur, sed hi quoque duce Fabio Gurgite poenas dederunt.

163 Domita subactaque Italia populus Romanus || Appio Claudio consule primum fre- 2, 1, 1. 2, 5
tum ingressus est fabulosis fame monstris estuque violentum, sed adeo non est exterritus, ut ipsam illam ruentis estus violentiam pro munere amplecteretur, quod c. 6
15 velocitas navium mari iuvaretur, statimque ac sine mora Hyeronem Syracusanum tanta celeritate devicit, ut ille ipse prius se victum, quam hostem videret, fateretur.

164 Duellio Cornelioque consulibus etiam mari congredi ausus est. tum quidem ipsa c. 7
velocitas classis comparatae victoriae auspicium fuit. intra enim sexagesimum diem quam caesa silva fuerat, centum sexaginta navium classis in anchoris stetit, ut non
20 arte factae, sed quodam munere deorum conversae in naves atque mutatae arbores viderentur. proelii vero forma miravilis, cum illas caeleres volucresque hostium na- c. 8
ves hae graves tardaeque conpraehenderent. longe illis nauticae artes detorquere remos et ludificari fuga rostra. iniectae enim ferreae manus machinaeque validae c. 9
21 ante certamen multum ab oste derisae coactique hostes quasi in solido decernere.

165 victor ergo apud Liparas mersa aut fugata hostium classe primum illum maritimum egit triumphum. cuius quod gaudium fuit, cum Duellius imperator non contentus c. 10
unius diei triumpho per vitam omnem, ubi a cena rediret, praelucere funalia et prae-
cinere sibi tibias iussit, quasi cotidie triumpharet. prae tanta victoria leve huius c. 11
29 proelii damnum fuit alter consulum interceptus Asina Cornelius, qui simulato collo-

166 quio evocatus atque ita oppressus fuit perfidiae Punicae documentum. Calatino dicta- c. 12
tore fere omnia praesidia Poenorum Agrigento Dripanis Panormo Eryce Lilybeoque detraxit. trepidatum est semel circa Cameriniensium saltum: sed eximia virtute c. 13
Calpurni Flammae tribuni militum evasimus. qui lecta trecentorum manu insessum ab hostibus tumulum occupavit adeoque moratus ostes, dum exercitus omnis evaderet:
35 ac sic pulcherrimo exitu Thermopylarum et Leonidae famam adaequavit, hoc inlustrior c. 14

167 noster, quod expeditioni tantae superfuit et nihil inscripserit sanguine. Lucio Corne- c. 15
lio Scipione cum iam Sicilia suburbana esset populi Romani provincia serpente latius bello Sardiniam adnexamque Corsicam transiit Olbiam. ibi Ateriae urbis excidio in- c. 16

H P V L Freculfus 1, 4, 28 (*ad* 5 additi; 8 Postremi — 11 dederunt). — *Mur. p. 229^b v.* 6 portu.

3 tarentina clade *H* a *om. Florus* 4 prelia *L* campo] campu *HP*, caput *V* aede] ede *P*, cede *L* 5 sarentini *H* his regionibus] regionibus *Florus* (*Naz.*), regionis *Florus* (*Bamb.*) 6 portu atilio] *Florus* (*Bamb.*), post uatilio *libri*, portu M. Atilio *Florus* (*Naz.*) pastoria pales] *Florus*, pastor apales *HPV*, pastor appales *L* 8 postremi] ū postremi *L* 9 aduersos *H* quond. suos seru. V^a 10 his P^a fauio *L* 12 populos romanos *HPV* 13 fame] infame *Florus* uiolentu *HPV* territus *L* 17 congregi *H* 20 quodam] q. modo *L* 22 hae] haec *L* detorqueri *libri* 23 ferreae] *L Florus* (*Naz.*), ferrae *HP*, ferre *V*, ferae *Florus* (*Bamb.*) 24 multam *H* cernere *L* 25 lipares *L* 27 foenalia *L* 29 asina] sagina *H* 31 praesia *H* paenorum *HPV*, penorum *L* dripanis] *HPVL* 33 calpulnii *L* 34 omnes *HV* 35 laconidae *HPV* 37 sicilias ab urbana *H* 38 bello *bis L* olbiam ibi ateriae] olbiae hic ibi alter *Florus* (*Bamb.*), olbiae hic baleriae *Florus* (*Naz.*); *requiritur* Olbiae hic, ibi Aleriae

colas terruit adeoque omni terra et mari Poenos purgavit, ut iam victoriae nihil nisi
Florus 2, 2, 17 Africa ipsa restaret. Marco Atilio Regulo duce iam in Africam navigabat bellum. 168
nec defuerant qui in ipso Punico maris nomine ac terrore deficerent: insuper augente
Natio tribuno metum, in quem nisi paruisset securi destricta imperator metu mor-
c. 18 tis navigandi fecit audaciam. mox deinde ventis remisque prosperatum est tantusque
terror hostici adventus Poenis fuit, ut apertis pene portis Chartago caperetur. prima 169
c. 19 prooemium belli fuit civitas Clypea: prima enim a Punico litore quasi arx et spec-
c. 20 tacula procurrit. et haec et trecenta amplius castella vastata sunt. nec cum homi-
nibus, sed cum monstris quoque dimicatum est, cum quasi in vindictam Africae nata
c. 21 mirae magnitudinis serpens posita apud Bracadam castra vixaverit. sed omnium 170
victor Regulus cum terrorem nominis sui latae circumtulisset, cumque magnam vim
iuventutis ducesque ipsos aut cepisset aut haberet in vinculis classemque ingenti
praeda onustam et triumpho gravem in urbem praemisisset, iam ipsam belli caput
c. 22 Chartaginem urguebat obsidione ipsisque portis inherebat. hic paululum circumacta 171
fortuna est, tantum ut plura essent Romanae virtutis insignia, cuius fere magnitudo
c. 23 calamitatibus adprobatur. nam conversis ad externa auxilia hostibus cum Xantyp-
pum illis ducem Lacedemon misisset, a viro militiae peritissimo Regulus victus est,
foedaque clades Romanisque usu incognita: nam vivus in manus hostium venit fortis-
simus imperator. sed ille quidem par tantae calamitatis fuit, nam nec Punico carcere 172
c. 24 infractus est nec legatione suscepta: quippe diversa quam hostis mandaverat censuit,
c. 25 ne pax fieret nec commutatio captivorum receperetur. sed nec illo voluntario ad
hostes suos redito nec ultimo sive carcere seu supplicio deformata maiestas. immo
his omnibus ammirabilior quid aliud quam victor de victoribus atque etiam, quia
c. 26 Chartago non cesserat, de fortuna triumphavit? populus autem Romanus multo acrior
c. 27 intentiorque pro ultione Reguli quam pro victoria fuit. Metello igitur consule con- 173
spirantibus artius Poenis et reverso in Siciliam bello apud Panormum sic hostes ce-
c. 28 cidit Romanus exercitus, ne amplius eam insulam adgredi cogitarent. argumentum
ingens victoriae centum circiter elefantorum captivitas. sic quoque magnas praedas
c. 29 egit, ut gregem illum non bello, sed venatione cepisset. Appius Claudius consul non 174
ab hostibus sed a diis ipsis superatus est, quorum auspicia contempserat, ibi statim
classe dimersa, ubi ille praecipitari pullos iusserat, quod pugnare ab his vetaretur.
c. 30 Marcus Fabius Buteo classem iam in Africo mari apud Egimurum hostium in Italiam 175
c. 31 ultro navigantem cecidit. quantusque tum triumphus tempestate intercidit, cum opu-
lenta praeda classis adversis acta ventis naufragio suo Africam et Syrtis, omnium
c. 32 imperia gentium insularum litora implevit. magna clades, sed non sine aliqua prin-

---

H P V L. — *Mur. p. 230ª v.* 8 sunt.

1 pynos *HPV*, pinos *L* 2 ipsa africa *L* africa *L* nauicabat *PV* 3 defuerat *L* in *om. Florus* Punici *Florus* augentem *HPV* 4 natio] nautio (*Bamb.*) *vel* nautrio (*Naz.*) *libri Flori* metum mort. *P* 5 nauicandi *V* aut daciam *P* prosperatum] *libri*, properatum *Florus* 6 paenis *libri* chartago] *HPV*, carthago *L et sic fere deinceps* 7 prooemium] *coniecit Iahn*, proemium *libri*, pr(a)emium *Flori libri* belli fuit] *PVL Florus*, fuit belli *H* ars L^a spectacula] *libri*, specula *Florus* 9 sed] modo sed *Florus* 10 bragadam *Florus* (*Bamb.*), bagradam *Flor.* (*Naz.*) uexauerat *L* 12 cepisset] *L*, caepisset *P*, coepisset *HV* 14 urguebat *om.* L^a 16 xantyppum] *HPV* 17 misissed *H* a uiro militiae] auro miliae *L* regulus uictus est foedaque] uincimur foeda *Florus* 18 fedaque *HP* 20 quam] quas *L* hostes *libri* 21 commutato *L* 22 redito] *HV*, reditu *P*, reddito *L* carceres *libri:* carceris *Florus* (*Bamb.*), carcere *Florus* (*Naz.*) seu suppl.] *PVL*, siue suppl. *H*, seu crucis suppl. *Florus* 23 mirabilior *L* 26 penis *HP* panormium *L* 28 ingentis *Florus* 29 coepisset *HPV* Ap. Claudio consule *Florus* 31 dimersa] *HPVL* uetaretur] uideretur *L* 32 M. Fabio Buteone cos. *Florus* egimurum hostium] *libri* 33 quantusque] quantus o *Florus* 34 aduersus *L* 35 inperitia *L*

cipis populi dignitate interceptam tempestate victoriam et triumphum perisse naufragio. et tamen cum Punicae praedae omnibus promuntoriis insulisque fluitarent, popu-
176 lus Romanus et sic triumphavit. Lutatio Catulo consule tandem bello finis inpositus Florus 2, 2, 33
apud insulas, quibus nomen Aecatae: nec maior alias in mari pugna: aderat quippe c. 34
commeatibus exercito propugnaculis armis gravis classis et in ea quasi tota Chartago, quod ipsum exitio fuit. Romana classis prompta levis expedita et quodam genere c. 35
castrensis ad similitudinem pugnae equestris sic remis quasi avenis agebatur et in hos vel illos ictus mobilia rostra speciem viventium praeferebant. itaque momento c. 36
temporis laceratae hostium rates totum inter Siciliam Sardiniamque pelagus naufragio
10 suo operuerunt. tanta denique fuit illa victoria, ut de excidendis hostium moenibus c. 37
non quaereretur. supervacuum visum est in arcem murosque saevire, cum iam in mari esset deleta Chartago.

177 Peracto si quidem Punico et nec dum quantulum respirato sequitur Liguricum. 2, 3, 1. 4
nam Ligures hi imis Alpium iugis adhaerentes inter Varum Magramque amnem im-
15 plicitos dumis silvestribus victitabant, quos pene maius fuit invenire quam vincere. tuti si quidem locis et fuga durum atque velox genus ex occasione latrocinia magis quam bella faciebant. itaque cum diu multumque eluderent saltu viis Decilates Oxu- c. 5
vii Buriates Ingauni, tandem Fulvius latebras eorum igni sepsit, Bebius vero in plana
19 deduxit, Postumius ita exarmavit, ut vix reliquerit ferrum, quo terra coleretur.

178 Post quos mox Galli. Insubribus et his Alpium incolis animi ferarum, corpora 2, 4, 1
plus quam humana erant, sed experimento depraehensum est. quippe virtus eorum sicut primo impetu maior quam virorum est, ita sequens minor quam feminarum. Alpina corpora humente caelo educata habent quiddam simile nivibus suis: cum mox c. 2
179 caluere pugna, statim in sudorem eunt et levi motu quasi sole laxantur. hi saepe et c. 3
25 alias et Brittomaro duce non prius posituros se baltea quam Capitolium ascendissent iuraverant. factum autem est, et victos eos Emilius in Capitolio discinxit. et quod c. 4
dux eorum de Romano militi praedam Marti suo torquem aureum devotasset, intercepit Iuppiter votum et de eius ipsius Ariobistonis relicorumque Gallorum torquibus aureum tropeum Iovi erexit Flamminius. rex quoque eorum Viridomarus Romana c. 5
30 arma Vulcano promisserat: aliorsum vota ceciderunt. occiso enim eo Marcellus tertio post patrem Romulum Feretrio Iovi opima suspendit.

180 Illyres autem, id est Veneti, seu Liburnes sub extremis Alpium radicibus agunt 2, 5, 1
inter Arsiam Titulumque flumen longissimae per totum Adriani maris litus effusi. hi c. 2
regnante Teutana muliere populationibus non contenti licentiae scelus addiderunt.
35 legatos quippe Romanos, ob ea quae deliquerant iure agentes, ne gladio quidem, sed c. 3
ut victimas securi percutiunt, praefectos navium igni conburunt idque quo indignius foret, mulier imperavit. itaque Gneo Fulvio Gentimalo duce late domantur. strictae c. 4
secures in principum colla legatorum manibus litavere.

H P V L (*deficit* 10 *in* operuerunt *hiatu non indicato*), *Paulus h. R. 3*, 2 (20 Galli — 29 erexit). — *Mur. p. 230*^{b} *v.* 14 Ligures.

1 dignitatem *HPV* 2 promuntoribus *L* 3 lucatio *L* 4 aecatae] *HPV*, aetate *L* 5 exercito] *libri* 7 auenis] *libri: id est* habenis 9 sicilias diniamque *L* 11 archem *HP* seuirae *HP*, seuire *V* 13 si *om. L* punico] P. bello *Flor.* lyguricum *HPV* 14 lygures *H* hi imis] *HP*, hiemis *V:* imis *Florus* 15 dum his *V Flor.* (*Bamb.*) 16 gens *P* occansione *H*, hoccansione *P* 17 saltu uiis] salui *Flor.* (*Bamb.*), saltus *Flor.* (*Naz.*): *intelleguntur Salluvii* 18 fluuius *V* 19 postuuius *HPV* 21 a erant *in litura P* 23 quidam *V* 26 est *om. P* 27 praeda marti *HPV* 28 ariobistonis] *libri Iord. et Pauli*, ariobisto duce *Flor.* (*Bamb.*) relicorumque] *HP*, reliquorumque *VL* 29 flaminius (*V*) 30 tertia *Florus* 32 ides *HPV* exiremis *HP*^{b}*V*, ex remis *P*^{a} 35 romanos] nostros *Flor.* 36 securi] *bis H* nauigium *H* 37 fulmo *V* gentimalo] *HPV Florus* (*Bamb.*) 38 principum] *Florus*, principium *HPV*

Florus 2, 6, 1 Post primum autem Punicum bellum vix quadriennium requies: ecce alterum bel- 181
lum, minus quidem spatio — nec enim amplius XVIII annos tenens — sed adeo cla-
dium atrocitate terribilis, ut si quis conferat damna utriusque populi, similior victo
c. 2 sit populus ille qui vicit. urebat nobilem populum mare ablatum, raptae insulae,
dare tributa quae iubere consueverat. hinc ultionem puer Annibal ad aram patris
c. 3 iuraverat, nec morabatur. igitur in causa belli Saguntus electa est, velut Spaniae 182
civitas et opulenta fideique erga Romanos magnum quidem, sed triste monumentum.
c. 4 quam in libertatem communi foedere exceptam Annibal, causas novorum motuum
quaerens, et suis et suorum manibus evertit, ut Italiam sibi rupto foedere aperiret.
c. 5 summa foederum Romanis religio est: itaque ad auditum sociae civitatis obsidium,
memores icti cum Poenis quoque foederis, non statim ad arma procurrunt, dum prius
c. 6 more legitimo quaeri malunt. interim iam novem mensibus fessi fame machinis ferro,
versa denique in rabiem fide, immanem in foro excitant rogum, tum desuper se suos-
c. 7 que cum omnibus opibus suis ferro et igni conrumpunt. huius tantae cladis autor 183
Annibal poscitur. tergiversantibus Poenis dux legationis: 'quae', inquid, 'mora est'?
Fabius: 'in hoc ego sinu bellum pacemque porto, utrum elegitis'? subclamantibus
'bellum'; 'bellum igitur', inquid, 'accipite'. et excusso in media curia togae gre-
c. 8 mio non sine horrore, quasi plane sinu bellum ferret, effudit. similis exitus belli 184
initiis fuit. nam quasi has inferias sibi Saguntinorum ultimae dirae in illo publico
parricidio incendioque mandassent, ita manibus eorum vastatione Italiae, captivitatae
c. 9 Africae, ducum et regum qui id gessere bellum exitio parentatum est. igitur ubi
semel se in Spaniam movit illa gravis et luctuosa Punici belli vis atque tempestas
distinatumque Romanis iam diu fulmen Saguntino igne conflavit, statim quodam im-
petu rapta medias perfraegit Alpes et in Italiam ab illis fabolusae altitudinis nivibus
c. 10 velud caelo missa discendit. ac primi quidem impetus turbo inter Padum atque Ti- 185
cinum valido statim fragore detonuit. tum Scipione duce fusus exercitus: saucius
etiam ipse venisset in hostium manus imperator, nisi protectum patrem praetextatus
c. 11 ammodum filius ab ipsa morte rapuisset. hic erit Scipio, qui in exitum Africae cre-
c. 12 scit, nomen ex malis eius habiturus. Ticino Trevia succedit. hic secunda Punici 186
belli procella desaevit Sempronio consulae. tum callidissimi hostes frigidum et niva-
lem nancti diem cum se ignibus prius, oleo quoque fovissent — horribilae dictu —
c. 13 homines a meridiae et sole venientes nostra nos hieme vicerunt. Tharsymenus lacus 187
tertium fulmen Annibalis imperatore Flamminio. ars nova Punicae fraudis: quippe
nebula lacus palustribusque virgultis tectus equitatus terga subito pugnantium invasit.
c. 14 nec de diis possumus queri: imminentem temerario duci cladem praedixerant insidentia
signis examina et aquilae prodire nolentes commissamque aciem secutus terrae tre-
mor, nisi illum horrorem soli aequitum virorumque discursus et mota vehementius
c. 15 arma fecerunt. quartum, id est pene ultimum vulnus imperii Cannae, ignobilis Apu- 188
liae vicus, sed magnitudine cladis emersit, et sexaginta milium caede parta nobilitas.

H P V Freculfus 1, 5, 7 (4 urebat — 7 opulenta), *Paulus h. R. 3, 7* (14 huius — 18 effudit). — *Mur. p. 231ª v.* 16 hoc.

2 annis *V* cladium] *Florus*, gladium *HPV* 3 terribilius *Florus* 6 aguntus *H* uelut] *om. Frec.*: uetus *Flor.* (*Bamb.*) 9 querens *P*, querent *H*, quaerent *V* suorum] *libri et Flor.* (*Bamb.*), ipsorum *Flor.* (*Naz.*) 10 ociae *P* 11 armam *HPV* 12 fume V^a, fome V^b 13 immanem in] *Flor.*, immanenim *HP*, immanenin *V* tum] HP^b *Flor.*, dum P^aV 14 autor ann.] *HP*, ann. auctor *V* 15 penis *HP* 16 bellum] *Paulus*, bello *HPV* 17 bellum bellum] *PV*, bellum *H Paulus* 19 nam] e manu nam *V* 21 qui id] *Flor.* (*Bamb.*), quid id *HPV*, quid (*om.* id) *Flor.* (*Naz.*) 25 hac *HPV* 26 fagore *HP* 28 quin *P* exitum] *HPV Flor.* (*Bamb.*), exitium *Flor.* (*Naz.*) 29 habuiturus *HP*, habi*turus *V* treuia] *P*, treuta *HV* 30 calli**dissimi *P* 31 oleoque *Flor.* 32 tharsimenus *V*: thrasymenus *Flor.* (*Bamb.*) 33 flumen *V* 37 motu *HPV* 39 uictus *HP* sed magnitudine] *PV Florus*, ad magnitudinem *H*

ibi in excidium infelicis exercitus dux terra caelum dies tota rerum natura consensit.
si quidem non contentus simulatis transfugis Annibal, qui mox terga pugnantium cae- Florus 2, 6, 16
ciderant, insuper callidus imperator in patentibus campis observato loci ingenio, quod
et sol ibi acerrimus et plurimus pulvis et eurus ab oriente semper quasi ad constitu-
tum, ita instruxit aciem, ut, Romanis adversus haec omnia obversis, secundum cae-
lum tenens vento pulvere et sole pugnaret. itaque duo maximi exercitus caesi ad c. 17
189 hostium satietatem, donec Annibal diceret militi suo 'parce ferro'. ducum fugit alter,
alter occisus est, dubium uter maiore animo: Paulum puduit, Varro non disperavit.
documenta cladis cruentus aliquamdiu Aufidus: pons de cadaveribus iussu ducis factus c. 18
in torrente Vergello: modii duo anulorum Chartaginem missi dignitasque aequestris
190 taxata mensura. dubium deinde non erit, quin ultimum illum diem habitura fuerit c. 19
Roma quintumque intra diem epulari Annibal in Capitolio potuerit — sicut Poenum
illum dixisse Maharbalem Bomilcari ferunt — si Annibal, quemadmodum sciret vin-
cere, sic uti victoria scisset. sed tum quidem illum, ut dici vulgo soled, aut fatum c. 20
urbis imperaturae aut ipsius mens mala et aversi a Chartagine dii in diversum abstu-
191 lerunt. cum victoria posset uti, frui maluit relictaque Roma Campaniam Tarentumque c. 21
perrexit, ubi mox et ipse et ipsius exercitus ardor elanguit, adeo ut vere dictum sit
Capuam Annibali Cannas fuisse. si quidem invictum Alpibus indomitumque armis c. 22
192 Campani — quis crederet — soles et tepentes fontibus Baiae subegerunt. permis- c. 23
sum est interim respirare Romanis et quasi ab inferis emergere. arma non erant:
detracta sunt templis. deerat iubentus: in sacramentum liberata servitia. aegebat c. 24
aerarium: opes suas senatus in medium libens protulit, nec praeter quod in bullis
singulisque anulis erat quicquam sibi auri reliquerunt. aeques secutus exemplum
imitateque aequitem tribus. denique vix suffecere tabulae, vix scribarum manus Le- c. 25
193 vino Marcelloque consulibus, cum privatorum opes in publicum referrentur. quid c. 26
autem? in elegendis magistratibus quae centuriarum sapientia, cum iuniores a senio-
ribus consilium de creandis consulibus petierunt? quippe adversus ostem totiens victo-
rem, tam callidum non virtute tantum, sed suis etiam pugnare consiliis oportebat.
194 prima redeuntis et ut ita dixerim reviviscentis imperii spes Fabius fuit, qui novam c. 27
de Annibale victoriam commentus est non pugnare. hinc illi cognomen novum et rei
publicae salutare cunctator: hinc illud ex populo, ut imperii scutum vocaretur. itaque c. 28
per Samnium totum, per Falernos Gauranosque saltus sic maceravit Annibalem, ut
195 quia frangi virtute non poterat, mora comminueretur. inde Claudio Marcello duce c. 29
etiam congredi ausus est, comminus venit et perpulit in Campania sua et ab obsi-
dione Nolae urbis exclusit. ausus est et Sempronio Graccho duce per Lucaniam se- c. 30
qui et praemere terga caedentis, quamvis tum, o pudor, servili pugnaret exercitu —
nam hucusque tot mala conpulerunt — sed libertate donati de servitute Romanos
fecerunt. o horribilem in tot adversis fiduciam, o singularem animum ac spiritum c. 31
populi Romani. tam artis afflictisque rebus, ut de Italia sua dubitare debuisset,
ausus tamen est in diversa respicere, cumque hostis in iugulo per Campaniam Apu- c. 32
liamque volitaret mediamque iam de Italia Africam faceret, eodem tempore et hunc
sustinebat et in Siciliam Sardiniam Spaniamque divisa per terrarum orbem arma mit-

---

H P V. — *Mur. p. 231*^{b} *v.* 17 perrexit.

4 acerimus *HP* 6 maximi] *Florus*, maximae *HPV* 9 aufidus] *Florus*, aut fidus *V*, haud fidus *HP* 10 chartagine *HPV* 12 sicut] si quod *Florus* penum *HPV* 13 Bomilcaris *Florus* si *om. Florus* 14 sed] ed V^{a} factum *P* 15 imperatorem *H* 16 possit *HPV* relicque romana *H* 17 ut] et *P* 20 nonè erant *P* 21 in *bis V* 24 equitatem *V* sufficere *HPV Florus (Bamb.)* 25 referentur *H* 34 osidione *HP* 35 nolae] *Florus*, notae *HPV* 42 orbe *PV*

Florus 2, 6, 33 tebat. Sicilia mandata Marcello. nec diu restitit: tota enim insula in una urbe su- 196
perata est. grande illud et ante id tempus invictum caput Syracusae quamvis Archi-
c. 34 medis ingenio defenderentur, aliquando cesserunt. longe illi treplix murus totidemque
arces, portus ille marmoreus et fons caelebratus Arethusae, nisi quod actenus pro- 4
c. 35 fuere, ut pulchritudini victae urbis parceretur. Sardiniam Gracchus arripuit. nihil illi 197
gentium feritas Insanorumque — nam sic vocantur — immanitas montium profuere.
saevitum in urbes urbemque urbium Caralim, ut gens contumax vilisque mortis saltim
c. 36 desiderio patrii soli domaretur. in Spaniam vero missi Gneus et Publius Scipiones 198
pene totam Poenis eripuerunt provinciam. sed insidiis Punicae fraudis oppressi rur-
sum amiserant, magnis quidem illi proeliis cum Punicas opes caecidissent. sed Puni- 10
cae fraudis insidiae alterum ferro castra metantem, alterum cum evasisset in turrem
c. 37 cinctum facibus oppresserunt. igitur in ultionem patris ac patrui missus cum exercitu
c. 38 Scipio, cui iam grande nomen de Africa fata decreverant, bellatricem illam viris ar-
misque nobilem Spaniam, illam seminarium hostilis exercitus, illam iam Annibalis
eruditricem — incredibile dictu — totam a Pyrineis montibus in Herculis columnas, 15
c. 39 in Oceanum recuperavit. nescias citius an felicius. quam velociter, quattuor anni
fatentur: quam facile, vel una civitas probat: eodem quidem quo obsessa est, eodem
die capta est omenque Africanae victoriae fuit, quod tam facile victa est Spaniae
c. 40 Chartago. certum est tamen ad profligandam provinciam maxime proficisse singula- 199
rem ducis sanctitatem, quippe qui captivos pueros puellasque praecipuae pulchritudi- 20
nis barbaris restitueret, ne in conspectum suum quidem passus adduci, ne quid de
c. 41 virginitatis integritate delibasse saltim oculis videretur. haec in diversa terrarum po- 200
pulus Romanus. nec ideo tamen visceribus Italiae inhaerentem submovere poterat
Annibalem. pleraque ad ostem defecerant, et dux acerrimus contra Romanos Italicis
c. 42 coque viribus utebatur. iam tamen eum plerisque oppidis et regionibus excussere 25
Romani. iam Tarentum retulerant, iam et Capua sedis, domus et patria altera Anni-
balis tenebatur, cuius amissio tantum Poeno duci dolorem dedit, ut inde totis viribus
c. 43 Romam converteretur. o populum dignum orbis imperio dignumque omnium favore 201
et ammiratione hominum ac deorum! conpulsus ad ultimos metus ab incepto non de-
sistit et de sua urbe sollicitus Capuam tamen non omisit, sed parte exercitus sub 30
Appio consule relicta, parte Flaccum in urbe secuta absens simul praesensque
c. 44 pugnabat. quid ergo miramur moventi castra a tertio lapide Annibali iterum ipsos 202
c. 45 deos restitisse? tanta enim ad singulos illius motus vis imbrium effusa est, tanta
ventorum violentia coorta est, ut divinitus hostem submoveri non a caelo, sed ab ur-
c. 46 bis ipsius moenibus et Capitulio videretur. itaque fugit et cessit et in ultimum se 35
c. 49 Italiae recepit sinum, cum urbem tantam non adoratam reliquisset. || si quidem ab 203
Spania Hasdrubal frater Annibalis cum exercitu novo, novis viribus, nova belli mole
c. 50 veniebat. actum est procul dubio, si vir ille se cum fratre iuncxisset. sed hunc quoque
tantum quod ab Alpe descenderat apudque Metaurum castra metantem Claudius Nero
c. 51 cum Livio Salinatore debellat. Nero in ultimo Italiae angulo submoverat Annibalem: 40

H P V Paulus h. R. 3, 18 (39 apudque Metaurum). — *Mur. p. 232ª v.* 15 -dibile dictu.

1 mandata] *Florus*, mandat *libri* 2 archimediis *HPV* 3 muros *HP* 4 arches *HPV* 8 geus P^a 9 penis *H* 10 ammiserant *H* 15 pyrineis] *HPV Florus* (*Bamb.*) 16 in] et *Florus* 17 est eodem] est *Florus* 18 omenque] *Florus* (*Naz.*), nomenque *Flor.* (*Bamb.*), omnemque *HPV* 19 profecisse *P* 21 restituerit *libri* 25 coque] *HP*, quoque *V* excussere . . . retulerant] excusseramus, iam Tarentus ad nos redierat *Florus* 27 ut] et *HP* 28 populo *HPV* urbis *HV* 31 urbe] *libri et Florus* (*Bamb.*) praeens P^a 35 capitulio] *HP* 36 tantam] *HPV*, totam *Florus* (*Bamb.*), tantum *Florus* (*Naz.*) adoratam] *HP Florus*, adortam (*V*) 37 spaniam *HPV* 38 est] erat *Florus* 40 liuio] *Florus*, lauo *HPV*

Livius in diversissimam partem, id est in ipsas nascentis Italiae fauces signa conver-
204 terat. tanto, id est omni qua longissima est Italia solo interiacente quo consilio, qua Florus 2, 6, 52
celeritate consules castra coniunxerint inopinatumque hostem conlatis signis oppres-
serint neque id fieri Annibal senserit, difficile dictu est. certe Annibal re cognita c. 53
cum proiectum fratris caput ad sua castra vidisset, 'agnosco', inquid, 'infelicitatem
'Chartaginis'. haec fuit illius viri non sine praesagio quodam fati inminentis prima
205 confessio. iam certum erat Annibalem etiam ipsius confessione posse vinci. sed tot c. 54
rerum prosperarum fiducia plenus populus Romanus magni aestimabat asperrimum
hostem in sua Africa debellare. duce igitur Scipione in ipsam Africam tota mole c. 55
conversus imitari coepit Annibalem et Italiae suae clades in Africam vindicare. quas c. 56
ille, dii boni! Hasdrubalis cupias fudit! quos Syphacis Numidici regis equitatus!
quae quantaque utriusque classis castra facibus inlatis una nocte delevit! denique
206 iam non a tertio lapide, sed ipsas Chartaginis portas obsidione quatiebat. sic factum, c. 57
ut herentem atque incubantem Italiae extorqueret Annibalem. non fuit maior sub c. 58
imperio Romano dies quam ille, cum duo omnium et ante et postea ducum maximi
duces, ille Italiae, hic Spaniae victor collatis comminus signis direxere aciem. sed
et colloquium fuit inter ipsos de legibus pacis. steterunt diu mutua ammiratione de-
207 fixi: ubi vero de pace non convenit, signa cecinere. constat utriusque confessione c. 59. 60
nec melius instrui aciem nec acrius potuisse pugnari. hoc Scipio de Annibalis, Anni-
bal de Scipionis exercitu praedicaverunt. sed tamen Annibal cessit praemiumquae c. 61
victoriae Africa fuit. et secutus Africam statim terrarum orbis.

208 Post Africam iam vinci neminem puduit, sed aequo iure ubique subactae. || pri- 2, 7, 1. 6
mum igitur Levino consule populus Romanus Ionium mare ingressus tota Greciae
litora velut triumphanti classe peragravit. spolia quippe Siciliae Sardiniae Africae c. 7
preferebat et manifestam victoriam, quam nata in praetoria puppi laurus pollicebatur.
aderat sponte in auxilium Attalus rex Pergamenorum, aderant et Rodii nauticus po- c. 8
209 pulus, quibus a mari, consul a terris omnia equis virisque quatiebat. bis victus, bis c. 9
fugatus rex Macedonum, bis exutus castris, cum tamen nihil terribilius Macedonibus
fuit ipso vulnerum aspectu, quae non spiculis nec sagittis nec ullo Greculo ferro, sed
ingentibus pilis nec minoribus adacta gladiis ultra mortem patebant. enim vero Flam- c. 10
minio duce populus Romanus invios antea Chaonum montes Saumque amnem per ab-
rupta vadentem et ad ipsa Macedoniae claustra penetravit. introisse victoria fuit. c. 11
nam postea numquam ausus congredi rex ad tumulos, quos Cynocephalos vocant,
uno ac ne hoc quidem iusto proelio oppremitur.

210 In Numidia tunc amici populi Romani regnabant. sed Iugurtha contra se bellum Ruf. 4
movit Romanorum propter necem Aterbalae et Empsalae Mecipsae liberos expugna-
taque est primum a Metello consule, dehinc a Mario domita. Mauretaniam vero Buc-
211 cho rex tuebatur. sed cum subiectio omnium Maurorum facta est, Iubas rex, quae
pugnae fuisset occasio, mox superatum se sensit, veneno hausto defecit[1] omnisque

---

H P V. — *Mur. p.* 232^b *v.* 15 imperio.

1 diuersimam *H* nascentis] *Florus*, nascentes *libri* 4 dictum P^aV, dictus *H* 8 romanos *HP* 10 cepit *HP* 14 inhaerentem *Florus* 16 ducis *P* diregere *P* 22 sed a. i. u. subactae] statim Africam secutae sunt gentes *Florus* 23 grecia *H* 24 uelutriumphanti *HP* sardinae *HPV* 25 quam *om. Florus* 26 rodii] *HPV* 31 populus Romanus *om. Florus* abruptam *HP*, abrutam *V* 32 penetrauit] penetrauimus *Florus* uictoriae *V* 34 ne hoc] *V*, ne oc *P*, neo *H* proemio *HPV* 36 aterbalae (-le *P*) et empsalae mecipsae] *HP*, aterbalea et empsalem haec ipse *V:* ob necatos Adherbalem et Hiempsalem filios Micipsae regis *Rufus* 37 matello *HPV* buccho rex] *scripsi*, bucchoris *HPV:* a Boccho *Rufus: similiter scripsit* Ariobistonis *c. 179*, Gentione *c. 216* 38 sed] sub *H* quae] H^1PV, qui H^2 *recte*

---

1) sed subacta omni Africa Mauros Iuba rex tenebat, qui in causa belli civilis ab Augusto Caesare victus mortem sibi propria voluntate conscivit *Rufus*.

Mauretania Romanis subacta. Tripolis namque et utraeque Maurataniae Sitifensis et Caesariensis similiter Romano iurae, ceterorum formidine tacti, ultro se subegerunt.

cf. c. 182. 198 Spanias quamvis, ut superius diximus, Saguntina cladis ab amicitiis Romanorum 212
segregasset, Scipio tamen eos tam gratia quam virtute rursus Romanis coniunxit ||
Ruf. 5 rursusque resistentibus Sylla consul sedavit[1]. Celtiberes similiter cum Numantinis 5
adversus Romanos insurgentes Scipio iunior sedavit, conpescuit atque pene subvertit.
Cantabri et Astures confisi montium suorum munimine dum resistere moliuntur, ple- 213
nissime demoliti sunt et in provinciam redacti, Tarraconenses Lysitani Gallicii Char-
taginisii et Seticaniae contra promuntorium Africae sitae omnes uno pene proelio
superatae et in provincias Romanas descriptae sunt[2]. 10

Ruf. 7 Epyrotae, qui Inlyrico, quamvis cum Pyrrho rege suo contra Italiam conspiras- 214
sent, tamen primum pace molliti, secundo et tertio rebellantes cum Achivis et Thes-
saliis edomiti Romano iugo subacti sunt. Macedonia namque primum sub Philippum, 215
deinde sub Perseo, tertio sub Pseudophilippo arma contra se provocavit Romana,
oppressaque primo a Flamminio consule[3], secundo a Paulo, tertio a Metello superata 15
colla submisit Romanaque provincia facta. Illyriam autem Gentione suo rege Ma- 216
cedonibus auxiliantibus vicit Romanorum Lucius praetor et in provinciam redegit[4].
Dardanos Mysosque Curion primum proconsul edomuit primusque omnium Romanorum
Danubium amnem usque profectus cuncta eius loca vastavit. Pannonum quoque re-
gem in certamine superans idem Lucius redegit in provinciam utrasque Pannonias[5]. 20
Amantinos autem, qui inter Saum Draumque flumina insident, rege eorum interempto
ipsa vice Romanam fecit provinciam[6].

Ruf. 8 Marcomanni namque et Quadi in illa Valeria, que inter Draum Danubiumque 217
interiacet, ab eodem tunc ductore oppressi finesque inter Romanos et barbaros Au-
gustas Vindicas[7] per Noricum Moesiamque dispositae. Daces autem post haec iam 25
sub imperio suo Traianus, Decebalo eorum rege devicto, in terras ultra Danubium,
quae habent mille milia spatia[8], in provinciam redegit. sed Gallienus eos dum
regnaret amisit Aurelianusque imperator evocatis exinde legionibus in Mysia conloca-

---

H P V L (*redit* 10 et in provincias). *Geogr. Rav. 4, 21 p. 221, 1 ad v.* 23: Valeriam aliquando Marcomannorum (aliquantas domarcannorum *libri*) gens obtinuit, sicut testatur . . . Iordanis sapientissimus chronographus. — *Mur. p. 233ª v.* 16 -manaque provincia.

2 iurae] *HP*, iure *V* 4 segressasset *H* 8 prouincia *PV* tharconenses *PV*, tharcanenses *H* lysitani] *HPV* 9 seticaniae] *requiritur* Baeticani 10 descripta *L* 12 primam *L* achius *L* thessaliis] *HPV*, thessalus *L* 13 primum] per primum *L* sub philippum] f*lipem (*inde factum* sub filippum) *L* 14 pseudophilippo] perseophilippo *L* prouocant *L* 15 oppressaque] oppressa qui *L* flamminio] *HP*, flaminino *L*, flaminio *V* matello *HPV* 18 missosque *libri:* Moesiacos *Rufus* curion* *H* primul *L* 19 loca eius *L* 22 romana f. prouincia *HPV* 23 marcomanni] *PL*, marcommanni *HV* inter draum] intra *L*ª 27 redigit *V* gallienos *HV*, galliaenos *P* eos dum] easdem *L* 28 que] quoque *L* mysia] *HPV*, misiam *L*

---

1) postea ad Hispanos tumultuantes Sylla missus eos vicit *Rufus: intellegi videtur M. Silanus Liv. 26, 19.*

2) per omnes Hispanias sex nunc sunt provinciae: Tarraconensis, Carthaginiensis, Lusitania, Gallaecia, Baetica, trans fretum . . . Tingitana Mauretania *Rufus.*

3) Philippum Flamininus . . . oppressit *Rufus.*

4) Illyrios qui Macedonibus auxilium tulerunt . . . per Lucium Ancium praetorem vicimus et eos cum rege Gentio in deditionem accepimus *Rufus.*

5) Batone Pannoniorum rege subacto in dicionem nostram Pannoniae venerunt *Rufus.*

6) Amantinis inter Savum et Dravum prostratis regio Saviensis ac secundorum loca Pannoniorum obtenta sunt *Rufus.*

7) ab Augusta (*vel* Augustis) Vindelicum *Rufus.*

8) quae in circuitu habuit decies centena milia passuum *Rufus.*

vit ibique aliquam partem Daciam mediterraneam Daciamque ripensem constituit et
218 Dardaniam iunxit[1]). Illyricus autem cuncta per partes quidem et membra devicta ad unum tamen corpus apta est, quae habet intra se provincias XVIII et sunt Norici duo, Pannonias duas, Valeria, Suavia, Dalmatia, Moesia superior, Dardania, Dacias duas, Macedonia, Thessalia, Achaia, Epyros duos, Praevales, Creta, simul XVIII[2]).
219 Thracias autem non aliter nisi occasio Macedonici belli fecit adgredere. diri Ruf. 9
namque homines omniumque gentium ferocissimi sunt Thraces, quorum saevitiam pariter habent et Scordisci et Emimontii Asticique[3]), ob quorum immanitatem Romani multa et gravia pertulerunt, crebrisque certatibus exercitus caesus. ad postremum a Marco Didio et ipsi subacti, et loca eorum in provinciam redacta, iugum excepit Ro-
220 manum. nam Marcus Drusus intus eos in montibus eorum contrivit, Minucius in Ebro amne eorum multos extinxit et vicit. Rodopeni per Appium Claudium devicti sunt et civitates maritimas Europae, quae dudum Romanae fuissent et postmodum re-
221 bellassent, Marcus Romanis subegit Lucullus: si quidem primus in Thracia contra Bessos pugnans eos qui in fortitudine famaque praeibant devicit[4]) Emimontiosque debellans, Pulpudeva, quae nunc Philippopolis[5]), et Vscudama, quae Adrianopolis vocitantur, in Romanorum redegit dominio. similiterque capiens et civitates, quae litori Pontico inherebant, id est Apollonia Galato Parthenopolim Thomos Istro, om-
19 niaque loca usque ad Danubium subdens Scythis ostendit Romanorum virtutem.
222 Hactenus ad partes occiduas: nunc que in Eoa plaga acta sunt percurramus. Ruf. 10
primum quidem in Asia locum Romani hereditario iure invenerunt. nam Attalus rex amicissimus populi Romani humanis rebus excedens per testamentum suum Romanos suo in regno heredes constituit: quam pene non ante Romanus populus adiit, nisi
24 et suo labore vicina loca cepisset, id est Lydia Caria Ellispontu utrasque Frigias.
223 nam Rodus opinatissima insula et totius Atriae insularum metropolis cum pene omnibus Cycladibus, arma pertimescens Romana, iam dudum se foederatam populo illi coniuncxerat et nabali bello solacia condonabat. cum quibus Servilius proconsul Ruf. 11
directus quasi piratico bello obtenuit tamen Pamphyliam, Lyciam Pisidiamque devicit fecitque provinciam. Bithiniam vero Nicomedis rex moriens testamentali voce
30 Romanis reliquid.

H P V L. — *Mur. p.* 233^b *v.* 28 -ratico bello.

2 iunxit] *V*, iuncxit *P*, iuxit *L*, coniunxit *H* 5 macedonias thessalias *P* 7 saeuitia *V*, seuitia *PL* 8 immanitate *PV* 10 prouincia *PV*, prouintia *L* 12 ebro] *libri* rodopeni] *libri* 13 ciuitate mar. P^a, mar. ciuitates *V* 14 thraciam *HPV*, traciam *L* 16 uscudama] HP^bL, uscu**ma P^a 17 redigit *V* 18 galato] *libri:* calathum, galatum *Rufi libri: intellegitur* Callatis istro] *libri* 20 plaga acta] P^2L, plagata H^1P^1V, plaga sita H^2 24 lydia (lidia *L*) caria ellespontu (ellispontu *P*) *HPVL* frigias] *libri* 25 totis *P* atriae] HP^1V, asiae P^2L 26 se *om. L* 27 solacia] *HPV*, solialia L^a, sotialia L^b 28 phamphyliam *H*, pamphiliam *VL* psidiamque *L*, pissidiamque *V* 29 prouincia P^1, prouincias P^2V bithiniam] *PVL*, bithiam *H* nicomedis] *libri* momoriens *P*

---

1) per Aurelianum translatis exinde Romanis duae Daciae in regionibus Moesiae ac Dardaniae factae sunt *Rufus: Daciarum duarum vocabula de suo addidit Iordanes.*

2) *similiter Rufus, nisi quod vocabula* superior Dardania *ex eius libris hodie notis exciderunt.*

3) Haemimontii Asticique *sumpti sunt ex provinciis Rufi quae sunt* Haemimontus *et* Scythia; *de Astis ne cogita.*

4) Europae maritimas urbes antea Romana classis obtinuit: Marcus Lucullus per Thracias cum Bessis primus conflixit *Rufus.*

5) Eumolpiadam quae nunc Philippopolis dicitur *Rufus* (*cf. Ammian.* 22, 2, 2. 26, 10, 4. 27, 4, 12): *Graeco nomini apud auctorem invento Iordanes hic et c. 283 substituit id quod apud indigenas obtinebat praeterea non traditum.*

Florus 2, 11, 1. 2 Gallogreciam autem, id est Galatiam, || Syriaci belli ruina convolvit. fuit nam- 224
que inter auxilia regis Anthiochi: an fuisse cupidus triumphi Manlius Visus simula-
c. 5 verit, dubium est. || duobus itaque proeliis fusi fugatique sunt, quamvis sub adventu
ostis relictis sedibus in altissimos se montes recepissent. Coloscobegi Olympum,
Tectosagi Magaba insederant. utrimque fundis sagittisque detracti in perpetuam se
c. 6 pacem dediderunt: sed alligati miraculo quodam fuere, cum catenas morsibus et ore
temptassent, cum offucandas in vicem fauces prebuissent. nam Orgiacontis uxor a
centurione stuprum passa memorabili exemplo custodiam evasit revulsumque adulteri
Ruf. 11 hostis caput ad maritum reportavit. || Deiotarum si quidem amicum senatus praefecit 225
Galatiae. sed post haec Caesar eos redegit fecitque in provincias. Cappadoces quo-
que sub Epafra rege constituti primum per legatos suos Romanorum amicitias petie-
runt, dehinc Acuriobarzane rege succedente et a Mitridate expulso ultro se Romano
servitio dediderunt magnamque civitatem suam Mazacam in honore Caesaris Caesa-
ream appellaverunt. post haec iterum sub Claudio imperatore rex eorum Archelaus
Romae adveniens quasi amicus populi Romani ibique defunctus testamentali voce
Cappadociam Romanis reliquid et sic iam ex integro in provinciam facta est[1]). Pon- 226
tus a Pompeio devicta cum suo rege Mitridate et facta provincia est. Paflagoniae
Pylemenis rex amicus populi Romani, a multis dum inquietaretur, Romanorum petiit
auxilium. se quoque dum de inimicis ulcisceretur, defunctus Romanos per testamen-
tum heredes reliquid.
Ruf. 12 Hactenus intra Taurum: nunc ulterius transgrediamur et quae patriae aut quibus 227
subiugantibus populo Romano coniunctae sint, memorabimus. Anthiocus Syriae for-
tissimus rex magnum apparatum belli contra populum Romanum commovit. xxx milia
si quidem armatorum currusque falcatos quam plures, elefantos innumeros turritos et ad
instar murale in acie ordine sitos. cui obvians Scipio Africani Scipionis frater in
Asia ad Magnesiam civitatem commissoque proelio Anthiocus victus est, percussumque
foedus cum Romanis ab Asia discessit et ultra Taurum ex senatus consilio regnare
permissus est, filiosque eius in obsidato Romae deductos post patris obitum regnare
genitali loco concessit[2]). Cilices cum Isauris piratae effecti et in mari magno saepe 228
latrocinia concitantes a Servilio proconsule victi et prostrati sunt. hic quoque Servi-
lius primus Romanorum Tauri iugum pervium fecit triumphansque de eorum spoliis
Isauricus Cilicusque vocatus est[3]).

H P V L.

1 fuit namque] fuerint *Florus* 2 manilius *L* uisus] *libri*, uisos *Flori libri: requiritur* Vulso 4 coloscobegi] *Florus* (*Bamb.*), colosobegit *libri: requiritur* Tolostobogi 5 magab^{a} *P*, magabal *V* 7 offocandas *L* in uices *L* probuissent *P* 9 hostes *HPV* 10 galaciae *V* caesar eos] eos cesar eos *L* redigit *V* 11 epafro *L:* epafrace *vel* africae *Rufi libri: intellegitur* Ariarathes rege *om. H* amitias *L*^{a} 12 acuriobarzane] *HPV*, acuriobarzabane *L:* Ariobarzanes *Rufus* 13 mazaca *V*, mathacam *L* 14 archelaus] a. nomine *L* 16 cappodociam *H* intecro *P* prouincia *libri* 17 paflaconiam *HPV*, paflaconia *L* 18 pylemenis] *HPV*, pilemens *L* 19 se] sed *L* romanus *H* 21 progrediamur *L* 22 sunt *L* memorauimus *H* 23 xxx milia] *libri:* trecenta milia *vel* quadraginta milia *libri Rufi* 24 elefantes *H* et *om. L* 25 murale] *HPV*, mirabile *L* 26 asiam *L* cummissoque *H* 28 filiumque *L* obsidatorum aede ductos *H* 30 concitantes] exercentes *L* proconsule] consule *H*

---

1) cum Archelaus rex Cappadocum Romam venisset et ibi diu detentus occubuisset, in provinciae speciem Cappadocia migravit *Rufus*.

2) eius filii regnum Syriae sub clientela populi Romani retinuerunt *Rufus*.

3) isque de Cilicibus et Isauris triumphavit itaque Isauricus est cognominatus *Rufus*.

229 Cyprum Cato classe navigera directus invasit. negantibus Cypriis habere se ali- Ruf. 13
quid magnas illis opes repperit proscriptionibusque multavit. quod non ferens Gnosius rex eorum veneno hausto semet occidit et sic Cyprus Romana facta provincia[1]. Lybiam, id est Pentapolim, totam a primo illo Ptholomeo Romanis sub libertate concessam tamen resistentibus dehinc Appionis consilium Romano populo subdidit[2]. Aegyptus omnis ab amicis Romanorum, id est Lagidis per Ptholomeos possessa. post haec Cleopatra et Antonius iure proprio vindicantes et se et illa amittunt.

230 Montes vero Armeniae primum per Lucullum Romana arma viderunt, per quem Ruf. 14
et in Hosroine Saracinorum filarchi devicti Romanis se dediderunt. Mesopotamiamque idem ipse, Nitzebem quoque urbem invasit. post quem Pompeius eadem loca in-
231 grediens Romano confirmavit imperio. Syriam Coelen iusto proelio Tigrane devicto invaserat[3]. Arabaes et Palestini eodem Pompeio ductante devicti sunt.

232 Babylonii autem crebro concertantes sepenumero victi, numquam tamen ad in- Ruf. 15
tegrum domiti sunt. quos tamen primum Lucius Sylla proconsul sub Arsacem eorum regem devicit ab eoque rogatus per legatos pacem concessit. secundo dum Lucius Lucullus a Pontico regno Tigranem Armeniae regem cum decem et octo milibus superatum expelleret, omnemque Armeniam invasam ad Mesopotamiam venit, ibi Nitziben cum fratre regis Parthorum cepit, aequa sorte Persidam cupiens devastare, nisi Pompeius
233 a senatu directus ei advenisset successor. hic etenim Pompeius ilico veniens, mox Ruf. 16
nocturno proelio in minore Armenia super Mitridatem inruens, XLII milia armatorum eius prosternens castraque succendit[4]. unde Mitridatis cum uxore et duobus satellitibus fugiens Bosforo venit nimiaque desperatione detentus venenum accepit. sed dum nec sic mors ei accederet, alterum e duobus satellitem rogavit, ut se perimeret.
234 Pompeius autem maioris Armeniae regem dum persequeretur, cur Tigrani contra Romanos auxilium commodasset[5], ille in Artaxata urbe regno deposito ultro diademam suam Pompeio optulit; sed Pompeius pietate ductus ultro maiorem Armeniam ei concessit regnare, auferens ab eo Mesopotamiam et Syriam partemque Foenicis cum Armenia[6]. nam Bosforianis Colchisque Aristharcum regem Pompeius praeposuit Albanosque insequens Orodem regem eorum tertio superavit. ad postremum rogatus pacem

---

H P V L. — *Mur. p. 234[a] v.* 7 amittunt.

2 gnosius] Cyprius *Rufus* 3 facta] f. est *L* 4 pemptapolim *HP* ptholomeo] *P*, tholomeo *H*, ptolomeo *VL* concessa *L* 5 appionis] *libri et Iord. et Rufi* consilio *L* 6 laidis *L* ptholomeos] *H*, phtolomeos *P*, ptolomeos *VL* 7 iure] *libri* illam *L* 9 hosroine] *libri* saracinorum] *HPL*, sarracenorum *V* filarchi] *Rufus*, filorci *libri* mesopotamiaque *V* 10 nitzebem] *HPV*, nizebem *L* 13 babyllonii *HP*, babilonii *VL* 14 lycius sylla *HPV*, licius sylla *L* arsacem e. regem] *HPV*, arsacen e. rege *L* 15 per leg. rog. *V* lucullus lucius *L* 16 tigranae marmeniae *H* regem *om. HP* 17 ad *om. L* nitziben] *HPV*, nuzeben *L* 21 mitridatis] *HP* 22 bosforum *L* 23 dum nec] necdum *L* ei mors *L* satellitum *L* 25 commodasset] *PVL*, commendasset *H* diademam suam] *HPVL* 26 ultra *libri* 27 foenicis] *HPV*, fenicis *L* armoenia *HV* 28 aristharcum] *HV*, aristarcum *L*, aritharcum *P*

---

1) (Cyprum) rex foederatus regebat, sed tanta fuit penuria aerarii Romani et tam ingens opum fama Cypriarum, ut lege data Cyprus confiscari iuberetur: quo accepto rex Cyprius nuntio venenum sumpsit . . . Cato Cyprias opes Romam navibus advexit *Rufus*.

2) Cyrenas cum ceteris civitatibus Libyae Pentapolis Ptolemaei antiquioris liberalitate suscepimus. Libyam supremo Appionis regis arbitrio sumus adsecuti *Rufus*.

3) Syriae Phoenicae (*libri* foenix *vel* afanicae) bello a Tigrane Armeniorum rege receptae sunt *Rufus*.

4) castra eius invasit *Rufus*.

5) Pompeius auxiliatorem Mithridatis Tigranem Armeniorum regem persecutus est *Rufus*.

6) cum Armenia *om. Rufus*.

concessit. Hiberiam similiter cum Artace rege in deditionem excepit. Saracenos Ara- 235
basque exuperans Hierosolimam Iudeae captivavit. cum Persis foedus percusso.
revertens Dafnensem agrum Antiochenis concessit ob nimiam loci amoenitatem pro
munere [1]).

Florus 3, 11, 2 His et aliis rebus in Syria bene gestis unius foedavit avaritia. nam Crassus 236
consul, dum Parthico inhiat auro, undecim legiones pene cum suo capite amisit.
c. 10. 11 cuius conspectu et filius hostilibus telis effossus et ipse peremptus caputque eius praecisum cum dextera manu ad regem reportatum ludibrium fuit neque indigno: aurum
enim liquidum in rictum oris infusum est, ut cuius animus arserat auri cupiditate,
eius etiam mortuum et exsangue corpus auro ureretur. reliqui vero infelicis exerci- 10
tus, quo quemque rapuit fuga, in Armeniam Celiciam Syriamque distracti vix cladis
tantae nuntium retulerunt.

Florus 4, 9 cf. Ruf. 18 Hac ergo clade Parthi altius animos elevantes per Pacorum ducem Syriam invadunt 237
ducemque Labinium, quem dudum ceperant, exercitui praeponentes contra socios,
id est Romanos in proelio dirigunt. sed Ventidius Bassus Persas sub utroque 15
duce Syriam populantes superatos effugat Labiniumque interfecit, Pacorum vero regium
iuvenem telis undique circumseptum extinxit moxque caput eius dempto et circum-
lato per urbes que disciverant Syriam sine bello recepit. sic Crassianam cladem
Iord. Ventidius Pacori caput Labiniique morte pensavit. || nec sic contentus populus Ro- 238
Ruf. 18 manus Crassiano interitu oblivisci nisi adhuc saevit in Parthos. || nam Marcus An- 239
tonius in Madianea ingressus contra eos arma commovit, ubi primum eos superans, 21
dehinc, cum duabus legionibus inedia hiemeque corruptus vix in Armenia Parthis
c. 19 sequentibus fugit ibique ereptus est. sub Augusto dehinc Octaviano Armeni cum 240
Parthis commixti per Claudium Caesarem nepotem Augusti ocius superantur. Armeni
si quidem utilius rati Romanorum amicitiis reconciliari et proprias sedes incolere, quam 25
cum Parthis coniuncti et sedes perdere et Romanos infestos habere.

Iord. Sic quoque dum in partibus orientalium Romanus laborat exercitus, occiduae 241
Florus 4, 12, 4 plagae infesti sunt. || Norici in Alpibus Noricis habitantes credebant, quasi in rupes
et nives bellum non posset ascendere: sed mox omnes illius cardinis populos Bren-
nos Teutonios [2]) Cennos atque Vendilicos, per eodem Claudio Caesarem Romanus 30
c. 5 vicit exercitus. quae tamen fuerit Alpinarum gentium feritas, facile est vel per mu-
lieres ostendere, quae deficientibus telis infantes suos adflictos humi in ora militum
c. 6 adversa miserunt. || nec minores his saevitia Illyri pariter accenduntur. contra quos 242
c. 7 ipse Augustus e vicino egressus pontem, unde aquas transiret, fieri imperavit. dum-

---

H P V L Freculfus 1, 7, 7 (5 unius — 10 ureretur). — *Mur. p. 234^b v.* 20 saevit.

1 deditione *P* accepit *L* sarracenos *L* 3 amoenitate *PV* 5 hiis *H* 6 undecim] unde cum *H*, xii *Frec.* ammisit *HPV* 7 effossus] *VL*, effosus *HP^b*, offosus *P^a* 8 ludibrium] *HPV*, ludibrio *L Florus* indigne *L* 9 liquidum] indignum *V* 10 exsanguine *L* 11 quocumque *L* fugam *L* armenia *PVL* celiciam] *HP*, ciliciam *VL* 13 pathi *HPV* animum *L* 14 coeperant *HPV* 16 duces *P* superantos *H* 18 disciuerant] *L*, disciuerat *HPV* syria *PV* 20 interitus *L* 21 medianea *L*: Madaena *Rufus* 22 armenia] *H*(?)*PVL* 23 fugiit *P* ereptus] receptus *L* 24 commixtum *L* claudium] *similiter Rufus* 27 romanos *HP^a* 28 norici] noras qui *libri* quasi] quia si *L* in rupes et] *P*^{2}, inruperet *HP*^{1}*V*, inrumperet *L* 29 omnis *libri* populus *HVL* brennus *L* 30 teutonius *libri* uendilicos] *libri* claudio] gladio *libri* 33 illyri] *HP*, hylliri *V*, illi *L* ascenduntur *L* 34 augus *HPV* pontes *L* transire *HPV*

---

1) rediens apud Antiochiam Daphnensem lucum delectatus loci amoenitate . . . consecravit *Rufus*.

2) Teutonios *non habet Florus*.

que aquis et hostibus ad ascensum milites turbarentur, scutum ipse rapuit et viam primus ingressus est. tum agmine secuto cum subruptus multitudine pons succidisset, sauciis manibus et cruribus, speciosior sanguine et ipso periculo auctior terga ostium
243 cecidit. Pannonii vero duobus acribus fluviis Drao Savoque vallantur. contra quos Florus 4, 12, 8
Duennium misit, qui eos plus velociter vicit, quam eorum flumina cursu rapido cur-
244 runt. Dalmatae similiter silvis commanentes plurimam partem latrocinando vastabant: c. 10
ad quos edomandos Vibium mandat, qui efferum genus fodere terras coegit aurumque c. 11. 12
245 venis repurgare. Moesi vero quam feri, quam truces erant? ut unus ducum ante c. 13. 14
aciem postulato silentio 'qui vos estis'? inquid. responsum est: 'Romani gentium
'domini'. et ille: 'ita fiet', inquid, 'si nos viceritis'. sed mox ad bellum ventum c. 15. 16
246 est, nec classicum audire valuerunt: sic a Marcio superati sunt. Thraces autem c. 17
antea saepe, tunc tamen Romaetalca regnante sibi a Romanis disciscunt. nam is barbaros et disciplina et signis militaribus adsueverat: sed a Pisone perdomiti in ipsa
captivitate rabiem ostendebant: nam catenas, quibus legati erant, morsibus vellican-
247 tes feritatem suam ipsi puniebant. Daciam quoque ultra Danubium sitam exindeque c. 18
saepius Dacos gelato Danubii alveo ad furta in Romania transeuntibus Lentulo misso c. 19
vicit, expulit atque subegit. Sarmatas quoque per eundem Lentulum ultra Danubium c. 20
pepulit. qui nihil aliud ubi degunt praeter nives pruinasque et silvas habent, tantaque
barbaries in illis est, ut nec intellegant pacem.

248 Marmaridas vero et Garamantes in orientali hiemali plaga per Quirinum subegit. ‖ c. 41
249 Germanos Gallos Brittones Spanos Hiberes Astures Cantabros occiduali axe iacentes IGN. cf. Flor. 4, 12, 46 sq.
et post longum servitium desciscentes per se ipse Augustus accedens rursus servire coegit Romanisque legibus vivere.

250 Cleopatra vero Alexandrinorum regina ex genere Lagidarum Ptholomeorumque Hier. 1970 cf. 1985
successor prius contra viri sui Ptholomei insidias Gaium Iulium Caesarem interpellavit, qui ob stupri, ut perhibent, gratiam regnum eius confirmavit ‖ ipsamque Hier. 1971
in urbem cum magna pompa Alexandriae remisit regnare. ‖ Cassius Iudea capta Hier. 1973
251 templum spoliavit. occiso vero in curia Romae Caesare ‖ Octavianus nepus eius Hier. 1974
suscepit Augustus principatum, ‖ quem Antonius dum invideret nihilque laedere Iord.
posset, urbem Romam ingreditur et ad partes Aegypti quasi Romanae rei publicae provisor accedit. ubi iam viduam a viro regnantem repperiens Cleopatram se quoque cum illa consocians ‖ coepit sibi dominationem parare, nec tacitae, sed patriae Florus 4, 11,
nominis togae fascium oblitum totum in monstrum illud ut mente ita animo quo-
252 que cultuque desciverat. aureum in manu baculum, in latus acinaces, purporea
vestis ingentibus obstricta gemmis. diadema deerat, ut regina rex et ipse fueretur. quod Augustus Caesar audiens a Brundisio Calabriae in Epiro, ut eum c. 4

H P V L Freculfus 1, 7, 16 (8 Moesi — 23 coegit). — *Mur. p. 235[a] v.* 27 Cassius.

1 mil. turb. ad asc. *L* ipse arripuit *L*, rap. ipse *V* 2 subsecuto *L* subrutus *Florus* multitudinem *HPV* successisset *L* 3 specior *L* ipso periculo] *Florus*, ipse periculi *libri* auctior] *libri et Florus* (*Bamb.*), augustior *Florus* (*Naz.*) 5 Vinnium *Florus* plus uelocius *L* fluma *L* 6 saluis *L* 7 foedere *HP*, foederet *V* cogit *L[a]* taurumque *L* 8 fieri *HPV* 10 et] at *Fr.* inq. fiet *V* uiceretis *HP*, uixceretis *V* 11 sic] sed *L[a]* marcios *HPV* thraces] thracas *HPVL[b]*, trac*as *L[a]* 12 ante *H* romaetalca] *HPL*, rometalca *V* res nante *P* sibi *om. L[a]* 14 catenis *HP Fr.* 17 sarmatus *HP*, sarbatas *Fr.* 18 nil *H* 21 gallos *om. L* brittones] *Fr.*, britiones *HPVL* occiduli *V* 22 eccedens *V* 24 cleopatram *HPVL* reginam *L* lacidarum *HPL* ptholome-] *HV*, tholome- *P*, ptolome- *L hic et deinceps* 26 eius] ei *L* que *om. L[a]* 27 al. cum m. pompa *L* 28 exspoliauit *L* 30 possit *libri* egreditur *L* aeg.] reipb. eg. *L* 31 ubi] ibi (*V*) 32 cepit *HP*, caepit *L* 33 oblitus totus *Florus* 34 ascinaces *L* 35 reginam res *L*

a coepta removeret tyrannide, transierat. nam Antonius omne Actiacum litus iam classibus obsedebat. sed mox ubi ad proelium vintum est et Caesaris classe illius
Florus 4, 11, 8 coepit turbare navigium, prima dux fugae regina cum aurea puppe veloque purporeo
c. 9 in altum dedit. mox secutus Antonius. sed instare vestigiis Caesar, itaque nec prae- 253
parata in oceanum fuga nec munita praesidiis utraque Aegypti cornua Paretonium
atque Pelusium profuere. prope manu tenebantur. primum ferrum occupavit Antonius. regina ad pedes Augusti provoluta temptavit oculos ducis. frustra quidem.
c. 10 nam pulchritudo intra pudicitiam principis fuit. nec illa de vita, quae auferebatur, sed de parte regni laborabat. quod ubi desperavit a principe servarique se triumpho 254
c. 11 cognovit, incautiorem nancta custodiam, in mausuleum se regum recepit ibique maximos, ut solebat, induta cultus in referto odoribus solio iuxta suum se conlocavit An-
4, 12, 1 tonium admotisque ad venas serpentibus sic morte quasi somno soluta est. hic finis
Eutr. 7, 8 bellorum Augusti Caesaris tam cum civibus quam cum extraneis. ‖ sic quoque Augu- 255
stus Caesar Octavianus, quo nullus imperatorum in bellis felicior nec pace moderatior
Oros. 6, 22 fuit, civilissimus in omnibus. ‖ qui ab oriente in occidente, a septentrione in meridie ac per totum oceani circulum cunctis gentibus una pace conpositis Iani portas
Hier. 2029 ipse tunc clausit ‖ et censum Romae cum Tiberio agitans invenit hominum nonagies 256
Oros. l. c. trecenta septuaginta milia ‖ omnemque orbem venientis Iesu Christi notu pacatum cen-
Hier. 1974. 2015 seri praecepit ‖ regnavitque ann. LVI. ‖ sed imperii eius secundo et quadragensimo anno dominus Iesus Christus ex spiritu sancto et Maria virgine deus verus et homo
Iord. cf. Hier. 1974 verus nasci dignatus est. ‖ quattuordecem residuos annos post domini adventum cor- 257
porali praesentia in pace regnans et ipse singularem optenuit principatum et posteris eandem imperii potestatem cum suo nomine Augusti derelinquens rebus excessit humanis, ‖ successorem relinquens Tiberium prevignum suum.
Eutr. 7, 10 24

Hier. 2030. 2036 Tiberius Augustus Caesar regnavit ann. XXIII. ‖ qui multos reges ad se blanditiis 258
evocatos numquam ad propria regna remisit, in quibus et Archelaum Cappadocum rege. cuius et regnum, postquam defunctus est, in provinciam verso Mazacam civi-
Hier. 2047 tatem eius de nomine suo Caesaream vocitavit. ‖ huius ergo XVIII anno dominus noster Iesus Christus sub Pontio Pilato in Iudaea carne passus est, non deitate.
29

[1]Eutr. 7, 12 Hier. 2053. 2055 Gaius Caesar cognomento Caligula ‖ regnavit ann. III menses X. ‖ hic namque 259
Memmium Regulum coegit, ut uxorem suam sibi loco filiae coniugem daret strumentaque matrimonii ut pater conscriberet. haec et his similia perpetrans nec non
Hier. 2054 et in templo Hierosolimitano Iovis statuam per Gaium Petronium statuens[1]) ‖ et in Ale-
Hier. 2056 xandria Iudeos per Flaccum Avilium praefectum oppraemens ‖ postremo a protectoribus suis in palatio Romae occisus est anno aetatis vicensimo nono.
35

Hier. 2057 Oros. 7, 6 Claudius dehinc huic succedens regnavit ann. XIII m. VIIII[2]). ‖ fecit etiam hic 260

H P V L Paulus et Freculfus 1, 7, 15 (7 regina — 12 soluta est). — *Mur. p. 235[b] v.* 31 strumentaque.

1 a cepta *HPL*, accepta *V* remouere *HPV* anthonius *HV* omnem *HPV*, omnium *L* 2 uintum] *HP*, uinctum *V* classe] *HPV*, classis *L* 3 regina] *Florus*, reginae *HVL*, re signae *P* 4 intrare P^a 6 prope] *PVL*, pompe *H* primum] prior *Flor.* occ.] praeocc. *L* anthonius *HP* 7 ducit *P* 8 pudicitiam] (*V*), pudiciam *HPL* offerebatur *Florus* 9 laborabat] cogitabat *L* 11 in ref.] hi referto *in litura V* 12 somnio *HPV* 14 bello *L* 15 occidente] *H*(?)*PV*, occendente *L* meridie] *HPV*, meridiae *L* 18 trecenta] ter(tre)centena *Hier.* omneque *L* notum *L* 23 eadem *HPV* 24 praeuignum *HP*, pr**ignum V^1, priuignum V^2L 27 regem *L* regnum] *HPVL* 30 gallicula *L* hinc *P* 31 mennium *L* strumentaque] *HPVL*^{b}, sturnentaque L^a 32 matrimonia ut *HPV*, matromonialia ut *L* simila *L* 35 aetatis] aet. suae *L*

---

1) Gaius Petronio praefecto Syriae praecepit, ut in Hierusolymis statuam suam sub nomine Iovis optimi maximi poneret *Hieronymus*.

2) mens. VIII dieb. XXVIIII *Hieronymus*.

Claudius expeditionem in Brittania insulam, quam nemo ante Iulium Caesarem neque post eum quisquam adire ausus fuerat. exercitum duxit ibique sine ullo proelio ac sanguine intra paucissimos dies plurimam insulae partem in deditionem recepit. Orcadas autem insulas ultra Brittaniam in oceano positas Romano adiecit imperio. ac sexto quo profectus erat mensae Romae repedavit | ibique defunctus est annorum LXIIII. Hier. 2070

261 Nero nepus Gai Caligulae regnavit ann. XIII m. VIII[1]). | tantaeque luxoriae fuit, ut frigidis et calidis lavaretur unguentis, etenim non solum quia non profuit rei publicae, immo obfuit nimis. nam duas legiones in Armenia cum ipsa provincia Hier. 2071. 2075 Iord. Ruf. 20

262 simul amisit, qui Parthico iugo servientes gravem infamiam Romanis dederunt. ‖ iuxta omne scelus et parricidium, quod in proprios parentes commiserat, | addidit facinus, ut ad instar Troiae Romam incenderet, | manusque iniciens in Christianos persecutionem concitat ipsosque doctores fidei Petrum et Paulum in urbe interemit, | alterum cruci figens, alterum capite plectens. ‖ eoque cum dedecore regno evulso Galba in Hiberia, Vitellius in Germania, Otho Romae imperium arripuerunt. omnesque tamen celeri interitu perierunt. Hier. 2074 Hier. 2080 Hier. 2084 Oros. 7, 7 Hier. l. c.

263 Vespasianus apud Iudaeam ab exercitu in regno ascitus regnavit ann. X[2]). nam relicto filio suo Tito ad expugnationem Hierusolimorum ipse Romae profectus | regnavit in pace. Hier. 2085 Oros. 7, 9

264 Titus filius Vespasiani idemque Vespasianus, debellator Iudeae gentis, regnavit ann. duobus mensibus duobus. ‖ hic namque secundum Ioseppi fidem undecies centena milia Iudaeorum fame et gladio interemit et alia centum milia captivorum publice vendidit. tantam multitudinem in Hierosolymis autem paschalis festivitas adunaverat. Hier. 2095 et Eutr. 7, 21 Hier. 2086

265 Domitianus frater Titi, filius Vespasiani, regnavit ann. XV m. V ‖ tantaeque fuit superviae, ut se dominum ab omnibus primum appellari praeciperet ‖ multosque nobilium exilio relegans nonnullosque occidens ‖ de substantiis eorum aureas argenteasque sibi statuas fecit. | manusque in Christianos iniciens, Iohannem apostolum et euangelistam, postquam in fervente oleo missum non potuisset extingui, | Pathmo eum insulam exulem relegavit, ubi apocalypsim vidit. ‖ cuius crudelitatem non tolerantes Romani in palatio Romae interficere statuerunt ‖ omniaque quod constituerat inritum fore. Hier. 2097 Oros. 7, 10 Hier. 2105 Hier. 2107 Iord. Hier. 2110 Hier. 2112 Hier. 2113

266 Nerva admodum senes regnavit anno uno m. IIII. qui ut privata vita lenis, lenior fuit in regno nec quicquam profuit rei publicae, nisi quod Traianum se vivente elegit.

267 Traianus pene omnium imperatorum potior regnavit an. XVIII m. VI. ‖ hic enim de Dacis Scythisque triumphavit ‖ Hiberosque et Sauromatas Osroenos Arabas Bosforanos Colchos edomuit, postquam ad feritatem prorupissent. Seleuciam et Tesifontem 268 Babyloniamque pervasit et tenuit. nec non et in mari rubro classem, unde Indiae Hier. 2114 et Eutr. 8, 2 Hier. 2117 Hier. 2118

H P V L Paulus h. R. 7, 15 (13 ipsosque — 14 plectens). — *Mur. p. 236[a] v.* 37 Indiae.

1 brittania] *HPVL* insula *L* 2 audire *HPV* 3 hac *H* deditione *HPV* 4 orcatas *P*, arcadas *V* 7 galigulae *V*, galliculae *L* tantaque *L* lucuriae *L* 8 unguentis is *libri* etenim] enim *L* 10 ammisit *H* 12 instrar *P* inies *L* 13 urbem *L* 14 cruce *P* 16 celeri *om. V* 17 iudicem *V* in *om. L* 18 suo *om. L* regnat *L* 20 uespatiani *HP* 21 iosephi *L* 25 uespatiani *HP* 26 praeciperet] *P*, praeciperit *H*, pr(a)eceperit *VL* 29 oleo missum] dolio *L* 31 omniaque quod] *HPV*, omniaque quae *L*: senatus decrevit, ut omnia quae Domitianus statuerat in irritum deducerentur *Hier.* fore] *fortasse scr.* fecere 33 seuuente (?) *H* 34 XVIII] xuiiii *Hieronymus* 36 cholchos *L* et tesifontem *HPV*, et thesifontem *L*, et esifontem *Hieronymi libri quidam*, ctesifontem *reliqui: similiter variant libri apud Rufum c. 21* 37 babylloniamque *H*

---

1) m. VII d. XXVIII *Hieronymus.*

2) a. VIIII m. XI d. XXII *Hieronymus.*

IGN. Hier. 2132 fines vastaret, instituit || ibique suam statuam dedicavit[1]) || et post tot labores apud Seleuciam Isauriae profluvio ventris extinctus est anno aetatis LXIII. ossaque eius in urna aurea conlocata et in foro sub columna posita solusque omnium imperatorum intra urbem sepultus.

Hier. 2133 Adrianus Italicae Spania natus consubrinae Traiani filius regnavit ann. XXI. hic 269
Hier. 2152 pene nil profuit rei publicae, nisi quod dudum subversas Alexandriam || et Hierusolymam
Hier. 2134 propriis reparavit expensis || nonnullisque in locis publica relaxavit tributa. ||
Hier. 2152. 2150 Hierusolimam si quidem suo de nomine Eliam appellans nulli Iudaeorum ingredi per- 270
Ruf. 20 misit. || nam claret eum invidum factis Traiani, quia mox ei successit, ilico nulla faciente necessitate exercitum ad se revocans Mesopotamiam Assyriamque et Armeniam
Persis reliquid, Eufratem fluvium finem terminumque inter Parthos Romanosque con-
IGN. Hier. 2153 stituens. || quo regnante Aquila Ponticus scripturas de Hebreo transtulit[2]). || Adrianus morbo apud Baias faciente obiit.

Hier. 2154 Antoninus cognomento Pius cum suis liberis Aurelio et Lucio regnavit ann. XXII 271
Iord. cf. Eutr. 8, 8 m. III. || et si non profuit quicquam Antoninus, nullam tamen lesionem eius res pu-
Hier. 2176 blica sensit. || defunctus est duodecimo urbis miliario, in villa sua Lorio nuncupata, anno aetatis septuagesimo sexto.

Hier. 2177 et Eutr. 8, 10 Marcus Antoninus, qui et Verus, et Lucius Aurelius Commodus affinitate coniuncti 272
Ruf. 21 aequo iure imperium administraverunt. || e quibus iunior contra Parthos arma movens
magna egit et fortia Seleuciamque urbem eorum cum quadringenta milia pugnatorum
Hier. 2189 cepit, e quibus cum magna gloria triumphavit. || senior vero multis bellis sepe inter-
Hier. 2185 fuit sepiusque per duces suos triumphum revexit, maxime de gente Quadorum. || sed
Hier. 2195 unus in Alteno apoplexiam passus defunctus est, || alter in Pannonia morbo periit.

Hier. 2196 Commodus, filius Antonini, regnavit ann. XIII magnumque triumphum de gente 273
Hier. 2208 revexit Germanica || et post haec in domo Vestiliani strangulatus defecit.

Hier. 2209 Helvius Pertinax maior sexagenario cum praefecturam ageret, ex senatus consulto 274
imperator creatus regnavit m. VI. hic etenim obsecrante senatu, ut uxorem suam
Augustam filiumque Caesarem appellaret, 'sufficere', inquid, 'debet, quod ego ipse
Iord. Hier. l. c. 'invitus regnavi, cum non merer'. || nimis aequissimus omniumque communis, || quem
Iulianus iuris peritus in palatio eius peremit ipseque postea a Severo occisus est.

Hier. 2210 Severus genere Afer Tripolitanus, regnavit an. XVIII ultusque occisionem Per- 275
Hier. 2214 tinacis in Iuliano, se quoque Pertinacem appellavit. || hic etenim Parthos et Adiabennos
contra Romaniam insurgentes mirabiliter superavit. Arabas quoque interiores ita cecidit, ut regionem eorum Romanam provinciam faceret. sic quoque triumphans Par-
IGN. thicus Arabicus et Adiabennicus dictus est. || hoc regnante Samaritis quidam Symma- 276

H P V L.

1 postot *P* selcuciam *H* 4 urbe *H*, urbes *V* 6 nihil *V*, nichil *L* 7 propriis] publicis *Hieronymus* expansis *L* relauit V^a 8 si quidem *om. L* de *om. L* heliam app. *HPV*, app. heliam *L* 9 ilico *om. L* 10 se] re *L* 11 eufraten *VL* 13 facitnte (*sic*) *H* 14 antonius *H*, anthonius P^a, anthoninus P^b 15 anthoninus *HPVL* 16 est] est autem *L* sua] sau *V* 17 sexto] septimo *Hieronymus post* sexto *add.* reg̃ añ. xuiiii m̄. i *HPV: cf. ad p.* 36, 16 18 anthoninus $H^a P$ 19 adm.] diuiserunt *L* 20 quadringenta milia] *HPV*, quadrainta milia *L*: cum quadringentis, quadragentis, quadrintis milibus *libri Rufi* 21 cepit] *Rufus*, accepit *HPVL prava geminatione* 25 germanita *L* 26 sexagenario] septuagenario *Hieronymus* ex] et *P* 29 non *om.* L^a merer] *HPV*, mererer *L recte puto* 31 uultusque *V* 32 in *om. L* adiabennos] *HPV*, adiabenos *L* 33 romaniam] *HPV*, romanam *L* iisurgentes *P* alabas L^a 35 adiabennicus] *HPV*, adiabenus *L*

---

1) *Eius statuae reliqui auctores non meminerunt.*

2) *cf. Epiphanius de mens. et pond. p. 169^d Petav.:* οὗ τινος (Hadriani) τῷ δωδεκάτῳ ἔτει Ἀκύλας ἐγνωρίζετο. *Isidorus chron. 76, 3.*

chus Iudaeorum factus proselitus item divinas scripturas ex Hebreo sermone Greca lingua transfudit suamque condidit editionem[1]. post quem pene tertio anno secutus Theodotion Ponticus item suam in eodem opere editionem scripturarum conposuit[2]. ||
Brittanicum bellum exortum, || unde Severus mirabiliter triumphavit. Hier. 2221 Iord.

277 Antoninus cognomento Caracalla, filius Severi, regnavit ann. VII. || nam ideo hoc Hier. 2227. 2229
nomen nanctus est, eo quod eiusdem vestium genere Romae de manubiis erogans sibi nomen Caracalla et vesti Antoniana dederit. || sub hoc iterum editio scripturarum IGN.
divinarum, quam quintam nominamus, in Hiericho in doleo reperta est[3]. || hic etenim Ruf. 21
imperator, dum contra Persas movit procinctum, Osroene Edessa defunctus est.

278 Macrinus praefecturam agens praetorianam imperator creatus est regnavitque anno Hier. 2234
uno occiditurque Archilaide.

279 Marcus Aurelius Antonini Caracallae filius templique Heliogabali sacerdos impe- Hier. 2235
rator factus regnavit ann. IIII. || Emmaus in Iudaea constructa et Nicopolim nominata. Hier. 2237
tunc et Africanus egregius temporum scriptor pro ipsa legationem suscepit ad principem. || sed imperator, dum nullum genus obscenitatis in regno suo quod non faceret Hier. 2235
praetermittebat, || occisus est tumultu militari. Hier. 2238

280 Alexander Mamae filius || ignobilis fortunae existens || adhuc iuvenis regni Hier. 2239 Iord.
moderatione suscepit moxque contra Xersen regem Persarum arma arripiens mirabi- Ruf. 22
liter de Parthorum spoliis triumphavit. || sub huius item imperio in Nicopolim Actia- IGN.
cam, id est Epiro, editio quae sexta dicitur divinarum scripturarum in dolio reperta est[4]. || ipseque Mogontiaco tumulto occiditur militari, || cui successit Maximinus ex Hier. 2251. 2252
corpore militari in regno.

281 Maximinus genere Gothico, patre Micca Ababaque Alana genitus matre, || sola Get. 83 Oros. 7, 19
militum voluntate ad imperium concedens, bellum adversus Germanos feliciter gessit indeque revertens, contra Christianos movens intestino proelio, vix tres annos regnans, Aquileia a Puppieno occisus est.

282 Gordianus ammodo puer imperator factus vix regnavit sex annos. hic etenim Hier. 2256
mox Romae ingressus est, ilico Puppienum et Albinum, qui Maximino occidentes tyrannidem arripuissent, occidit || Ianumque geminum aperiens ad Orientem profectus Eutr. 9, 2
Parthis intulit bellum || indeque cum victoria revertens fraude Philippi praefecti prae- Hier. 2257
torii haut longe a Romano solo interfectus est.

H P V L. — *Mur. p. 236^b v.* 6 de manubiis.

5 anthoninus H^aP caragalla *HPV* 6 nomine *HPVL* 7 caragalla *HPV*, caralalla *L* anthoniana *HPV* 8 diuinarum *om. L* doleo] *HPVL* 9 peruersas *V* mouet *L* osproene *HPV*, os pene *L* 10 petronianam *L* 11 una *L* archelaide *PVL* 12 anthonini *HPV* caracallae] *P*, caragallae *HV*, cararalle *L* 13 factus *om. V* 14 egreius *L* a principe *HPVL* 15 in . . . praetermittebat] pretermittit in r. s. q. n. f. *L* 16 *post* militari *add.* regnauit ann. xiii *libri; cf. ad p.* 35, 17 17 mamae] *libri* filis *P* ignobili *libri* 18 moderatione] *HPV*, moderationem *L* 19 spoli*is *P* inicopolim *P* 21 magontiato *L*, mongontiaco *V* 23 genitus matre genitus *L* 24 germanicos *L* 26 pupieno *P* 28 maximino] *HPV*, maximinum *L* 29 occidentem *L* 30 pathis *HP* 31 longue *L*

---

1) *cf. Epiphanius de pond. et mens. p. 172^b Petav.:* ἐν τοῖς τοῦ Σευήρου χρόνοις Σύμμαχός τις Σαμαρείτης τῶν παρ' αὐτοῖς σοφῶν . . . ἀγαναχτήσας κατὰ τῆς ἰδίας φυλῆς προ[σέρχεται] Ἰουδαίοις καὶ προσηλυτεύει. *Isidorus chron. 81, 2.*

2) *cf. Epiphanius de pond. et mens. p. 172^e Petav.:* μετὰ τοῦτο δὲ κατὰ πόδας ἐν τῷ ἕξῆς χρόνῳ . . . Θεοδοτίων τις Ποντικὸς . . . ἰδίως καὶ αὐτὸς ἐξέδωκε. *Isidorus chron. 79, 2.*

3) *cf. Epiphanius l. c.:* ἐν δὲ τῷ ἑβδόμῳ αὐτοῦ (Caracallae) ἔτει εὑρέθησαν καὶ βίβλοι τῆς πέμπτης ἐκδόσεως ἐν πίθοις ἐν Ἰεριχῷ κεκρυμμέναι μετ' ἄλλων βιβλίων Ἑβραικῶν καὶ Ἑλληνικῶν. *Isidorus chron. 82, 2.*

4) *cf. Epiphanius p. 174^c:* ἐν μέσῳ τῶν χρόνων τούτων (imperii Alexandri) εὑρέθη ἕκτη ἔκδοσις καὶ αὐτὴ ἐν πίθοις κεκρυμμένη ἐν Νικοπόλει τῇ πρὸς Ἀκτίᾳ. *Isidorus chron. 84, 2.*

Hier. 2261 Philippus in imperio impudenter ingressus est regnavit ann. VII. hic etenim filium 283
suum idem Philippum consortem regni fecit ipseque primus omnium imperatorum
Hier. 2262 Christianus effectus est || tertioque anno imperii sui festivitatem Romanae urbis, mil-
Hier. 2264; supra c. 221 lesimo anno quod expleverat, caelebravit || urbemque nominis sui in Thracia, que di-
cebatur Pulpudeva, Philippopolim reconstruens nominavit.
Hier. 2268 Decius e Pannonia inferiore Budalie natus occisis Philippis utrisque regnavit 284
an. uno et mensibus tribus. armaque in Christianos erecta ob Philipporum nominis
Get. 103 Hier. 2268 odium. || ipse bellantibus Getis || cum filio suo crudeli morte occubuit Abritto.
Hier. 2269. 2270 Gallus et Volusianus regnaverunt ann. II m. IIII. || hi cum adversum Emilianum, 285
qui in Moesia res novas moliebatur, ex urbe profecti essent, in Foro Flamminii in-
terfecti sunt.
Hier. l. c. Emilianus vero tertio mense invasae tyrannidis extinctus est. 286
Hier. 2271 Valerianus et Gallienus, dum unus in Retia a militibus, alter Romae a senatu 287
Hier. 2274 in imperio levarentur, regnaverunt an. XV. || Valerianus si quidem in Christianos per-
secutione commota statim a Sapore rege Persarum capitur ibique servitute miserabili
Hier. 2276. 2277 2275 consenescit. || Gallienus illius exitum cernens Christianis pacem dedit. || sed dum nimis
in regno lasciviret nec virile aliquid ageret, Parthi Syriam Ciliciamque vastaverunt, ||
Hier. 2277. 2278 2279 Germani et Alani Gallias depraedantes Ravennam usque venerunt[1]), || Greciam Gothi
Hier. 2280 vastaverunt, Quadi et Sarmatae Pannonias invaserunt, || Germani rursus Spanias oc-
Hier. 2285 cupaverunt. || idcirco Gallienus Mediolani occisus est.
Hier. 2286 Oros. 7, 23 Claudius regnavit ann. I m. VIIII. || qui Gothos iam per XV annos Illiricum Mace- 288
doniamque vastantes bello adortus incredibili strage delevit, scilicet ut in curia ei
Hier. 2287 clypeus aureus et in Capitolio statua aurea poneretur. || occisusque Sirmium est.
Hier. l. c. Post cuius mortem Quintilius frater eius a senatu Augustus appellatus octavo 289
decimo imperii sui diae Aquilaeia occisus est.
Hier. 2288 et Eutr. 9, 13 Hier. 2289 Oros. 7, 23 Aurelianus Dacia Ripense oriundus regnavit an. V m. VI. || qui mox Tetricum 290
apud Catalaunos prodente exercitum suum Gallias recepit || expeditioneque facta in
Hier. 2292 Danubium Gothos magnis proeliis profligavit || cultoresque divini nominis persecutus
Ruf. 23 est. || Odenathus Palmyrenus ante ipsum collecta rusticorum manu Persas de Mesopo- 29
Ruf. 24 tamia expellens ipse ea loca invaserat. || quem uxor sua occisum Orientis tenebat im- 291
perium: contra quam expiditionem suscipiens Aurelianus apud Hymmas vicino Antio-
Hier. 2292 chiae superavit Romaeque in triumpho suo vivam perduxit || ac dehinc secundo arri-
piens expeditionem inter Byzantium et Heracleam in Caeno Frurio viae veteris occiditur.
Hier. 2293 Tacitus regnavit ann. VI. quo occiso apud Pontem suscepit imperium Florianus 292
tenuitque diebus LXXXVIII. similiterque et ipse apud Tharso interfectus est.

H P V L. — *Mur. p.* 237[a] *v.* 19 Spanias.

1 imperio] *HPVL* est *om. PL* ann. VII] ann. uiii *H* 2 idem] id est *VL* 5 phi-
lippolim *L* 7 erecta] orta L^a 9 hic *H* 10 moesiam *HPVL* moli*batur P^a, moliabatur P^b
12 tyranndis *P* 13 galienus *L* 14 persecutionem in chr. *L* 16 galienus *HPL* 17 par-
thii *V* ciliamque *H* 19 qua die et *H* 20 galienus *HPL* mediolane *HPV*, mediolanii *L*
21 cladius P^a, ****dius V^a gthos P^a macedoniaque *V* 22 adortos *libri* ingredibili *P*
post deleuit *ins.* senatus ingenti honore eum decorauit *Mur. contra libros* 23 sirmium] *HPVL* 24 oc-
tauo decimo] xuii *Hieronymi libri plerique cum Eutropio et Orosio* 26 tetricum] $H^b PVL$, tetric** H^a
28 danubium] *HL*, danuuium *PV* diuini] diui *H* 29 mesopotamiae *HP*, mesopothamiae *V*
30 ea] ae *P* 31 aurilianus *P* hymmas] *HP*, hymas *V*, himmas *L* 32 dehinc] deinde *L*
33 caenofurio $V^a L$ 34 annis ui* *L* qui *V* pontem] Pontum *Hier.* 35 lxxxuiii *L*
similiter *L* tharso] *HPV*, tarso *L*

---

1) *Hieronymus ad a. 2277:* Gallieno in omnem lasciviam dissoluto Germani Ravennam usque venerunt; *ad a. 2278:* Alamanni vastatis Galliis in Italiam transiere.

293 Probus regnavit an. VI m. IIII. || hic etenim Gallos et Spanos [1]) vineas habere per- Hier. 2296
misit. || quo tempore Saturninus magister militum, dum ad restaurationem Antiochenae Hier. 2297
civitatis missus fuisset, arrepta ibidem tyrannide mox oppressus est et Appamiae in-
terfectus. || ipse quoque imperator Probus tumultu militari Sermio in turre quae voca- Hier. 2299
tur Ferrata occisus est.

294 Carus cum filiis Carino et Numeriano regnavit an. II, oriundus Narbona Galliae. Hier. 2300
hic admirabiliter pene omnem Persidam vastatam novilissimas eorum urbes occupavit
Cochem et Ctesifontem. || bellum Sarmaticum feliciter superavit. || ipse quoque Carus Eutr. 9, 18 Hier. 2300
super Tigridem amnem dum castra metaret, fulmine ictus occubuit.

295 Numerianus autem oculorum dolore tentus dum in lecticula veheretur, soceri sui Hier. 2301
Apri insidiis occisus fetore cadaveris vix tertio die est agnitus. Carinus vero apud
Margum in proelio victus occiditur.

296 Dioclitianus Delmata, scribe filius, imperator electus regnavit ann. XX. hic etenim Hier. 2302
mox in regno levatus est, ilico Aprum in militum contione percussit, iurans sine suo
scelere illum Numerianum interemisse. || et mox in consortio suo Maximianum Her- Hier. 2303
culium ascivit. qui Maximianus rusticorum multitudine oppressa, quos Bacaudas di-
297 cunt, pacem Galliis reddidit. || quo tempore Carausius sumpta purpura Brittanias Hier. 2305
occupaverat, Narseus rex Persarum Horienti bellum intulerat, Quinquegentiani Afri-
298 cam infestaverant, || Achilleus Egyptum invaserat. ob quae Constantius et Galerius Hier. 2306
Maximianus Caesares adsumuntur in regno. quorum Constantius, Claudii ex filia ne-
pus fuit: Galerius in Dacia non longe a Serdica natus. || atque ut eos Dioclitianus Hier. 2307
etiam adfinitate coniungeret, Constantius prevignam Herculii Theodoram accepit, ex
qua et sex liberos procreavit: || Galerius autem Valeriam Dioclitiani filiam accepit, Hier. 2308
299 utrique pristino matrimonio repudiantes. || Carporum si quidem gens tunc devicta et Hier. 2311
in Romanum solum translata est. || tunc etenim primus omnium imperatorum Dio- Hier. 2312
clitianus adorari se ut deum praecepit et gemmas vestibus calciamentisque inseruit ||
diademaque in capite [2]), || cum ante eum omnes clamidem tantum purpuream, ut a Iord. Hier. l. c.
300 privatis discernerentur, habebant et ut ceteri iudices salutabantur. || adsumpta ergo Hier. 2314
unusquisque principum expeditione Dioclitianus Aegypti tyrannum octavo mense de-
victum provinciam cunctam subegit. || Maximianus Herculius in Africa Quinquegentia- Oros. 7, 25
nos exsuperavit. || Constantius iuxta Lingonas una die LX milia Alamannorum cecidit. Hier. 2317
301 Galerius Maximianus victus primo proelio a Narseo ante carpentum Dioclitiani pur-
puratus cucurrit. || qua verecundia conpunctus secundo viriliter dimicavit, superavit Oros. 7, 25
Narseum, uxores eius abegit ac liberos, et condigno honore a Dioclitiano susceptus
302 est. || post quam victoriam mirabiliter Dioclitianus et Maximianus Romae triumphave- Hier. 2320

H P V L. — *Mur. p.* 237^b *v.* 25 -rum Dioclitianus.

3 tyrannidem *HPV*, tirannide *L* appamiae] *Hier.* (*Freher.*), apramiae *libri* 4 tumulta *H* 6 filio *L* 8 et ctesif.] *H*, et tesif. *V*, ectesif. *P*, et thesif. *L* 9 flumine *HPV* 10 ureretur *L* 13 dioclet- *P* dalmata *VL* etenim] ergo *L* 17 gallis *libri* 18 parsarum H^a 19 infestauerat *HPV*, uastauerant *L* gallerius *P* 20 regnum *L* 21 longne *L* ut] ad *L* dioclitianus] *HP*, diaclit. *L*, dioclet. *V* 22 coniungerent *HV*, coniungeraent *P*, coniungnerent *L* praeuignam *HP* thodoram *HPV*, theodaram *L* 23 dioclitiani] *HPV* 24 utrisque *P* pristino matrimonio] *HPV*, pristina matrimonia *L* 25 solium *L* dioclitianus] *HPV*, dioclitionus *L* 27 diademateque *libri* clamidem] *HL*, clamide *PV* purpuream] *L*, purporea *P*, purpurea *V*, purpureo *H* 29 expeditionem *L* dioclitianus] *HVL* 31 ligonas *libri* 32 dioclitiani] *HPVL* 33 occurrit *L* 34 cum digno *libri* dioclitiano] *HL*, diocletiano *PV* 35 dioclitianus] *HPL*, diocletianus *V*

---

1) Gallos et Pannonios *Hieronymus*.

2) diadema *suo errore addidit Iord.*

runt antecedentibus sibi liberis uxoribusque regis Persarum praedaque illa ingenti gen-
Hier. 2317 tium diversarum. ‖ sic quoque concitata persecutione in Christianos Dioclitianus . . . .
. . . . . .
. 4
Hier. 2377 . . . . . Cappadociamque defunctus est Constantius. 303
Hier. 2378 Iulianus apostata regnavit an. uno m. VIII, relictaque Christianitate ad idolorum 304
cultura conversus est multosque blanda persecutione inliciens ad sacrificandum ido-
mora soluta acie quam ad bellandum construxerant, non tantum ab urbis excidio *ab-*
stinuerunt, verum etiam et quos foris fuerant iure belli adepti, reddiderunt, foedusque
inito ad sua reversi sunt. quod dolum post longum tempus reminiscens egregius 66
Gothorum ductor Sithalcus, CL virorum milibus congregatis Atheniensibus intulit bel-
lum adversus Perdiccam Macedoniae regem, quem Alexander apud Babylloniam mini-
stri insidiis potans interitum[1]) Atheniensium principatui hereditario iure reliquerat
successorem. magno proelio cum hoc inito Gothi superiores inventi sunt, et sic pro
iniuria, qua illi in Moesia dudum fecissent, isti in Grecia discurrentes cunctam Mace-
doniam vastaverunt.

Dehinc regnante Gothis Buruista Dicineus venit in Gothiam, quo tempore Roma- XI 67
norum Sylla potitus est principatum. quem Dicineum suscipiens Buruista dedit ei
pene regiam potestatem; cuius consilio Gothi Germanorum terras, quas nunc Franci
optinent, populati sunt. Caesar vero, qui sibi primus omnium Romanum vindicavit 68
imperium et pene omnem mundum suae dicioni subegit omniaque regna perdomuit,
adeo ut extra nostro urbe in oceani sinu repositas insulas occuparet, et nec nomen
Romanorum auditu qui noverant, eos Romanis tributarios faceret, Gothos tamen crebro
pertemptans nequivit subicere[2]). Gaius Tiberius iam tertius regnat Romanis: Gothi
tamen suo regno incolume perseverant. quibus hoc erat salubre, hoc adcommodum, 69

H P V L A S (22 Gaius — 23 perseverant) *O B X* (*Y Z*). *Freculfus 1, 2, 25* [*16*] (*a* 15 Dicineus).

1 uiciniam *BXY* thomes] *HPVLAOXYZ*, thameris *B* 2 illi qui] aliqui *OB* pii] dii *Iac. Grimm Geschichte der deutschen Sprache 2 (ed. 1) p. 818* uocabuntur *B* subito] subito enim *B* 3 cum] et *OB* canditis *O* egressi] sunt egressi *B* paternis *OB* propiciis *O*, propitiis *B* 4 macedones *A* uoces A^a suplici *P*, supplicis *O* 5 stupiscent] *HPV*, stupiscunt *O*, stupescunt *LABXY* tenerentur *O* 6 soluta acie] acie *O*, aciem *B* bellum *OB* construxerunt *OBXY* abstinuerunt] *scripsi*, *om. HPVLAOXYZ*, remouerunt *B* 7 quos] quod *L* foris fuerant] fuerunt *OB* redderunt *O* foedusque inito] HPV^bLO, foedusque initum V^a, foedereque inito *ABXY* 8 ad suam *O*, *om. A* quod dolum] quem dolum *BXY*, cuius doli *A* 9 sitalchus *XY* 10 perdicam *AOXYZ*. predictum *L* quem *om. O* babylloniam] *HP*, babyloniam *OXY*, babiloniam *VAB*, babiloniae regem *L* 11 putans *A* principatui] principatus *A*, principem *XY* 12 cum h. in. pr. *A* gothis P^a 13 qua] *HPVL*, quam *AOBXY* grecia] *HPLAXY*, greciam *OB*, graetiam *V* 15 regnantem *O* gothis] gethis *P*, in gothis sithalco *B* buruista] *HPVXY*, burusta *L*, boroista *OB*, byrruisia *A* dicineus — 16 buruista *om. Z* dicineus] *HPVLAXY*, diceneus *OB* 16 sylla] *HPVBY*, silla *LAOX* est *om. L* principatu *AB* dicineum] *HPVLAXY*, diceneus (*sic*) *OB* buruista] *XY*, burusta *L*, boroista *OB*, boscusta *HPVA*, Boscurta *Frec.* 17 gothi] getae *A* quans *H* 18 romanorum *AXYZ* 20 nostro urbe] *V*, nostro orbe *HL*, nr⁎ urbem *P*, nostrum urbem *O*, nostrum orbem *ABXY Frec.* in *om. OB* oceani sinu] *OBXY*, oceani *HPVL*, oceano *A Frec.* sepositas *A* occupasset *AXY* et] et qui *B* nomine r. audito *XY* 21 qui] quod *O*, quidem *B* tributario *O* tamen] tunc *A* cr. pertemptans] crebro (crebo *B*) temptans *OB* 22 subigere O^bB, subegere O^a gaius (gatus *P*) tib.] *libri et Frec.*, Caesar Tiberius *Gutschmid p. 144: sed magis est, ut errarit Iordanes* regnauit *XYZ* 23 tamen] tantum in *A* incolume] *HPV*, incolome *L*, incolomi *SOB*, incolumes *XY*, incolomes *A Frec.* erat *om. A* hoc adc. hoc uot.] hoc uot. fuit *A*, aut adc. (commodum *B*) aut uot. *OB*

---

1) *Orosius 3, 20:* Alexander apud Babyloniam cum . . . ministri insidiis venenum potasset, interiit.
2) *cf. Orosius 1, 16:* (Getas) Caesar . . . declinavit.

XI hoc votivum, ut, quidquid Dicineus eorum consiliarius precepisset, hoc modis omnibus expetendum, hoc utile iudicantes, effectui manciparent. qui cernens eorum animos sibi in omnibus oboedire et naturalem eos habere ingenium, omnem pene phylosophiam eos instruxit: erat namque huius rei magister peritus. nam ethicam eos erudiens barbaricos mores conpescuit; fysicam tradens naturaliter propriis legibus vivere fecit, quas usque nunc conscriptas belagines nuncupant; logicam instruens rationis eos supra ceteras gentes fecit expertes; practicen ostendens in bonis actibus conversare suasit; theoreticen demonstrans signorum duodecem et per ea planetarum cursus omnemque astronomiam contemplari edocuit, et quomodo lunaris urbis augmentum sustinet aut patitur detrimentum, edixit, solisque globum igneum quantum terreno orbe in mensura excedat, ostendit, aut quibus nominibus vel quibus signis in polo caeli vergente et revergente trecentae quadraginta et sex stellae ab ortu in occasu precipites
70 ruant, exposuit. qualis erat, rogo, voluptas, ut viri fortissimi, quando ab armis quantolumcumque vacassent, doctrinis philosophicis inbuebantur? videris unum caeli positionem, alium herbarum fruticumque explorare naturas, istum lunae commoda incommodaque, illum solis labores adtendere et quomodo rotatu caeli raptos retro reduci ad partem occiduam, qui ad orientalem plagam ire festinant, ratione accepta quiescere[1]).
71 haec et alia nonnulla Dicineus Gothis sua peritia tradens mirabilis apud eos enituit, ut non solu mediocribus, immo et regibus imperaret. elegit namque ex eis tunc nobilissimos prudentioresque viros, quos theologiam instruens, numina quaedam et sacella venerare suasit fecitque sacerdotes, nomen illis pilleatorum contradens, ut reor,
72 quia opertis capitibus tyaris, quos pilleos alio nomine nuncupamus, litabant: reliquam

---

H P V L A O (*ubi* 19 ut non — *p.* 75, 2 reminiscent *bis leguntur, cf. p.* 77, 3 *n.*) *B X* (*Y Z*). *Freculfus l. c.*

1 dicineus] *HPVLAXYZ*, diceneus *OB* consolarius *O* praecipisset *PO* 2 expedemdum *O* manciparentur *A* cernans L^a animus *O* 3 oboedire] *HB*, ob(a)edire *rel.* naturalem] *HPVLO*, naturale *ABXY* omnem (*om. OB*) pene (pone O^a, poene O^b) phylosophiam (*sic HP*, phil- *rel.*) eos] in omni p. eos philosophia *A* 4 peritus *om. OB* ethicam] ethica *L*, ethic *AO* 5 conspescuit *V* 6 constrictas *A* bellagines *OB*, belogiones *A*, belamgnes *X* logica *A* eos rat. *OB* 7 expertes] *HPVLO*, expertos *ABXYZ* practicem *L*, pragticen *B* ostendens] *PVAOBXY*, extendens *HL* conuersari *LAOBX* 8 suadit *H* theoreticen] *HV*, theoriticen X^bZ, thereticen *P*, theodoricen X^a, theoricen *LBY*, teoricen *A*, theoricem *O* duodecem] HP^b, duodecim *rel.* 9 astronimiam *O* quomodo] comodo *O* orbis *AOBXY*, urbs HP^bVL, u*** P^a 10 sustinens *O* globum igneus *O*, globis igneus *B* terreno orbi *XYZ*, terrenum orbem *OB*, terrae orbem *A* 11 excedit *L* ostendit *om. OB* aut] a *O* nominibus uel] dominibus aut *L* 12 uergentes et reuergentes *B* trecentae] et trecente *L* et *om. OB* occasu] *HPVLB*, occasum *AOXY* praecipitens *A* 13 ruunt *XY* exposui *O* erat] ergo *V* uoluntas *OBXY* quantolumcumque] *HPVA*, quantulumcumque *LXY*, quactucumque (*sic*) *O*, quadruuium usque *B* 14 uagassent *O* imbuerentur *X* uideris] *HPVL*, uideres *AOBXY* 15 fruticumque] frugumque *OB* explorarare *B* naturam *L* 16 laborem *LOB* rotato *O* raptus *ABXY* 17 partem (patem *O*) occiduam] *OBXY*, partes occiduas *HPVLA* orientalem] occidentalem *A* festinarit *B* quiescere] adquiesceret *A* 18 nonnulla] nulla *O*, multa *B* dicineus] *HPVLAXYZ*, diceneus *OB* enituit] inuenitur *OB* 19 solu] *HP*, solum *VLAO*(2)*XY*, solis *O*(1)*B* imperauit *O*(2) eligit *O*(1) tunc *om. A* 20 pludentioresque *L*, prudentiores *O*(1)*B* theologiam] a theologiam *O*(1), a thelogicam *O*(2), ad theologiam *XYZ* nomina *LO*(1.2)*B* quaedam] *ABXY*, quedam *O*(1)^b, qu*dam *O*(1)^a, quadam *HPVLO*(2) 21 uenerari *O*(1)*BXY* contrahens *O*(2) 22 quia] quod *XY* tyaris] *HPLY*, thyaris *VB*, thiaris *O*(1.2), tiaris *AX* quos] quas *XYZ* alios *X*

---

1) *cf. quae ad Cassiodorium var. 9, 24 scribit Athalaricus:* (Theodoricus rex) cum esset publica cura vacuatus, sententias prudentum a tuis fabulis exigebat . . . stellarum cursus, maris sinus, fontium miracula rimator acutissimus inquirebat, ut rerum naturis diligentius perscrutatis quidam purpuratus videretur esse philosophus.

vero gentem capillatos dicere iussit, quod nomen Gothi pro magno suscipientes adhuc XI
odie suis cantionibus reminiscent[1]).

Decedente vero Dicineo pene pari veneratione habuerunt Comosicum, quia nec 73
inpar erat sollertiae. hic etenim et rex illis et pontifex ob suam peritiam habebatur
et in summa iustitia populos iudicabat. et hoc rebus excedente humanis Coryllus rex XII
Gothorum in regno conscendit et per quadraginta annos in Dacia suis gentibus imperavit.
Daciam dico antiquam, quam nunc Gepidarum populi possidere noscuntur. quae patria 74
in conspectu Moesiae sita trans Danubium corona montium cingitur, duos tantum habens
accessus, unum per Boutas, alterum per Tapas. haec Gotia, quam Daciam appellavere
maiores, quae nunc, ut diximus, Gepidia dicitur, tunc ab oriente Aroxolani, ab occasu
Iazyges, a septentrione Sarmatae et Basternae, a meridiae amnis Danubii terminabant.
nam Iazyges ab Aroxolanis Aluta tantum fluvio segregantur. et quia Danubii mentio 75
facta est, non ab re iudico pauca de tali amne egregio indicare. nam hic in Ala-
mannicis arvis exoriens sexaginta a fonte suo usque ad ostia in Ponto mergentia per
mille ducentorum passuum milia hinc inde suscipiens flumina[2]) in modum spinae, quem
costas ut cratem intexunt, omnino amplissimus est. qui lingua Bessorum Hister vo-
catur, ducentis tantum pedibus in altum aquam in alveo habet profundam. hic et-
enim amnis inter cetera flumina in magnum omnes superans praeter Nilum[3]). haec
de Danubio dixisse sufficiat. ad propositum vero, unde nos digressimus, iubante do-
mino redeamus.

H P V L A O B X (Y Z). Freculfus l. c. (ad 4 habebatur).

1 capillatos] *AO*(2)*BXY*, capillutos *HPL*, capillutus *O*(1), capillitos *V* achuc *O*(1) 2 odie] *HPV*, hodie *rel.* reminiscent] *HPVL*, remeniscent *O*(2), reminiscentur *XZ*, reminiscuntur *O*(1)*BY*, frequentant *A* 3 uero] ro *O* dicineo] *HPVLAXYZ*, diceneo *OB* pari] patri *HP*, parii *B* commosicum *AOB*, comosacum *XYZ* 4 inpar erat sollertiae] *HPVL*, inpererat sollertia *O*, impar erat sollertia *B*, imparis erat sollertiae *AXYZ* pertiam *HPV* 5 summa] sua *OB* hoc] hunc *A* excidente *O* coryllus] *HPV*, corillus *LOXY*, chorillus *A*, corillius *B: Scoryllus Gutschmid p. 144 collato Frontino strat. 1, 10, 4:* Scorylo dux Dacorum 6 in regnum consc. *OBXY*, consc. in regnum *A* et] ut *H* 7 dicia *O* antequam *H* possedere *VO* quam patriam *XY* 8 in consp. maesiae *A*, in conspectum (conspectu *B*) asiae *OB* sita *om. XY* coronam *V* montium] hostium *OB* cincitur *A*, cingit *XYZ* 9 tabas *OB*, zapas *A* haec gotiam q. d. *A*, hanc gothiam quam datiam *B*, haec dacia quam gothiam *XY* 10 malores *O*, maiorem *A* gepida *OB* arozolani *XY*, arexolani *A* 11 iazyges] *HP*, iaziges *VLAXYZ*, iaytes *O*, tamazites *B* septentrio *P* bastene *OB* omnis A^a terminabant] *PVLOXY*, terminabat *B*, terminant *H*, terminabis (*sic*) *A* 12 nam iaziges *XYZ*, namazyges *H*, namaziges *PVLA*, tamazites *OB: fortasse fuit* iam Iazyges oroxolanis *O*, arosolanis *A* aluta tantum fluuio] *HPVLAY*, alutantium fl. X^a, alutantum fl. X^b, aluuo tanto fluuio *O*, alueo tantum fluuii *B* 13 amne egregio] ainne ac regio *O*, amne egregia *B* in *om. XYZ* almannicis *B*, alia mannicis *O*, alamagnicis *A*, alemannicis *X* 14 sexaginta] quadraginta *XYZ* a] habet a *B* fonte suo] fontes uero *O* usque] flumina usque *B* pontum *AOB* uergentia *BXY* 15 duocentorum *PO* milia *om. A* hic *B* quem] *HPVXYZ*, quae *LAOB* 16 costae *AXYZ* ut] in *O* cratem] *ABXY*, gratem *HPVLO* qui] quiuis *O* lingua] in lingua *B* 17 duocentis *PLO* in alu.] alu. *B* habet *om. XYZ* profundam] *AOBXY*, profundum *HPVL* 18 in magnum] in magno *AXYZ*, immanis *B* omnes superat *LBX*, superat omnes *A* de danubio haec *A* 19 nos *om. A* digressimus] *HPV*, digressi sumus *LAOBXY* iubante] *HPL*, iu*ante V^a, iuuante V^b*AXYZ*, adiuuante *OB*

---

1) *cf. Cassiodorius var. 4, 49:* universis provincialibus et capillatis, defensoribus et curialibus Suavia consistentibus Theodericus rex.

2) *cf. Ammianus 22, 8, 44:* Danuvius . . . sexaginta navigabiles paene recipiens fluvios.

3) *Mela 2, 1, 8:* Hister . . . ingens iam et eorum qui in nostrum mare decidunt tantum Nilo minor: *cf. Sallustius apud Gellium 10, 7, 1.*

XIII 76 Longum namque post intervallum Domitiano imperatore regnante eiusque avaritiam metuentes foedus, quod dudum cum aliis principibus pepigerant, Gothi solventes, ripam Danubii iam longe possessam ab imperio Romano deletis militibus cum eorum ducibus vastaverunt. cui provinciae tunc post Agrippam Oppius praeerat Savinus, Gothis autem Dorpaneus principatum agebat, quando bello commisso Gothi, Romanos devictos, Oppii Savini caput abscisum, multa castella et civitates invadentes de parte
77 imperatoris publice depraedarunt. qua necessitate suorum Domitianus cum omni virtute sua Illyricum properavit et totius pene rei publicae militibus ductore Fusco praelato cum lectissimis viris amnem Danubii consertis navibus ad instar pontis trans-
78 meare coegit super exercitum Dorpanei. tum Gothi haut segnes reperti arma capessunt primoque conflictu mox Romanos devincunt, Fuscoque duce extincto divitias de castris militum spoliant magnaque potiti per loca victoria iam proceres suos, quorum quasi fortuna vincebant, non puros homines, sed semideos id est Ansis vocaverunt. quorum genealogia ut paucis percurram vel quis quo parente genitus est aut unde origo coepta, ubi finem effecit, absque invidia, qui legis, vera dicentem ausculta.

XIV 79 Horum ergo heroum[1], ut ipsi suis in fabulis referunt, primus fuit Gapt, qui genuit Hulmul. Hulmul vero genuit Augis: at Augis genuit eum, qui dictus est Amal, a quo et origo Amalorum decurrit: qui Amal genuit Hisarna: Hisarnis autem genuit

---

H P V L A S (1 Longum — 4 vastaverunt; *item a* 16 Horum) *O* (*ubi* 15 qui legis — *p.* 77, 3 genuit Valaravans *bis leguntur*, *v. p.* 77, 3 *n.*) *B X* (*Y Z*).

1 longo n. p. interuallo *A* imp. regn.] inperante *A* 2 cum aliis *bis P*, cum *om. A* pepierant P^a, pepigerat *SO*, pepigerunt *XYZ* 3 longe] diu *A* deiectis *OB* 4 acrippam *PV* oppius] *HPVLAXY*, popeius *O*, pompeius *B* sauinus] *HPVL*, sabinus *OBXY*, sauicinus *A* 5 autem] enim *XYZ* dorpanius *L* agebat] gerebat *A* romanis deuictis *AB* 6 oppii] opii *P*, pompei *B* sauini] *HVL*, sauicini *PA*, sabini *OBXY* capite absciso *AB* inuadentes *om. A* 7 qua] qui *O* suorum d.] seruorum domicianos *O* omne *PV* 8 plublicae *O* militibus *om. OB* eductore *O* prelatum *OB* 9 cum electissimis *LO*, cum aelectissimis *B* amnem *om. A* danubii] danubium *AOB* consertis] cum conpertis *O* ad instar pontis] ad star ponti *O*, instar pontis *A* 10 coepit *malim* dorponei *O* tunc *LAXY* haut] *HP*, aut *VO*, aud *L*, haud *ABXY* signes *PO* capescunt *O* 11 conflictu] arma conflictu *O*, armati conflictu *B* duce *om. OB* 12 militum *om. A* despoliant *OB* suas *O* quorum quasi] quasi *O*, quasi qui *B*, quorum *XY* 13 uincebant] uiuebant *L* non] tamen *O* id est ansis] *HPVL*, id est anses *XY*, id est ianses *OB*, *om. A* 14 genealogia] *HV*, -am *rel.* uel] ut *OB* 15 coepta] accepta *OB*, cepit *A* efficit *VOB*, accepit *A* uera dic. *om. XYZ* 16 heroum ut ipsi suis in (ipsis in suis *A*) fabulis referunt] ut ipsi suis fabolis fuerunt *S*, ut ipse hieronimus suis in f. ferunt $O^{(1)}$, ut ipsi (ipsis *O*) suis in (in *om. OB*) fabulis (fobolis *O*) ferunt $O^{(2)}B$ gapt] capit $O^{(1)}$ 17 hulmul humul *H*, halmal halmal $SO^{(1\cdot 2)}B$, humal humal *XYZ* uero genuit] qui fuit pater *A* augis at augis] *PVLXYZ*, augis augis *HSO*(2), augis augis uero $O^{(1)}$, augis *A* genuit . . . est] qui fuit pater *A* amal] *HPLAO*(1), hamal *V*, amala $SO^{(2)}BXY$ a quo] aco $O^{(1)}$ 18 et *om. A* hamalorum *HPV* decurrit *om. A* qui amal] qui hamal *P*, qui mala $O^{(1)}$, et amala $SO^{(2)}B$ hisarna hisarnis] *HPVL*, hisarnam hisarnis *XZ*, isarnam isarnis *Y*, isarna isarna *SOB*, isarna *A* autem (enim *XY*) genuit] et ipse *A*

---

1) *Tabulae huius, quam constat profectam esse ex Cassiodorii historia Gothica, auctor in variarum duobus locis quodammodo excerpta dedit, primum 9, 25 nomine Atalarici scribens de se:* iste reges Gothorum longa oblivione celatos latibulo vetustatis eduxit: iste Amalos cum generis sui claritate restituit, evidenter ostendens in decimam septimam progeniem stirpem nos habere regalem, *id quod cum tabula Iordanis ita convenit, quod a Gapt ad Atalaricum numerantur generationes septemdecim: deinde 11, 1, ubi Amalasuintae* parentum cohors regalis *enarratur sic:* enituit Amalus felicitate, Ostrogotha patientia, Agatha (*al.* Athala) mansuetudine, Munitaurius aequitate, Vnimundus forma, Thorismut castitate, Vnalamer (*sic*) fide, Theudimer pietate, patientia inclitus pater. *ubi cum appareat non nominari ex maioribus Amalasuintae nisi qui regnarint praeter ipsum Amalum nominis auctorem et fortasse regem et ipsum, pro Agatha vel Athala substituendus est Ermanaricus: reliqui errores ut facile tolluntur, ita in regum ordine Videmer recte omittitur.*

Ostrogotha: Ostrogotha autem genuit Hunuil: Hunuil item genuit Athal: Athal genuit XIV
Achiulf et Oduulf: Achiulf autem genuit Ansila et Ediulf, Vultuulf et Hermenerig:
Vultuulf vero genuit Valaravans: Valaravans autem genuit Vinitharium: Vinitharius
quoque genuit Vandiliarium: Vandalarius genuit Thiudemer et Valamir et Vidimir: 80
Thiudimir genuit Theodericum: Theodericus genuit Amalasuentham: Amalasuentha
genuit Athalaricum et Matesuentham de Eutharico viro suo, cuius affinitas generis
sic ad eam coniuncta est. nam supra dictus Hermanaricus, filius Achiulf, genuit 81
Hunimundum: Hunimundus autem genuit Thorismundo: Thorismund vero genuit Beri-
mud: Berimud autem genuit Vetericum: Vetericus item genuit Eutharicum, qui con-
iunctus Amalasuinthae genuit Athalaricum et Mathesuentam, mortuoque in puerilibus
annis Athalarico Mathesuenthae Vitigis est copulatus, de quo non suscepit liberum;
adductique simul a Belesario Constantinopolim: et Vitigis rebus excedente humanis
Germanus patricius fratruelis Iustiniani imp. eam in conubio sumens patriciam ordi-
nariam fecit; de qua et genuit filium item Germanum nomine. Germano vero de-

---

H P V S (*ad* 6 suo) *L A O B X* (*Y Z*).

1 ostrogota ostrogota *X*, hostrogotha ostrogotha *L*, ostrogotha *A* autem (*om. OBXY*) genuit] qui fuit pater *A* hunuil hunuil] *HPVLXZ*, hiniul hiniul *Y*, unilt (ue* *ins. O*(1), *sed erasum est*) unilt *O*(1)*B*, unil unil *SO*(2), hunnull (?) *A*^{a}, hunnuil *A*^{b} item genuit . . . 3 uero *om. SO*(2) item] qui *A*, *om. O*(1)*B* athal genuit] patrem *A* 2 achiuf *B*, achliulf *XYZ* et oduulf] *HPVX*, et odiuulf *Y*, et odulf *L*, *om. AOB* achiuf *B*, achliulf *XYZ* autem] enim *XY*, *om. AOB* ansilam *OB* et ediulf] et odulf *L*: *malim* Etediulf *vel simile quiddam* uultuulf] uultulf *O*, uuldulf *B*, uulffuulf *A*, et uultuulf *XYZ* hermenerig] *HPLAXY*, ermenerig *V*, hermerich *B*, ermerich *O* 3 uultuulf] uulfuulf *A*, uulftul *O*, uul*duf *B* uero] autem *V* ualarauans ualarauans autem] *HPVL*, uualarauans uualarauans enim *XYZ*, ualerauans ualerauans autem *SO*(2)*B*, ualarauans qui *A*, *inter* genuit ualarabans *et* ualerauans autem *inserit O commata p.* 74, 19 ut non — *p.* 75, 2 reminiscent *et*, deinde *vocabulo interposito*, *ea ipsa quae praecedunt* 76, 15 qui legis — *p.* 77, 3 genuit ualerauans: *quae duo commata notavimus O*(2) uinithiarium (*sic*) uenetharius q. g. *HPV*, uuinthiarium uenetharius q. g. *L*, uuinitarium uuinitharius quoque autem g. *O*, uuinithariu uuinitharius q. g. *S*, uenitarium uenetarius (uenitarius *Y*) q. g. *XY*, uuinnitharium uuinnitharius q. g. *B*, uinitarium et ipse *A* 4 uandiliarium uandalarius (uandalariu *P*) genuit] *HPV*, uandiliarium uandiliarius (uuandiliarium uuandiliarius *Y*, uandilarium uandilarius *Z*) enim genuit *XYZ* (*inseruit errore opinor ea verba Lindenbrogius non hoc loco*, *sed v.* 5 *inter* genuit *et* theodericum), uuandaliarium uuandaliarius genuit *L*, uuandalarium patrem *A*, *om. SOB* thiudemer] *HPV*, thiudimer *LX*, theudimer *Y*, theodemir *SB*, thodemir *O*, tiudemer *A* et *om. A* ualamir] *HPVX*, ualamer *Y*, uualamir *LSOB*, ualaemir *A* uidimir] *HPVLX*, uuinimir *O*, uidemir *A*, uuidemir *B*, uuidimir *S*, uindimir *YZ* 5 thiudimir] *HPV*, thiudimer *LX*, theudimer *Y*, thiudemir *A*, theodemir *SOB* theodericum theodericus] theudericum qui *A* amalasuenta amalasuenta *O*, amalasuenta amasuenta (*sic*) *S*, amalasuintam (-suentam *B*^{2}) amalasuenta *B*, amalasuentham quae fuit mater *A* 6 athalricum *PYZ*, athallaricum *B*, athlaricum *X*, athalarici *A* mathesuentham *X*, mathesuentam *Y*, matesuentam *SOB*, athesueritae *A* de eutharico] *HPVL*, deutharico *A*, deutherico *OB*, deuthari *S*, de atharico *XYZ* uiro suo] uiri sui *O* affinitate generis *B*, adfinitatem teneris *O* 7 coniunctus *OB* hermanaricus] hermericus *OB*, hermanericus *Z*, hermanarig *A* achliulf *Y* (*non X*), achiulfi *O* 8 hunimundum hunimundus (humimundum humimundus *L*) autem (enim *XYZ*) genuit] hunimundum et ipse *A* thorismundo] thorismund *L*, thorismundum *AOBXY* thorismund uero] thorismundus uero *VB*, qui *A* berimu** (berimund *P*^{2}) berimud *P*, berimud berimund *O*, berimund berimund *BY*, berimundum *A* 9 autem genuit] enim g. *XYZ*, genuit *OB*, et ipse *A* uetericum uetericus] *HPVLXYZ*, uuidericum uuidericus *OB*, uetericum *A*: *cf. c. 33, 173* item genuit] autem g. *PX*, qui et *A* eutharicum] eutharium *L*^{a} 10 amalasuinthae] *HPV*, amalasuenthe *L*, amalasuenthae *XY*, amalasuente *O*, amalasuintae *B*, amalasentae quae *A* athlaricum *XZ*, athalricum *Y*, atharicum *L* mathesuentam] *HPAOB*, mathesuentham *VLXY* mortuoque] mortuo quoque *L*, mortuo *A* pueribus annis *L*, puericia *A* 11 athlarico *X*, athalrico *Y* mathesuenthae] *HPVXY*, mathesuenthe *L*, mathesuintae *B*, mathesuente *AO* uuidicis *O*, uuidechis *B* copulatus] sociatus *OB* liberos *A* 12 a belesario] *HPVLXY*, a belisario *A*, ab bel. *Z*, ad bellisarium *O*, ad belisarium *B* constantinopolim] *HVLA*, constatinopolis (*sic*) *P*, in const. *OBXY* et *om. A* uitigis] *HPVLAX*, uitigi *YZ*, uuiticis *O*, uuidechis *B* 13 iust.] domini (dn̄i *O*^{b}, dom̄ *O*^{a}) iustiniani *O*, domni iustiani *B* eam in conubio] eam in conubium *A*, eadem (eandem *B*) in coniugio *OB* 14 qua et] qo (*sic*) *O*, quo *B* fil. gen. *OB*

XIV functo ipsa vidua perseverare disponit. quomodo autem aut qualiter regnum Amalorum distructum est, loco suo[1]), si dominus iubaverit, edicimus.

82 Nunc autem ad id, unde digressum fecimus, redeamus doceamusque, quomodo ordo gentis, unde agimus, cursus sui metam explevit. Ablabius enim storicus refert, quia ibi super limbum Ponti, ubi eos diximus in Scythia commanere[2]), ibi pars eorum, qui orientali plaga tenebat, eisque praeerat Ostrogotha, utrum ab ipsius nomine, an a loco, id est orientales, dicti sunt Ostrogothae, residui vero Vesegothae, id est a parte occidua.

XV 83 Et quia iam superius[3]) diximus eos transito Danubio aliquantum temporis in Mysiam Thraciamque vixisse, ex eorum reliquiis fuit et Maximinus imp. post Alexandrum Mamaeae. nam, ut dicit Symmachus in quinto suae historiae libro, Maximinus, inquiens, Caesar mortuo Alexandro ab exercitu effectus est imp., ex infimis parentibus in Thracia natus, a patre Gotho nomine Micca, matre Halana, quae Ababa dicebatur[4]). is triennio regnans, dum in Christianos arma commoveret, imperium simul et vitam
84 amisit. nam hic Severo imp. regnante et natalis die filii celebrante, post prima aetate et rusticana vita de pascuis in militiam venit. princeps si quidem militares dederat ludos; quod cernens Maximinus, quamvis semibarbarus aduliscens, propositis praemiis patria lingua petit ab imperatore, ut sibi luctandi cum expertis militibus

---

H P V L A O B X (Y Z).

1 ipsa uidua *bis P* perseuererare disponitur *OB*, perseuerauit *A* autem] enim *XY* aut qualiter *om. A* am. regn. *OB* 2 iubauerit] *HPV*, iuuauerit *LYZ*, iuuerit *AX*, uoluerit *OB* edicimus] *HPVL*, edicemus *AXYZ*, edocemus *OB* 3 autem] enim *XYZ* ad id *om. AY* umde P^a digressumim (?) *L* quomodo] quando *OB* 4 expleuerit *OB* ablauius *AOB* storicus] historicus *AO*, istoricus *B*, hystoricus *XY* refret *O* 5 quia ibi] qui albi *P*, quod ibi *XYZ* limbum] *HAOBXY*, lymbum *PVL* dissimus *A* ibi *om. AB* 6 qui] quae *AXYZ* orientali plaga] *HPVL*, orientalem plagam *AOBXY* tenebant *B* que] qui *L* *post* ostrogotha *ins.* incertum habemus *A* utrum] uerum *O* 7 id est orientales dicti sunt (sint *Z*) ostrogothae] orientales dicti sunt id est ostr. *A*, orientali dicti sunt (sint *B*) ostr. (*om.* id est) *OB* id est *om. A* a] in *B*, *om. O* *tam verba* id est orientales *quam quae sequuntur* id est a parte occidua *videntur insiticia* 9 et] sed *XYZ* quia] quidem *B* iam] lam (*sic*) *O* superius] sicut *OB* aliquanto *O* in mysiam (misiam *L*, mesia *X*, misia *YZ*, messiam *O*) thraciamque (thraciaque *PVXYZ*, traciaque *L*)] *HPVLOXY*, apud moesiam thraciamque *B*, misia traciaque *A* 10 dixisse *O*, duxisse *B* reliquis *O* et *om. A* imperatur *O* alexrandrum *O* 11 mamae nam *HPVL*, mumae nam *O*, mammeae (mammae *Z*) fllium nam *XYZ*, mammeam (*om.* nam) *AB* suae hist.] hist. A^a, hist. sue A^b maximinus inq. caesar (caesar *om. A*) m. alexandro] alexrandro (alexandro *B*) inquit cessare mortuo maximinus *OB* 12 effectus] factus *OB* 13 micca] mica *A*, neca *O*, mecca *B* halana] *HPVLX*, alana *AOB*, helana *YZ* ababa] *PVLAOBXY et sic vita Max.*, abara *H* dicibatur *P* 14 his *V* triennium *OB* arma commoueret] HP^bVL, arma commouerat P^a, arma commouerit *B*, arma conuerteret *XYZ*, arma conuertit *O*, armatur *A* simul et uit. am.] am. et uit. *A* 15 imp. *om. A* natalis] natalem *B*, notalem *A* die] *HP*, diem *rel.* post prima aetate et rusticana uita] *HPVL*, post primam aetatem et rusticanam (rusticam *OB*) uitam *AOBXYZ* 16 uenit] inuenit *O* princes *AO* 17 quamuis] qui *O*, qui erat *B* aduliscens] *HP*, adulicens *O*, adulescens *VL*, adolescens *ABXY* pr(a)epositis *OB* 18 patria] barbara *OB* petiit *XYZ*, p*e*it V^a imperare *A* expertis] *PVLAXY*, pertis *H*, exercitus *OB*

---

1) *c. 60, 315.*

2) *c. 5, 38. 42.*

3) *c. 5, 38.*

4) *vita Maximini 1:* Maximinus . . . de vico Threiciae . . . barbaro . . . patre et matre genitus, quorum alter e Gothia, alter ex Alanis genitus esse perhibetur: et patri quidem nomen Micca, matri Hababa fuisse dicitur. *cf. c. 4:* amatus est unice a Getis quasi eorum civis.

licentiam daret[1]). Severus, ammodum miratus magnitudinem formae — erat enim, ut XV 85
fertur, statura eius procera ultra octo pedes[2]) — iussit eum lixis corporis nexu contendere, ne quid a rudi homine militaribus viris eveniret iniuriae[3]). tum Maximinus sedecim lixas tanta felicitate prostravit, ut vincendo singulos nullam sibi requiem per intercapidinem temporis daret. hic captis praemiis iussus in militiam mitti[4]), primaque ei stipendia equestria fuere[5]). tertia post haec die, cum imperator prodiret ad campum, vidit eum exultantem more barbarico iussitque tribuno, ut eum cohercitum ad Romanam inbueret disciplinam. ille vero, ubi de se intellexit principem loqui, accessit ad eum equitantemque praeire pedibus coepit. tum imperator equo ad lentum 86
cursum calcaribus incitato multos urbes huc atque illuc usque ad suam defatigationem variis deflexibus impedivit[6]) ac deinde ait illi: 'num quid vis post cursum, Thracisce, 'luctare?' respondit: 'quantum libet, imperator'. ita Severus, ex equo desiliens, recentissimos militum cum eo decertari iussit. at ille septem valentissimos iuvenes ad terram elisit, ita ut antea nihil per intervalla respiraret, solusque a Caesare et argenteis praemiis et aureo torque donatus est; iussus deinde inter stipatores degere

---

H P V L A O B X (Y Z).

1 daret lic. *A* mirans *XYZ* 2 eum lixis] eum cum lixis *BXY*, cum eo lixis *A* corporeo *OB* nexu] sensu L^a, sexu L^b 3 militalibus *O* ueniret *OB* tunc *AOB* 4 sedicem *O* felicitate] facilitate *A*, uelocitate *Y* (*non X*) postrauit *V* uincendos *HPV* per *om. OB* 5 intercapidinem] PVO^a, intercampidinem *H*, intercapedinem *LAXZ*, interpedinem *Y*, intercapidine O^b, intercapedine *B* temporis] temporum *OB*, corporis *A* hic] *scr.* hinc capitis *O* premiis *O*, proemiis *HPV* iussus] i. est *B* milititiam *V* 6 que *om. A* ei] *BXY*, eis *O*, *om. HPVLA* stipendiequestria *O* tertiam post diem *OB* prodierit *OB* 7 tribuno] bono *OB* cohercitum] *HPVLY*, coercitum *BX*, coersitum *O*, coercito *A* 8 inbuere *O* de se (re *XY*) intellexit] intell. de se *A* 9 tum] tunc *L*, cum *O* equo ad lentum (ad lentem *A*, ad lentius *YZ*, allentius *X*) cursum (cessum *XYZ*) calcaribus (calcatibus *A*) incitato] aequum adiectum cultum caltaribus incitatum *O*, equo adiecto in cursum calcaribus incitatum *B*: equo ad uiolentum cursum c. i. *Muratorius recte* 10 multus A^a urbes] *HPAO*, urbis *VL*, orbes *BXY* huc *om. O* usque *om. A* defatigationem] *AXY*, defacationem *HPVL*, fatigationem *OB* 11 deflexibus impediuit] inflexibus interpedauit *OB* hac *O* ait] dixit *A* num *om. L* post (pos *P*) cursum *om.* B^a thracisce] thraisce *X*, tragice *Y* 12 luctari *ABY* libet] placet *XY*, libet placet *Z* imperatori *AXY* ita] tunc *XYZ* dissiliens *LO*, descendens *XYZ* 13 milites *XYZ* eo decertari iussit] *HPVXY*, eodem certari iussit *O*, eodem certare iussit *BL*, eo iussit decertare *A* at] ac *OB* iuuenes] milites *OB* 14 terras *Z* ut *om. O* ante *XY* repiraret A^1, respirare *O* que *om. OB* 15 argenteis] arteis A^1 proemiis *HPV* stirpatores *O* degere corp. pr.] *AOB*, dedere corp. pr. *HPVL*, decore corp. pr. astare *XYZ*

---

1) *vita Maximini 2:* et in prima quidem pueritia fuit pastor . . . natali Getae filii minoris Severus militares dabat ludos propositis praemiis argenteis . . . hic adulescens et semibarbarus et vix adhuc Latinae linguae, prope Thraecica imperatorem publice petiit, ut sibi daret licentiam contendendi cum his, qui iam non mediocri loco militarent.

2) *vita l. c.:* magnitudinem corporis Severus miratus. *c. 6:* erat magnitudine tanta, ut octo pedes digito videretur egressus. *cf. vita Maximini iun. c. 2.*

3) *vita c. 2 pergitur sic:* primum eum cum lixis composuit . . . ne disciplinam militarem corrumperet.

4) *vita c. 2 pergit:* tunc Maximinus sedecim lixas uno sudore devicit sedecim acceptis praemiis . . . iussusque militare.

5) *vita c. 2:* prima stipendia equestria huic fuere.

6) *vita c. 3 post verba adlata not. 4:* tertia forte die cum processisset Severus ad campum, in turba exultantem more barbarico Maximinum vidit iussitque statim tribuno, ut eum coerceret ac Romanam disciplinam imbueret. tunc ille ubi de se intellexit imperatorem locutum, . . . ad pedes imperatoris equitantis accessit. tum . . . Severus . . . equum admisit multis circumitionibus et cum imperator laborasset neque ille a currendo per multa spatia desisset.

XV 87 corporis principalis[1]). post haec sub Antonino Caracalla ordines duxit ac saepe famam factis extendens plures militiae grados centuriatumque strenuitatis suae praetium tulit[2]). Macrino tamen postea in regno ingresso recusavit militiam pene triennio, tribunatusque habens honore numquam se oculis Macrini optulit, indignum ducens
88 eius imperium, qui perpetrato facinus fuerat adquisitum[3]). ad Eliogabalum dehinc quasi ad Antonini filium revertens tribunatum suum adiit et post hunc sub Alexandrum Mamaeae contra Parthos mirabiliter dimicavit[4]). eoque Mogontiaco militari tumulto occiso ipse exercitus electione absque senatus consultu effectus est imperator, qui cuncta bona sua in persecutione Christianorum malo voto foedavit, occisusque Aquileia a Puppione[5]), regnum reliquid Philippo. quod nos idcirco huic nostro opusculo de Symmachi hystoria mutuavimus, quatenus gentem, unde agimus, ostenderemus ad regni Romani fastigium usque venisse. ceterum causa exegit, ad id, unde digressimus, ordine redeamus.

XVI 89 Nam gens ista mirum in modum in ea parte, qua versabatur, id est Ponti in litore Scythiae soli, enituit, sine dubio tanta spatia tenens terrarum, tot sinos maris, tot fluminum cursus, sub cuius saepe dextera Vandalus iacuit, stetit sub praetio Marcomannus, Quadorum principes in servitute redacti sunt. Philippo namque ante

---

H P V L A O B X (*Y Z*).

1 sub *om. OB* amtomno *O*, antonio *A* caralalla L^a, caragalla *O* duxit ord. *A* famam (fama *O*) factis] factis fam. *A* 2 plures] inter pl. *B* grados] *HPVO*, gradus *LABXY* centuriatumque] *XYZ*, centuriatamque *HPVL*, centuriamque *A*, centuriasque *OB:* plures militiae gradus centuriatum tulit *Duac.* praedium *P*, premium *LA* 3 macrino] magno *O* in regnum O^bB, regnum *A*, *om.* *XYZ* ingressum *O* triennium *OB* 4 tribunatus habensque *O* honore] *HP*, honorem *rel.* obtulit magrini (macrini *B*) *OB* 5 qui] *HPVL*, quod *AOBXY* perpetrato facinus] *HPVL*, perpetrato facinore *AXYZ*, petratum facinus *O*, per patratum facinus *B* fuerat] erat *OB* adquisitum] acquisitus *Z*, quaesitum *B* ab eliogabaum *O*, ab heliogabalo *B* dehic *O* 6 ad *om. L* antini *L*, antonii *A* hinc *OB* alexandro *OBX* 7 mamae *HPV*, mame *LO*, mammae *XZ*, mamea *B*, m. (*sic*) *A*, mammeae filio *Y* que *om. OB* magontiaco *LXY*, magontiago *O* 8 tumulto] *HPVO*, tumultu *LABXY* occisso *O* senanatus *HPV* consulto *LB* 9 chr. pers. *OB* occissusque *O* 10 aquileiae *A*, aquilegia *OBXZ* puppione] *HPVL*, pupione *OBXY*, pupeiano A^1, pupianno (?) A^2 huc *L* nostro] non O^a, *om.* O^bB 11 symm. hyst.] simmaco *A* mutauimus *O*, mutuati sumus *A* ostenderemus *om. OB* 12 uenisse] uen. doceamus *B* exigit *LA*, exigit ut *OBXY* digressi sumus *LAOBXY* 13 ordinem *L*, *om. OB* redemus A^1 14 uersebatur P^a in ponti *A* 15 cythiae *O* enituit] innituit *O*, innotuit *B* spitia *P* tot sinos] *HPV*, sinos tot *L*, tot sinus *AOBXY* moris *L* 16 uandalus] *PV*, uuandalus *OBXY*, guuandalus *L*, gandalus *A*, uanculus *H* 17 seruitute] *HPVA*, -tem *rel.*

---

1) *vita c. 3 pergit:* ait ei: 'quid vis, Thracisce? num quid delectat luctari post cursum?' tum 'quantum 'libet', inquit, 'imperator'. post hoc ex equo Severus descendit et recentissimos quosque ac fortissimos milites ei comparari iussit. tum ille more solito septem fortissimos uno sudore vicit solusque omnium a Severo post argentea praemia torque aureo donatus est iussusque inter stipatores corporis semper in aula consistere.

2) *vita c. 4:* diu sub Antonino Caracalla ordines duxit, centuriatus (centuriatos *libri*) et ceteras militares dignitates saepe tractavit.

3) *vita c. 4:* sub Macrino, quod eum, qui imperatoris sui filium occiderat, vehementer odisset, a militia desiit. *c. 5:* Maximinus . . . tribunus.

4) *vita c. 4:* occiso Macrino . . . ubi Heliogabalum quasi Antonini filium imperatorem comperit, . . . ad eum venit. *c. 5:* quem Alexander miro cum gaudio . . . suscepit.

5) *Orosius 7, 18:* (Alexander) militari tumultu apud Moguntiacum interfectus est. *c. 19:* . . . Maximinus . . . nulla senatus voluntate imperator ab exercitu . . . creatus persecutionem in Christianos . . . exercuit. sed . . . tertio quam regnabat anno a Pupieno Aquileiae interfectus.

dicto regnante Romanis, qui solus ante Constantinum Christianus cum Philippo idem XVI
filio fuit, cuius et secundo anno regni Roma millesimum annum explevit[1]), Gothi, ut
adsolet, subtracta sibi stipendia sua aegre ferentes, de amicis effecti sunt inimici.
nam quamvis remoti sub regibus viverent suis, rei publicae tamen Romanae foederati
erant et annua munera percipiebant. quid multa? transiens tunc Ostrogotha cum suis 90
Danubio Moesiam Thraciasque vastavit. ad quem rebellandum Decius senator a Phi-
lippo dirigitur. qui veniens dum Getis nihil praevalet, milites proprios exemptos a
militia fecit vitae privatae degi, quasi eorum neglectu Gothi Danubium transfretas-
sent, factaque ut puta in suis vindicta ad Philippum revertitur. milites vero videntes
se post tot labores militia pulsos, indignati ad Ostrogothae regis Gothorum auxilium
confugerunt. qui excipiens eos eorumque verbis accensus mox tricenta milia suorum 91
armata produxit ad bellum adhibitis sibi Taifalis et Astringis nonnullis, sed et Car-
porum trea milia, genus hominum ad bella nimis expeditum, qui saepe fuere Romanis
infesti; quos tamen post haec imperante Dioclitiano et Maximiano Galerius Maximinus
Caesar devicit et rei publicae Romanae subegit[2]). his ergo addens Gothos et Peucinos
ab insula Peucis, quae in ostia Danubii Ponto mergentia iacet, Argaithum et Gunthe-
ricum nobilissimos suae gentis doctores praefecit. qui mox Danubium vadati et de 92
secundo Moesiam populati, Marcianopolim eiusdem patriae urbem famosam metropolim
adgrediuntur, diuque obsessam accepta pecunia ab his qui inerant reliquerunt. et 93
quia Marcianopolim nominavimus, libet aliqua de eius situ breviter intimare. nam
hanc urbem Traianus imperator hac re, ut fertur, aedificavit, eo quod Marciae sororis

---

H P V L A O B X (Y Z).

1 constantino *O* cum philippo (fil- *O semper*) *om. A* idem filio] *HPVB*, id est filio *O*, idem philippo *L*, eiusdem filio *XYZ*, *om. A* 2 et *om. A* roma *om. OB* millesimummannum *V* 3 distrata sibi stipentia sua *O*, distracto sibi stipendio suo *B* aegre fer. *om. LOB* facti sunt *LB*, fiunt *A* 4 remotis sub reg. *O*, remotibus reg. *P*, remoti legibus *A* plublice *O* romone *O*, *om. A* 5 ostragotha O^a 6 danubio] *HPV*, danubium *LAOBXY*^{s} moesias tratiamque *O*, moesiam thraciamque *B* rebellandum] *HPVLXYZ*, repellendum *OB*, debellandum *A* 7 dum] di *V* getis] gentis *O*, genti *B*, gothis *A* nihil *om. XYZ* praeualit *O* proprias O^a exeptos *O* 8 malitia *H* uitae priuatae] uita priuata *ABXY* degere *AB* neglectum *O*, neglegentia *A* danubium] *L* transfretassent] transsisent *O*, transissent *B* 9 ut puta] *BXY*, ut pota *O*, ut putauit *HPVL*, ut putabat *A* suos *A* ad phil. *om. A* uidentes se] uidentes se esse *OB* 10 post *om. A* tot] *HPLAXYZ*, toth *V*, hos *OB* ostrogothae (ostrogothi *O*) regis *om. A* 11 qui exc.] quorum rex suscipiens *A* erumque *L* tricenta] trecenta *PAX*, $\overline{ccc}$ *YZ*, xxx *OB* suorum] uirorum *OB* 12 produxit] *OBXY*, producit *HPVLA* bellum] pr(o)elium *OB* adhibetis *O*, adhibi*tis *V* taifalis] *HPVLA*, taiphas *O*, taiphis *B*, tuifalis *XYZ* astringis] *immo* Asdingis: *v. p. 87, 11 et Zeuss p. 461* carporum] *PVLOB*, corporum *HA*, caporum *XY* 13 trea milia] *HPV*, tria m. *LOBXY*, tribus milibus *A* gens *O* fuere romanis infesti (infecti *L*)] romanos infestos (*om.* fuere) *O*, romanis infesti sunt *B* 14 dioclitiano] *HPVL*, diocliciano *O*, diocletiano *ABXY* et maximiano *om. OB* galearius *V* maximinus] *HPVXY*, maximus *LAOB*, *cf. p. 86, 15* 15 deuicit et] de ciuitate *OB* romanae *om. A* subiecit *OB* addens] habens *OB* peucinos] pesicenos *O*, pesinceos *B*, peccinos *XYZ* 16 peucis] paucis *OB*, peccis *XYZ* quae] qui *OB* in ostio *BXY*, inter hostia *A* mergenti adiacet (-cent *B*) *OB*, mergenti iacet *XYZ* argaitum *AOB*: *cf.* Arguntis Scytharum rex *vit. Gord. 31* guntericum *OY*, gundericum *A* 17 doctores praefecit] *HPVL*, duct. praef. *AXY*, pref. doct. *O*, praef. duct. *B* mos uadantes dan. *A* de] die *L*, *om. PAOB* 18 populari *A* marcianopelim *O* 19 adgrediuntur *in litura* A^2 his] iis *X* 20 nominabimus O^a breuiter *om. A* intimare *om.* L^a 21 aed. ut fertur *OB* marcia soror sua *XYZ*

---

1) *Hieronymus ad a. Abr. 2262, Philippi secundum:* regnantibus Philippis millesimus annus Romanae urbis expletus est. *supra in Romanis c. 283 ponitur annus Philippi tertius: vere incidit annus millesimus urbis in Philippi tr. pot. IV.*

2) *Orosius 7, 25, 12:* per eosdem duces (*Galerium*) strenue adversus Carpos Basternasque pugnatum est.

XVI suae puella, dum lavat in flumine illo qui nimii limpiditatis saporisque in media urbe oritur Potami cognomento, exindeque vellit aquam haurire, casu vas aureum quod ferebat in profundum decidit, metalli pondere praegravatum longeque post ab imis emersit; quod certe non erat usitatum aut vacuum sorberi aut certe semel voratum undis respuentibus enatare. his Traianus sub admiratione conpertis fontique numinis quoddam inesse credens conditam civitatem germanae suae in nomine Marcianopolim nuncupavit[1].

XVII 94 Abhinc ergo, ut dicebamus, post longam obsidionem accepto praemio ditatus Geta recessit ad propria. quem cernens Gepidarum natio subito ubique vincentem praedisque ditatum, invidia ductus arma in parentibus movit. quomodo vero Getae Gepidasque sint parentes si quaeris, paucis absolvam. meminisse debes me in initio[2] de Scandzae insulae gremio Gothos dixisse egressos cum Berich rege suo, tribus tantum
95 navibus vectos ad ripam Oceani citerioris, id est Gothiscandza. quarum trium una navis, ut adsolet, tardior nancta nomen genti fertur dedisse; nam lingua eorum pigra gepanta dicitur. hinc factum est, ut paulatim et corruptae nomen eis ex convicio nasceretur Gepidas. nam sine dubio ex Gothorum prosapie et hi trahent originem; sed quia, ut dixi, gepanta pigrum aliquid tardumque designat, pro gratuito convicio Gepidarum nomen exortum est, quod nec ipsud credo falsissimum: sunt etenim tar-
96 dioris ingenii et graviores corporum velocitate. hi ergo Gepidae tacti invidia, dum Spesis provincia commanerent in insulam Visclae amnis vadibus circumactam, quam

---

H P V L A O B X (Y Z). Rav. 4, 6 p. 185 ad v. 6: Marcianopolis ex Mysia inferiore pertinet, ut testatur mihi .... Iordanis cosmographus, asserens quod ipsam Marcianopolim civitatem Traianus imperator pro amore Marciae sororis suae aedificasset. per quam Marcianopolim medio transit fluvius qui dicitur Potamia.

1 puellam *O* labat *O*, lauatur *XYZ*, lauaret *A* qui] quod *B* nimii] *HPVL*, nimiae *AOBXY* limpidatis *O* saporisque] *OBXY*, saporis saporisque *HPV*, soporisque *L*, soporisque obtimi *A* 2 potami] potamica *A* uelit aq. *L*, uellet aq. *OBXY*, aquam uellet *A* aurire *PVO* 3 ferebatur *OB* cecidit *OB* motalli *A* praegrauatum longeque] grauatum (et *ins. B*) longe *OB* ab] *OBXYZ*, *om. HPVLA* 4 remersit *XYZ* quod] *OBXY*, quor *HP*, *** V^a, cur V^b, quo *L*, quode *A* aut] haud *L* sorbori A^a 5 renatare *OB* has H^a nominis *O* 6 quiddam *AY* conditam ciuitatem] conditatem *O* suae in] suae *L*, *om. A* marcianopolim *om. A* 7 nuncupauit] *HPVLXZ*, nominauit *OBY*, appellauit *A* 8 ut dicipamus *P*, *om. YZ* (*non X*) post longam (longan *L*) obs. *om. A* ditatus *om. A* geta (gesta *O*) rec.] rec. geta *A* 9 propria] patriam *OB* gep. cern. nat. *OB*, cern. nat. gep. *A* 10 didatum *O* ducta *A* parentes *ABXY* mouet *OB* uere *O* gepidasque] *HPVL*, gepidaeque *OBXY*, gepidatum A^a, gepidarum A^b 11 sint] sin *O* quaesieris *B* in initio] *XY*, inintio *HPV*, initio *LAOB* 12 scandzae] *HPVAX*, scandze *L*, scandziae *Y*, scanzi(a)e *OB* dix. goth. *A* egressos] exisse *A* berich] *OB*, berig *YZ*, berice *HPVX*, berige *LA* suo rege *OB* 13 uectus *O* ad ripam *om. XYZ* ocani *P*, occani *V* ceterioris *O* id est gothiscandza (gothiscandzam *A*, gothis andza *P*)] *HPVLA*, hoc est gothiscandzae *XYZ*, *om. OB* 14 nauis] uis *O* assolent *XY* tardior] tardius *OB*, tar *L* nancta] *HPVLOYZ*, nacta *BX*, inuenta *A* gentis *O* 15 eius *B* conuicinio *L*, conuiuio *OB* 16 gepidas] *HPVL*, gepide *O*, gepidae *ABXY* nam] namque *OB* prosapia *AOBXY* et hi *om. OB* trahent] *PV*, tradent *HL*, tradunt *O*, trahunt *ABXYZ* 17 ut *om. O* designat] signat *OB* gratuitu *O*, graui tunc *XYZ* conitio *L*, conuiuio *OB*, uicio *A* 18 ipsum *AOBXY* etenim] enim *OB* 19 et *om. OB* grauioris *O* hii *O ut saepius* gepithae *H*, *om. A* tacti] tenti *L* dum spesis] *HPVLA*, dum etiam spesis *XYZ*, dum specis *O*, dudum speta B^a, dudum spreta B^b: *quid subsit nescio* 20 commanerint *O*, commanebant *B*, commaneret *Z* insulam] *HPVLAXZ*, insula *OBY* hiscle *O* uadis *AB* circumactam] *HPVLAXYZ*, circumacta *O*, circuacta *B*

---

1) *cf. Ammianus 27, 4, 12:* Mysia, ubi Marcianopolis est a sorore Traiani principis ita cognominata: *hausit autem auctor ex Ammiani actis Traiani deperditis.*

2) *c. 4, 25.*

patrio sermone dicebant Gepedoios. nunc eam, ut fertur, insulam gens Vividaria in- XVII
colit ipsis ad meliores terras meantibus. qui Vividarii ex diversis nationibus ac si in
unum asylum collecti sunt et gentem fecisse noscuntur. ergo, ut dicebamus, Gepida- 97
rum rex Fastida quietam gentem excitans patrios fines per arma dilatavit. nam
Burgundzones pene usque ad internicionem delevit aliasque nonnullas gentes perdomuit.
Gothos quoque male provocans consanguinitatis foedus prius inportuna concertatione
violavit superba admodum elatione iactatus, crescenti populo dum terras coepit addere,
incolas patrios reddidit rariores. is ergo missis legatis ad Ostrogotham, cuius adhuc 98
imperio tam Ostrogothae quam Vesegothae, id est utrique eiusdem gentes populi, sub-
iacebant, inclusum se montium quaeritans asperitate silvarumque densitate constrictum,
unum poscens e duobus, ut aut bellum sibi aut locorum suorum spatia praepararet.
tunc Ostrogotha rex Gothorum ut erat solidi animi, respondit legatis bellum se qui- 99
dem talem horrere durumque fore et omnino scelestum armis confligere cum propin-
quis, loca vero non cedere. quid multa? Gepidas in bella inruunt, contra quos, ne
minor iudicaretur, movit et Ostrogotha procinctum, conveniuntque ad oppidum Galtis,
iuxta quod currit fluvius Auha, ibique magna partium virtute certatum est, quippe
quos in se et armorum et pugnandi similitudo commoverat; sed causa melior vivaci-
tasque ingenii iubit Gothos. inclinata denique parte Gepidarum proelium nox diremit. 100
tunc relicta suorum strage Fastida rex Gepidarum properavit ad patriam, tam puden-
dis obprobriis humiliatus, quam fuerat elationis erectus. redeunt victores Gothi Gepi-
darum discessione contenti, suaque in patria feliciter in pace versantur, usque dum
eorum praevius existeret Ostrogotha.

Pos cuius decessum Cniva, exercitum dividens in duas partes, nonnullos ad XVIII 101
vastandum Moesiam dirigit, sciens eam neglegentibus principibus defensoribus desti-
tutam; ipse vero cum LXX milibus ad Eusciam, id est Novas conscendit. unde a
Gallo duce remotus Nicopolim accedit, quae iuxta Iatrum fluvium est constituta

---

H P V L A O B X (Y Z).

1 patrio] pro patrio *OB* gepedoios] *HPVL*, gepidoios *AXYZ*, gepidos *OB* insulas *O* uiuidarii *V*, uuidaria *B*: *supra 5, 36 est* Vidivarii incolet *O* 2 mediores *L* uuidarii *B* 3 ergo ut dic. (dicibamus *P*, diximus *L*)] itaque *A* 4 quietam] quiete *A* nam *om. OB* 5 burgundzones] *HPVLA*, burgonziones *OB*, burgozones *XYZ* internicionem] *HP*, internitionem *VLBY*, internecionem *A*, internetionem *X*, internionem *O* que *om. B* 6 cumsanguini.atis (*sic*) *O* 7 superbia *O*, superbaque *B* crescente *AXY*, criscenti *O* 8 insulas *OB* patrioos *HPV*, patrias *B* rarioris *O* his *V* missis legatis] missis *O*, mīsit legatos *B* ostrogatam X^a adhuc] adhao (*sic*) *O* 9 uesogothe O^a utrique *om. OB* eius *L* gentes] *HPVL*, gentis *AOBXY* 10 inclausum O^a quaeritans] *PVB*, queritans *AXYZ*, quaeritant *H*, qritans *O*, queritac *L* constructum *L* 11 poscens e (se *O*) d.] e d. posc. *A* praeparet *O* 12 rex goth. *om. A* respodit ligatis *O*, leg. r̄p (*sic*) *A* siquidem *L* 13 talem] *HPVL*, tale *AOBXY* omninos caelestium *O* 14 loco *A* uero non] ueron *HP*, uero in *L* gepidas] *HPVL*, gepitas *O*, gepidae *ABXY* bella ***ruunt V^a, bella irruunt V^b, bella ruunt *AXZ*, bellum ruunt *Y* ne minor iud.] nemieiis (*sic*) iud. *O*, ne nimii iudicarentur *B* 15 mouet *XY* galtis] gautis *L*, caltis *A* 16 quod] quem *O* auha] eucha *O*, aucha *B*, hauua *XYZ* certatum] dimicatum *B* 17 pugnandi] pugnae *OB* commoueret *XYZ* uiuacisque ingenii *O*, uiuaxque ingenium *B* 18 iubit gothos] *HPV*, libet gothis *O*, iuuat gothos *B*, iuuit gothos *LAXYZ* nox diremit] nox dirimit *AXYZ*, nox dirimet *O*, mox dirimitur *B* 19 fastida] *OB*, fastina *VXY*, fatina *P*, festina *H*, festine *L*, *om. A* properauit ad patr.] remeauit ad sua *A* pudentis *P* 20 oppriis *O* humiliatos *HPVL* fuerat *om. V* elationis] *HPVL*, elatione *AOBXY* 21 discensione *O*, descensione *B* contempti *A* feliciter] nostri *OB* 22 exisierit *O* 23 pos] *H*, post *PVLABXY*, pro *O* discessum *L* nunnullos *H*, nonnulla *L* 24 uastandum] *OBXY*, uastandam *HPVLA* principibus *B* 25 LXX] octoginta *XYZ* eusciam] *scripsi collato loco p. 84, 7*, eustesiam *XYZ*, eustesium *OB*, euscesium *HPV*, eoscesium *A*, euiscesium *vel* eiuscesium *L*: *alibi hoc nomen Novarum non reperitur* noua *OB* conscendit] conscindit *O*: *malim* consedit, *cum praesertim Novae et ipsae in Moesia sitae sint* unde . . . accedit *om. XYZ* 26 gollo *O* remotus] repulsus *A* latrum *O* constructa *XYZ*

XVIII notissima; quam devictis Sarmatis Traianus et fabricavit et appellavit Victoriae civitatem [1]. ubi Decio superveniente imperatore tandem Cniva in Hemi partibus, quae non
102 longe aberant, recessit, unde apparatu disposito Philippopolim ire festinans. cuius secessu Decius imperator cognoscens et ipsius urbis ferre subsidium gestiens iugum Hemi montis transacto ad Beroam venit. ibique dum equos exercitumque lassum refoveret, ilico Cniva cum Gothis in modum fulminis ruit, vastatoque Romano exercitu imperatorem cum pauculis, qui fugere quiverant, ad Eusciam rursus trans Alpes in Mysia proturbavit, ubi tunc Gallus dux limitis cum plurima manu bellantium morabatur; collectoque tam exinde quam de Vsco exercitu, futuri belli se parat in aciae.
103 Cniva vero diu obsessam invadit Philippopolim praedaque potitus [2] Prisco duce qui inerat sibi foederaverat quasi cum Decio pugnaturum. venientesque ad conflictum ilico Decii filium sagitta saucium crudeli funere confodiunt. quod pater animadvertens licet ad confortandos animos militum fertur dixisse: 'nemo tristetur: perditio unius 'militis non est rei publicae deminutio', tamen, paterno affectu non ferens, hostes invadit, aut mortem aut ultionem fili exposcens, veniensque ad Abritto Moesiae civitatem circumseptus a Gothis et ipse extinguitur [3] imperii finem vitaeque terminum faciens. qui locus hodieque Decii ara dicitur, eo quod ibi ante pugnam mirabiliter idolis immolasset.

XIX 104 Defuncto tunc Decio Gallus et Volusianus regnum potiti sunt Romanorum, quando et pestilens morbus, pene istius necessitatis consimilis, quod nos ante hos novem an-

---

H P V L A O B X (Y Z).

1 nouissima *B* quam] quoniam *B* et f.] eam f. *OB* ciuitatem] urbem *A* 2 inpetore *O* hemi] hiemi *LO*, hemoniae *B* partibus] partes *AB* 3 lone *P* aberant] *BXY*, aberat *HPVLAO* recessit] *OBXY*, secessit *HPVLA* inde *X* apparato dispositio *O*, apparatum disposito *Z* philippolim *LA*, philopolim *Y*, phiplippom *O* festinat *A* secessu] secessum *AB*, discessum *L*, recessu *XYZ* 4 decius] de cuius *O* imperator *om. A* cognoscens] agnoscens *A*, *om. XYZ* ipsius urbis] H^2PVL, i. urb*s H^1, ipsius urbe *O*, ipsi urbi *ABXYZ* iugo hemi *AXYZ*, iugum enim *HPV*, iugum eius *L*, iugum *O*, iugo *B* 5 trans santo *O* ad] a *V* beroam] *OB*, boream *LXYZ*, boroeam A^a, beroeam $HPVA^b$ lassum *om. A* refouet *A* 6 fluminis *AOB* 7 imperatore *O* paucis *OB* quiuerant] qui uenerant O^a, poterant *A* ad eusciam (*sic HVO*, *usciam P^1, eosciam *L*, euschiam *XYZ*, tusciam P^2B) rursus *om. A* 8 mysia] *HPV*, misia *L*, mysiam *Z*, misiam *OY*, moesiam *AB*, maesiam *X* perturbauit *YZ* 9 collectaque *XYZ* tam] eam *O* de usco] *HPVL*, edeusco *A*, de eusco *XZ*, de euscho *Y*, de osco *O*, de orto *B*: *intellegitur* Oescus se parat (seperat *P*) in aciae (acie *VL*)] *HPVL*, reparat in aciae *O*, reparat aciem *B*, reparatur (reparabatur *YZ*) in acie *XYZ*, se praeparabat in aciem *A* 10 diu *om. O* phil. inu. *A* praedamque *X* potitus] pocius *O* prisco duce] *HPVO*, priscum ducem *LABXY* 11 pugnaturus *L* ilico] alico *O* 12 saucium] sauum *O* 14 dimutio *X* paterno (paterna O^a) affecto *OZ*, paternum affectum *B* 15 filii *O* ad *om. LOB* abritto] *HPVL*, abrito *OB*, abrittum *A*, abritum *XYZ* 16 a gothis circ. *L* et ipse *om. A* 17 decii ara] decura *O* miserabiliter *BXY* immolaret *B* 19 defuncto (defunctoque *B*) t. decio] quo defuncto *A* regno *ABXY* 20 morbus] annus morbis *XYZ* necessitati *B* quod] quam *AXYZ*, et *O*, ut *B* nos] hos B^a hos] nos *O*

---

1) *cf. Ammianus 31, 5, 15:* duobus navium milibus perrupto Bosporo et litoribus Propontidis Scythicarum gentium catervae transgressae ediderunt quidem acerbas terra marique strages, sed amissa suorum parte maxima reverterunt. ceciderunt dimicando cum barbaris imperatores Decii pater et filius . . . Anchialos capta et tempore eodem Nicopolis, quam indicium victoriae contra Dacos Traianus condidit imperator. post clades acceptas inlatasque multas et saevas excisa est Philippopolis centum hominum milibus, nisi fingunt annales, intra moenia iugulatis. *periit autem harum rerum narratio Ammiana ea, quam perverso ordine in compendium redigit epitomator.*

2) *cf. Ammianus l. c.*

3) *Cassiodorius chr. ad a. 252:* Decius cum filio suo in Abritio Thraciae loco a Gothis occiditur, *haec substituens Prosperi adnotationi huic:* Decius cum filio in Abritto, quae est civitas Mysiae, occiditur.

nos experti sumus, faciem totius orbis foedavit, supra modum tamen Alexandriam XIX
totiusque Aegypti loca devastans, Dionysio storico super hanc cladem lacrimaviliter
exponente, quod et noster conscribit venerabilis martyr Christi et episcopus Cyprianus
in libro, cuius titulus est 'de mortalitate'[1]). tunc et Emilianus quidam Gothis saepe 105
ob principum neglegentiam Mysiam devastantibus, ut vidit licere nec a quoquam sine
magno rei publicae dispendio removeri, similiter suae fortunae arbitratus posse venire,
tyrannidem in Moesia arripuit omneque manu militari ascita coepit urbes et populos
devastare. contra quem intra paucos menses dum multitudo apparatus adcresceret,
non minimum incomodum rei publicae parturivit; qui tamen in ipso pene nefario co-
natus sui initio extinctus et vitam et imperium, quod inhiabat, amisit: supra dicti vero 106
Gallus et Volusianus imperatores, quamvis vix biennio in imperio perseverantes ab
hac luce migrarunt, tamen ipsud biennium, quod affuerunt, ubique pacati, ubique
regnaverunt gratiosi, praeter quod unum eorum fortunae reputatum est, id est gene-
ralis morbus, sed hoc ab imperitis et calumniatoribus, qui vitam solent aliorum dente
maledico lacerare[2]). hi ergo mox imperio adepti sunt, foedus cum gente pepigerunt
Gothorum. et nec longo intervallo utrisque regibus occumbentibus Gallienus arripuit
principatum.

Quod in omni lascivia resoluto Respa et Veduco Tharuaroque duces Gothorum XX 107
sumptis navibus Asiam transierunt, fretum Ellispontiacum transvecti, ubi multas eius
provinciae civitates populatas opinatissimum illud Ephesiae Dianae templum, quod
dudum dixeramus[3]) Amazonas condidisse, igne succendunt. partibusque Bithiniae
delati Chalcedonam subverterunt, quam post Cornelius Abitus aliqua parte reparavit,

---

H P V L A O B X (Y Z).

1 sedauit *O* tamen] quoque *OB* alexandriae *XYZ* 2 deuastatus *O* stor. (hist. *O*, hystorico *BXY*) super h. cl. *om. A* 3 quod] qu(a)e *OB*, quam *XY* conscripsit *OB* et *om. OB* cibrianus *O*, *om. A* 4 emelianus *OX* 5 neglegiam A^1 mysiam] moesiam *AX*, maesiam *Y*, *om. OB* a *om. OB* 6 reipluplice dispencio *O* arbitratur *O* posse uenire] posse euenire *LB* 7 tirandem *L* mysia *Z*, mesiam *O*, moesiam *LB* omneque] *HPVL*, omnique *ABXY*, omniaque *O* 8 intra *om. OB* mensel *O* dum *om. OB* adcrescerit *O*, accrescens *B* 9 republice *O*, res publica *XY* in ipso] ipso *O*, ipse *B* pane *O* conati *O* 10 quod inhiabat] quod (quem *O*) inuadebat *OB* supra dicti uero g. et uol. imperatores] supradicti g. et uol. *A*, *om. O* 11 uix biennio] biennio uix *A*, biennio *L* in imperio *om. OB* 12 migrarint *B* ipsud biennium] *HVL*, in ipsud b. *P*, in ipso biennio *A*, ipsum biennium *XYZ*, ipsi biennium *O*, ipso biennio *B* quod] *HPVY*, quo *LAX*, qui *O*, que *B* ubique] ubi *A* pagati *O* 13 quod] q *O* fort. eor. *L* reportatum *OB* id est] is est ergo *B* 14 moribus *O* imperatis *Z* 15 lacerare] macerare *O* mox] mox ut *AXY* imperio] imperium *LAOBXY* adepti sunt] adeptis *O* goth. pep. *B* 16 logo *O* regibus *om. A* 18 quod in omni (omne *P*)] *HPV*, quo in o. *LBXZ*, qui omni *Y*, quem in o. *O*, quod nimia *A* lasum uia *O*, lassouia *B* resolutio *H*, resuloto B^a respa et ueduco (uaeduco *L*) thuruaroque (turuaroque *A*) *HPVLA*, respa et ueduco (reduco *Y*) taruaroque *XYZ*, respatueduco tharuaroque *O*, re spacii eduathar uarroque *B* ducibus *XYZ* 19 asiam] in asiam A^1 transsierunt *O* fretumque *X* ellispontia *V*, bellespontiacon *O*, hellespontiacum *AXY* multis e. p. (p. e. *L*) ciuitatibus *B* 20 populatis *B*, populata *P*, populati *A* opimatissimum *B* ephesi *O*, ephoesi *B*, asiae *A* quod . . . condidisse] opus amazanum (*sic*) *A* 21 que *om. A* bithiniae] *HPVLOBXY*, bitiniae *A* 22 dilati *O* chadcedonam *H*, chalcerdonam *V*, chalcedona *P*, calcedona *A*, calcedonam XY^bZ, calcidoniam *L*, calcidonam *O*, calcedoniam BY^a subuertunt *A* abitus] *HPVOXY*, auitus *AB*, habitus *L*

---

1) *Hieronymus chron. ad a. Abr. 2269:* pestilens morbus multas totius orbis provincias occupavit maximeque Alexandriam et Aegyptum, ut scribit Dionysius [*Alexandrinus episcopus apud Eusebium hist. eccl. 7, 22*] et Cypriani de mortalitate testis est liber.

2) *cf. Orosius 7, 21, 6:* hac sola pernicie (*pestilentia*) insignes Gallus et Volusianus.

3) *c. 7, 51.*

XX quae hodieque, quamvis regiae urbis vicinitate congaudeat, signa tamen ruinarum sua-
108 rum aliquanta ad indicium retinet posteritatis. hac ergo felicitate Gothi, qua intra-
verunt partibus Asiae, praedas spoliaque potiti, Hellispontiacum fretum retranseunt,
vastantes itinere suo Troiam Iliumque, quae vix a bello illo Agamemnoniaco quan-
tulum se reparantes rursus hostili mucrone deletae sunt[1]). post Asiae ergo tale ex-
cidium Thracia eorum experta est feritatem. nam ibi ad radices Emi montis et mari
vicinam Anchialos civitatem adgressi mox adeunt, urbem, quam dudum Sardanaphalus,
109 rex Parthorum, inter limbum maris et Emi radices locasset[2]). ibi ergo multis feruntur
mansisse diebus aquarum calidarum delectati lavacris, quae ad duodecimo miliario
Anchialitanae civitatis sunt siti, ab imo suae fontis ignei scaturrientes, et inter reli-
qua totius mundi thermarum innumerabilium loca omnino precipua et ad sanitatem
infirmorum efficacissima.

XXI 110 Exinde ergo ad proprias sedes regressi post haec a Maximiano imperatore redi-
guntur in auxilio Romanorum contra Parthos rogati, ubi omnino datis auxiliariis fide-
liter decertati sunt. sed postquam Caesar Maximinus pene cum eorum solacia Nar-
seum regem Persarum Saporis magni nepotem fugasset eiusque omnes opes simulque
uxores et filios depraedasset Achillemque in Alexandria Dioclitianus superasset et
Maximianus Herculius in Africa Quinquegentianos adtrivisset[3]), pacem rei publicae
111 nancti coeperunt quasi Gothos neglegere. nam sine ipsos dudum contra quasvis gen-
tes Romanus exercitus difficile decertatus est. apparet namque frequenter, quomodo

---

H P V L A O B X (Y Z).

1 uicinitate] ciuitate *OB* 2 posteritatis] potestatis *XYZ* filititate *O* quia *O* intra-
uerunt] *OBXY*, intrauerant *HPVLA* 3 partes *XY* preda spoliaque *LO*, praeda spolioque *B*, praediis
(-dis *Y*) spoliisque *XYZ*, praeda spoliisque *A* hellespontiacum *XYZ*, ellespontiacum *O*, ellispontiacum *L*,
hellesponti *A* retransmeant *OB* 4 itinere] in it. *OBXY* troiam hiliumque *O*, ilium troiamque
X uix] uis *A* a *om. XYZ* illo] uno *X* agamennonlaco O_2 agamenniaco *XY* quan-
tulum] quantolum *PV*, aliquantulum *B* 5 se reparantes] *HPVAXYZ*, reparantes *L*, respirantes *OB*
hotili mugrone *O* deletae] del**e H^a, dilate *O*, delatae *B* exciduum *H* 6 experta est] ex-
pertatem *O* nam ibi . . . 7 ciuitatem *om. OB* hemi *XY* 7 anchilialos *A* adeunt] ad eum
P, ad eam *A* sardanaphalus] *HPV*, sardanapallus *LAOBY*, sardanapalus *X* 8 pathorum *PV* hemi
XY collocasset *B* ergo] enim *OB* feruntur] fertur *O* 9 ad duodecimum miliarium *XYZ*,
duodecimo miliario *HPVLA*, a quintodecimo miliario *OB* 10 anchilitanae *LXYZ*, achialitane *A* ciui-
tati *O* sitae *AOBXY* sui *AOBXY* igni *OB*, igneis *A* scaturrientes] *HPO*, scaturientes *rel.*
11 inmunerabilium *O* precipua (praec- *P*) et] *HPV*, precipua *L*, precipue et *AXYZ*, pr(a)ecipu(a)e *OB*
12 efficacissimae *ABXY* 13 ergo] rogo *O* propias P^a haec] hoc *A* imperatores *P* re-
diguntur] ducuntur *OBY*, dicuntur *X* 14 auxilia *B*, auxilium *AXY* rogati *om. A* fidelit *O*
15 dec. sunt] decertauerunt *A* maximianus *ABXY* solacia] *HPV*, solac(*vel* t)io *LOBXY*, solatiis *A*
16 magni neptem A^a, magi (magii O^a) nepotem *O* 17 filios] f. captiuos *L*, liberos *A* anhillemquae *O*,
achilleumque *Y* alexrandriam *O* dioclitianus] *HPLX*, diocletianus *AY*, dioclitiano *V*, diodiciano *O*,
cum dioclitiano *B* et] haec *O* 18 hirculeus *O* in] iam *A* quinquegentianos] *LAXY*,
quinquegentitianos *HPV*, quinquangentianos *O*, 1 annos *B* adtreuisset *O* 19 nacti *AOX* coe-
perunt] *HVAOB*, c(a)eperunt *PLXY* ipsis *ABXY* quasuis] quasque *B* 20 dec. est] decerta-
uit *A* quom. freq. *A*

---

1) *cf. Ammianus l. c. ad p. 84, 1.*

2) *cf. Ammianus l. c. ad p. 84, 1. at non hanc Anchialen, sed alteram Ciliciae a Sardanapallo con-
ditam esse ferunt auctores citati apud Stephanum s. v. et Suidas s. v.*

3) *Orosius 7, 25:* rebellante . . . Achilleo in Aegypto, cum et Africam Quinquegentiani infestarent, Narseus etiam rex Persarum Orientem bello premeret . . . Maximianus Augustus Quinquegentianos in Africa domuit, porro autem Diocletianus Achilleum . . . apud Alexandriam cepit et interfecit . . . Galerius Maximianus . . . per Illyricum et Moesiam undique copias contraxit . . . Narseum magnis consiliis viribusque superavit . . . castra eius invasit, uxores sorores liberosque cepit, inmensam vim gazae Persicae diripuit.

invitabantur sic: ut et sub Constantino rogati sunt et contra cognatum eius Licinium XXI
arma tulerunt eumque devictum et in Thessalonica clausum privatum ab imperio Constantini victoris gladio trucidarunt. nam et ut famosissimam et Romae emulam in 112
suo nomine conderet civitatem, Gothorum interfuit operatio, qui foedus inito cum imperatore quadraginta suorum milia illi in solacio contra gentes varias obtulere; quorum et numerus et militia usque ad praesens in re publica nominatur, id est foederati. tunc etenim sub Ariarici et Aorici regum suorum florebant imperio. post quorum decessum successor regni extitit Geberich virtutis et nobilitatis eximius.

Nam hic Hilderith patre natus, avo Ovida, proavo Nidada, gloriam generis sui XXII 113
factis illustribus exaequavit. primitias regni sui mox in Vandalica gente extendere cupiens contra Visimar eorum rege qui Asdingorum stirpe, quod inter eos eminet genusque indicat bellicosissimum, Deuxippo storico referente[1]), qui eos ab Oceano ad nostrum limitem vix in anni spatio pervenisse testatur prae nimia terrarum inmensitate. quo tempore erant in eo loco manentes, ubi nunc Gepidas sedent, iuxta flumina
Marisia, Miliare et Gilpil et Grisia, qui omnes supra dictos excedet. erat namque 114
illis tunc ab oriente Gothus, ab occidente Marcomanus, a septentrione Hermundolus, a meridie Histrum, qui et Danubius dicitur. hic ergo Vandalis commorantibus bellum indictum est a Geberich rege Gothorum ad litus praedicti amnis Marisiae, ubi nec diu certatum est ex aequali, sed mox ipse rex Vandalorum Visimar magna parte cum
gentis suae prosternitur. Geberich vero Gothorum ductor eximius superatis depraedatisque Vandalis ad propria loca, unde exierat, remeavit. tunc perpauci Vandali, qui evasissent, collecta inbellium suorum manu, infortunata patria relinquentes Panno-

---

H P V L A O B X (Y Z). Rav. 4, 14 p. 204 ad v. 15 *citans Iordanem chronographum:* Marisia Arine (*al.* arinc) Gilpit Gresia.

1 uitebantur P^a, inuitebantur P^b sic ut] sic *AO* constino A^1 rogoti *P* cognatum eius] eius *X*, cognatum *V*, *om. YZ* 2 priuatumque *XY* ab *om. A* impererio *B* constantino uictoriis *O* 3 trucidatur *O* ut] tu *O*, dum *B* 4 condederet *P*, condiderit *OB* ciuitatem *om.* A^a foedus inito] *HPVO*, f(o)edere inito *LABXY* 5 solatia *AB*, solatium *XYZ* obtulerunt *AXY* 6 numeros *O* militia] milia *OB* ad] in *XYZ* rebus publicis *L* nominantur *O* 7 arriarici *V* aorici] *PVLAOB*, adrici *H*, atrici *XYZ* regnum s. florebat *O* 8 succersor *O* geberich] *OB*, giberig *L*, geberith *HVXY*, giberith *PZ*, giberiet *A* uirtutis et nobititatis *P*, uirtute et nobilitate *XYZ* eximus *O*, eximiae *B* 9 mam *P* hic] is *OB* helderich *OB* pati *O* ouida] Cniba *proposuit Gutschmid p. 134* nidada] midada *A*, cniuida *OB* generis] gn̄tis (*sic*) *A* suis *OX* 10 illostribus *HP*, illuc tribus *O* primitias] idrinicias *O* in *om. L* uuandalicam gentem *A* extenderecipiens *O*, ostendere cupiens *XYZ* 11 uisimar] *AXYZ*, uuisumar *B*, uisumar O^a, uisurmar O^b, uisarma *HPVL* rege] *HPVL*, regem *AOBXYZ* asdingorum] *HPLAOBX*, asdringorum *Y*, ardingorum *V*, aspingorum *Z* quod] quae *ABXY* 12 bellicossissimum *O* deuxippo] *libri* hystorico *OBY*, historico *AX* occano *HP*, occiano *O* 13 annis *A* spatium *O* 14 tepore *O* manentes in eo loco *A* gepidas] *HPVL*^{b}*O*, gepida L^a, gepidae *ABXY* sedenti *HPV* 15 marisia] marsida *A* miliare] *HPVAOBX*, miliaria *L*, militare *YZ:* Arine *Rav.* gilfil *OB:* Gilpit *Rav.* grisia] grissia *OB:* Gresia *Rav.* omnes] amnes *B* supdictos *O*, supradicto *L* excedet] *HPV*, excedit *AOBXY*, excedat *L* erant *AOB* 16 illic tunc *O*, tunc illis *A* gothos *O*, gothi *B* marcomanus] *V*, marcommanus *HP*, marcomannus *LAXYZ*, maramannos *O*, marcomanni *B* hermundolus] *HPVLA*, emundulos *O*, ermunduli *B*, hermundulus *X*, hermundus *Y*, hermundurus *Z* 17 meritie *P* hister *ABXY* dicitur *om. A* uuand- *LOBXY semper* 18 geberith *XY* marsiae *AB*, mariae *P* ubi nec] ubi nunc *O*, ibi tunc *B* 19 est *om. O* ipse *om. A* uuandolorum *O*, uuanda *A* uuisimar *LO*, uuisumar *B* m. parte cum] *HPVLAOX*, m. cum parte *B*, cum m. p. *Y* 20 giberic *A*, geberith *XY* ductor] dux *A* 21 loca unde ex. rem. *om. A* perpauci] pauci *A* 22 euasesent P^a, euasessent P^b, euaserunt *XYZ*, euaserant *A* infortunatam patriam *AOBXY* reliquentes *O*

---

1) *Dexippus fr. 24 (3 p. 685 Muell.) narrat victoriam Aureliani de Vandalis et pace facta eorum reditum in partes transdanuvianas.*

XXII niam sibi a Constantino principe petierunt ibique per LX annos plus minus sedibus locatis imperatorum decretis ut incolae famularunt. unde iam post longum ab Stiliconae mag. mil. et ex consule atque patricio invitati Gallias occupaverunt, ubi finitimos depraedantes non adeo fixas sedes habuerunt[1]).

XXIII 116 Nam Gothorum rege Geberich rebus humanis excedente post temporis aliquod Hermanaricus nobilissimus Amalorum in regno successit, qui multas et bellicosissimas arctoi gentes perdomuit suisque parere legibus fecit. quem merito nonnulli Alexandro Magno conparavere maiores. habebat si quidem quos domuerat Golthescytha Thiudos Inaunxis Vasinabroncas Merens Mordens Imniscaris Rogas Tadzans Athaul Navego
117 Bubegenas Coldas. sed cum tantorum servitio clarus haberetur, non passus est nisi et gentem Herulorum, quibus praeerat Halaricus, magna ex parte trucidatam reliquam suae subegeret dicioni. nam praedicta gens, Ablavio istorico referente, iuxta Meotida palude inhabitans in locis stagnantibus, quas Greci ele vocant, Eluri nominati sunt[2]),
118 gens quantum velox, eo amplius superbissima. nulla si quidem erat tunc gens, quae non levem armaturam in acie sua ex ipsis elegeret. sed quamvis velocitas eorum ab aliis crebro bellantibus evagaret, Gothorum tamen stabilitate subiacuit et tarditati, fecitque causa fortunae, ut et ipsi inter reliquas gentes Getarum regi Hermanarico
119 servirent. post Herulorum cede item Hermanaricus in Venethos arma commovit, qui, quamvis armis despecti, sed numerositate pollentes, primum resistere conabantur. sed nihil valet multitudo inbellium, praesertim ubi et deus permittit et multitudo armata advenerit. nam hi, ut in initio expositionis vel catalogo gentium dicere coepimus[3]),

---

H P V L A O B X (*Y Z*).

1 LX] xl *BY* 2 famulabantur *A* unde] ut de *O* iam] etiam *OB* post longum *om.* L^a, post l. tempus L^b ab] a *LA* 3 mag. mil.] magna milia *XYZ* ex *om. A* atque] **que H^a, ac *AOBXY* galias *O* occuparunt *A* 4 adeos *O* 5 geberith *XYZ*, giberig *A* excidentem *O* 6 belliccossissimas *O* 7 arctoiae (arctoi *Z*) undecim gentes *XYZ* (*numerantur secundum libri X interpunctionem gentes tredecim*) parcere *A*, parare *O* quam *O* 8 si q. hab. *A* quod O^a domuerant *B* golthescytha] PV^bX, golthescita *YZ*, golthescitha *A*, golthescyta *L*, gothescytha HV^a, gothescitha *O*, gothi scythas *B* thiumdos *O*, thuidos *Z*, thiuidos *A* 9 inaunxis] *HPVOB*, inauccis L^a, inauxis L^b, inaunxes *XZ*, ynaunxes *Y*, inaxungis *A* uasinabruncas *YZ*, uasinaboroncas *A* imnascaris *Z*, ymnascaris *Y*, ymniscans *A* rogas] $HPVLA^b$, rocas *OBXY*, rogans A^aZ tazans *XYZ* athaul] *HPVAXYZ*, azaul *L*, athual *B*, athal *O* 10 bubeienas *L*, bubegentas *OB*, bumbegenas *XYZ* caldas *O* sed] et *OBXYZ* carus *OB* 11 erulorum *OB*, hetulorum A^a alaricus *AOBXY* trucidata reliqua *O* 12 subigere *O*, subigeret *B*, subegerit *L*, subiceret *XYZ* ablabio *XY* storico *PVL* meotida palude] *HPVLO*, meotidas paludes *B*, meotidem paludem *AXYZ* 13 inhabitans] habitans *OB* in] ex *XYZ* logis *L* stragnantibus HP^aV, stangantibus *L*, stagnibus *A* quas] qu(a)e *AXYZ* hele *Y*, helae *X* eluri] *HPVA*, heluri *XYZ*, eruli *LB*, ercli *O* nominati] nun|cognominati *L* 14 quanto *OB* quae *om.* X^a 15 armuturam H^a acie] auee *O* elegeret] *HP*, elegerit *VXYZ*, eligeret *LA*, aelegerint *B*, legerint *O* 16 crebro] sepe *OB* euagaret] *HPVLXYZ*, euagaretur *A*, euacuaret *O*, non euacuaretur *B* tamen *om. AXYZ* stabilitate] *HVO*, stabilitatem *P*, stabilitati *LABXYZ* 17 causam *XZ* et *om. L* hermanarico] *PVLAXY*, ermanarico *OB*, hermanaricho *H* 18 seruierint *OB* euroolorum *O*, erulorum *B* cede] *HPV*, coedem *O*, c(a)edem *rel.* idem *OB* armanaricus *L*, ermanacus (*sic*) *B* uenethos] *XYZ*, uenetos *AOB*, uethos *HPVL* 19 dispecti *L*, disperti *O*, disperiti *B* primo *OBXY* 20 ualit *O* mult. inbellium] *PVO*, mult. imbellium *XYZ*, mult. inbellum *HL*, mult. in bello *B*, inbellium multitudo *A* 21 aduenerit] conuenerit *A* in *om. OB* initium *O* cataloco *P*, catalago *B* gentium] *HPVLAXYZ*, genti uel *O*, gentis *B*

---

1) *Orosius 7, 38:* Stilico . . . gentes . . . Alanorum Sueborum Vandalorum . . . Burgundionum . . . . ripas Rheni quatere et pulsare Gallias voluit.

2) *Etymologicum magnum p. 333 Gaisf.:* ἀπὸ τῶν ἐκεῖσε ἑλῶν Ἕλουροι κέκληνται. Δέξιππος ἐν ὀωδεκάτῳ χρονικῶν. *Stephanus Byzantius s. v.:* Ἕλουροι Σκυθικὸν ἔθνος, περὶ ὧν Δέξιππος ἐν χρονικῶν ιβ΄.

3) *c. 5, 34.*

ab una stirpe exorti, tria nunc nomina ediderunt, id est Venethi, Antes, Sclaveni; XXIII
qui quamvis nunc, ita facientibus peccatis nostris, ubique deseviunt, tamen tunc omnes Hermanarici imperiis servierunt. Aestorum quoque similiter nationem, qui longis- 120
simam ripam Oceani Germanici insident, idem ipse prudentia et virtute subegit omnibusque Scythiae et Germaniae nationibus ac si propriis lavoribus imperavit.

Post autem non longi temporis intervallo, ut refert Orosius[1]), Hunnorum gens XXIV 121
omni ferocitate atrocior exarsit in Gothos. nam hos, ut refert antiquitas, ita extitisse conperimus. Filimer rex Gothorum et Gadarici magni filius qui post egressu Scandzae insulae iam quinto loco tenens principatum Getarum, qui et terras Scythicas
cum sua gente introisse superius a nobis dictum est, repperit in populo suo quasdam magas mulieres, quas patrio sermone Haliurunnas is ipse cognominat, easque habens suspectas de medio sui proturbat longeque ab exercitu suo fugatas in solitudinem coegit errare. quas spiritus inmundi per herimum vagantes dum vidissent et eorum 122
conplexibus in coitu miscuissent, genus hoc ferocissimum ediderunt, quae fuit primum
inter paludes, minutum tetrum atque exile quasi hominum genus nec alia voce notum nisi quod humani sermonis imaginem adsignabat. tali igitur Hunni stirpe creati Gothorum finibus advenerunt. quorum natio saeva, ut Priscus istoricus refert, Meotida 123
palude ulteriore ripa insidens, venationi tantum nec alio labore experta, nisi quod, postquam crevisset in populis, fraudibus et rapinis vicinarum gentium quiete con-
turbans. huius ergo gentis, ut adsolet, venatores, dum in interioris Meotidae ripam

---

H P V L A S (*inc.* 6 Post) *O B X* (*Y Z*). *Landolfus ad Pauli h. R. 11, 10 p. 344 Droysen* (*inc.* 7 nam hos, *finit* 17 advenerunt).

1 ab una stirpe (strippe *L*) *om. XY* tria nunc nom.] triancis nom. *XYZ*, tria nomina nunc *A* ediderunt] reddiderunt *OB* ueneti *OB* antei *O*, hentes *A* sclaui *OB* 2 deseruiunt *B*, des(a)euiant *AXY* tunc] nunc *O* 3 ermanarici *OB* imperii *V*, impiis *O* seruiebant *A* aestrorum *OB*, aestyorum *A* qui] quae *A* longinsima ripa *O*, longissima ripa *B* 4 occani *HPV*, occeani *L* insedent *O*, insidet *A* prudentia et] prudentiae *B*, prudenciae *O* 5 que *om. A* germanicae *O* lauoribus] *HP*, lab. *ceteri: fortasse* labores 6 autem] haec *AXYZ* longe *O* interuallum *SOBXY* unnorum *SO*, hunorum *A* 7 omni (*om. A*) ferocitate (feritate *L*) a. ex. in g.] ex. in g. o. f. a. *XY* *post* gothos *ins.* eosque qui prius timori erant caeteris gentibus, ab antiquis conterritos pepulit sedibus *editio Lindenbrogiana profecta ex Orosio per Landolfum* hos *om. A* 8 et *om. Land.* gadarici] *SOBY Land.*, gardarici *HPVLX*, gardariti *A: cf. c. 4, 26* magni *om. AO* egressu] *HPV*, egressus *L*, egressum *rel.* 9 scandzae] *HPVX*, scandze *LA*, scandziae *Y*, scanziae *SOB*, scantiae *Land.* qui et] et qui et O^a scythicas] cithias *O* 10 cum] iam cum A^a introisse superius a nobis] introisset sicut a nobis *SOB*, introisse a nobis superius *XYZ* dictus *AXZ* 11 magnas mul. *SOB*, mul. magas *A* haliurunnas] *HPVLXZ*, haluirunnas *Y*, aliorumnas *SOB*, aliuruncas *A*, alirumnas *Land.* is (his *SO*) ipse (ipsi *L*) *om. A* cognominat] *SOB*, cognominant *HPVL*, cognominauit *XZ*, nominauit *Y*, dicunt *A* 12 suspectus *Land.* perturbat *S*, proturbans *A* exercito O^a solitudine *ASOXY Land.* 13 errare] *in litura* A^2, terre *O*, terrae *SB* spiritus inmundi] siluestres homines, quos nonnulli phaunos phicarios uocant *Land.* herimum] *HPV*, heremum *LASOBXY* uacantes *SOB* eorum] earum *ASO*, earum se *B* 14 coitum *SO Land.* quae] quod *ABXY* pr. fuit *XY* 15 inter *om. S* p***des V^a, paludes Meotidas *Land.* munitum *L* exille *O* 16 quod] quae *SOB Land.* igitur] *libri*, ergo *edd.* huni *H*, unni *O*, uni *S* 17 ut *om. S* storicus *PL* meotida] meotide *XY*, meotro ad *S*, meotide *A*, in meot. *B* 18 paluda *L*, paludis *A* ulteriore ripam *L*, ulteriorem ripam *B*, ulteriori ripae *XYZ* insidens] insedens *SO*, insedit *B*, dens (*sic*) *A* uenatione *BXY*, uenationem *A* alium laborem *A* quod] quae *O*, *om. L* 19 uicinarum] unorarum A^a quiete] *HPV*, quietem *LAXY*, fidem *SOB* conturbauit *B* 20 huic *S* ergo *om. B* assolent *B* in interioris] *HPV*, interioris *LA*, in ulterioris *SOXZ*, in ulteris *Y*, in ulteriori *B* meotidem ripam *SO*, meotidis ripa *B*, maeotide ripa *A*, meotidae ripam *YZ*, ripam (ripae X^a) meotidae *X*

---

1) *Orosius 7, 33, 10:* gens Hunnorum diu inaccessis seclusa montibus, repentina rabie percita exarsit in Gothos eosque passim conturbatos ab antiquis sedibus expulit.

XXIV venationes inquirent, animadvertunt, quomodo ex inproviso cerva se illis optulit in-
124 gressaque paludem nunc progrediens nunc subsistens index viae se tribuit. quam secuti venatores paludem Meotidam, quem inpervium ut pelagus aestimant, pedibus transierunt. mox quoque Scythica terra ignotis apparuit, cerva disparuit. quod,
125 credo, spiritus illi, unde progeniem trahunt, ad Scytharum invidia id egerunt. illi vero, qui praeter Meotidam alium mundum esse paenitus ignorabant, admiratione ducti terrae Scythicae et, ut sunt sollertes, iter illud nullae ante aetati notissimum divinitus sibi ostensum rati, ad suos redeunt, rei gestum edocent, Scythiam laudant persuasaque gente sua via, qua cerva indice dedicerant, ad Scythiam properant, et quantoscumque prius in ingressu Scytharum habuerunt, litavere victoriae[1], reliquos
126 perdomitos subegerunt. nam mox ingentem illam paludem transierunt, ilico Alpidzuros, Alcildzuros, Itimaros, Tuncarsos et Boiscos, qui ripae istius Scythiae insedebant, quasi quaedam turbo gentium rapuerunt. Halanos quoque pugna sibi pares, sed humani-
127 tate, victu formaque dissimiles[2], frequenti certamine fatigantes, subiugaverunt. nam et quos bello forsitan minime superabant, vultus sui terrore nimium pavorem inge-

---

H P V L A S O B X (Y Z). Landolfus ad Pauli h. R. 11, 10 p. 344 Droysen (inc. 14 nam).

1 inquirent] *HPV*, inquirerent *LXZ*, inquirunt *ASOB*, *om. Y* 2 palude *SOB* index] *HPVLSO*, indicem *ABXY* se uie tribuit *A*, uiae retribuit *O*, uiae se praebuit *XYZ* 3 meotidem *SOB* quem inpervium] *PV*, quam inperuiam (imperuam X^a) *LASBXY*, quem perinuium *H*, quam perinuiam *O* pelacus *P* (a)estimabant *ASOB*, affirmabant *XYZ* 4 quoque] que *L*, quoque ut *B* scythiae *XYZ* cerua disparuit] ceruatis paruit P^a, *om. LXYZ* 5 illi spiritus *XY* tradunt *O* ad citharum *V*, ad cytarum L^a, ad cytharum L^b, ad scithiarum *S*, ad scythiarum *X* inuidia] *HVLSO*, inuidiam *rel.* id *om. A* illic *A* 6 praeter] propter *O* meotidem *B*, metidea *O* ignorabat *P* 7 ducti] inducti *B* sci(*vel* y)thiae *LASOBXY* inter *SO* illut *P* nullae ante (antea *V*) aetati] *HPVL*, nulli ante aetati *A*, nulli ante (ante *om. Z*) hanc (a)etatem *SOBXZ*, nulli hac aetate *Y* 8 rei gestum] regi gestum *LO*, rem gestam (gentam *Y*) *XYZ* edicent *SO*, edicunt *B* 9 persuaque *SO* uiam *YZ* qua] a qua *S*, quam *BXY* dedicerant] *HP*, dedicerunt *O*, didicerunt *B*, didicerant *rel.* scithia *S* 10 quantuscumque *S* prius] *HPVLASBXY*, prios *O:* obuios *Vulcanius* ingressus *VS*, ingressum *X* habuerunt] obuios habuerunt V^2A litauerunt *L* reliquos] rel. uero *B* 11 subigerunt *OX*, sibi gerunt *S* illam *om. A* alpidzuros] *HPVL*, alpilzuros *A*, adlipzuros *SO*, alipzuros *B*, alpidzyros *X*, alpidziros *Y*, alpidzizos *Z* 12 alcildzuros] *HV*, acildzuros *P*, acilzuros *L*, alchizyros A^2 (*om.* A^1), alcidzuros *SOB*, alchidzyros *XY*, alchidziros *Z: iidem esse videntur* Ἀμίλζουροι *Prisci fr. 1 p. 71 Muell.* itimatos A^1, itamaros *LS* tuncarsos] *HPVLASOB*, tuncarses *XZ*, tuncarsces *Y: iidem videntur* Τονώσουρες *similiter inter Itimaros et Boiscos collocati apud Priscum l. c.* boircos *XYZ* insedebant] *HPLSO*, insidebant *rel.* 13 quidam *BXY*, *om. A* alanos *SOB* quoque] i**p(?)*e P^a humanitate] humanitis *B* 14 uictum *SO*, uictus V^b *et ex coniectura Gutschmid p. 129* frequente *SO* 15 forsita *H*, forsitant *O* menime superant *O* nim. pauorem] nimium *S*, pau. nim. *A*

---

1) *cf. Procopius bell. Goth. 4, 5:* οὗτοι (*Hunni tum Cimmerii dicti*) μὲν ἅπαντες τῇδε ᾥκηντο, κοινὰ μὲν τὰ ἐπιτηδεύματα ξύμπαντα ἔχοντες, οὐκ ἐπιμιγνύμενοι δὲ ἀνθρώποις, οἳ δὴ τῆς τε λίμνης (*Maeotidis*) καὶ τῆς ἐνθένδε ἐκροῆς ἐς τὰ ἐπὶ θάτερα ἴδρυντο· ἐπεὶ οὔτε διέβαινόν ποτε τὰ ὕδατα ταῦτα οὔτε διαβατὰ εἶναι ὑπώπτευον . . . προιόντος δὲ τοῦ χρόνου φασίν, εἴπερ ὁ λόγος ὑγιής ἐστι, τῶν μὲν Κιμμερίων νεανίας τινὰς ἐν κυνηγεσίῳ διατριβὴν ἔχειν, ἔλαφον δὲ μίαν πρὸς αὐτῶν φεύγουσαν ἐς τὰ ὕδατα ἐσπηδῆσαι ταῦτα. τούς τε νεανίας . . . . τῇ ἐλάφῳ ἐπισπέσθαι ταύτῃ, μηχανῇ τε αὐτῆς μεθίεσθαι οὐδεμιᾷ, ἕως ξὺν αὐτῇ ἐς τὴν ἀντιπέρας ἀκτὴν ἵκοντο· καὶ τὸ μὲν διωκόμενον ὅ τι ποτ' ἦν εὐθὺς ἀφανισθῆναι . . . . τοὺς δὲ νεανίας τοῦ μὲν κυνηγησίου ἀποτυχεῖν, μάχης δὲ ἀφορμὴν καὶ λείας εὑρέσθαι. ἐς ἤθη γὰρ τὰ πάτρια ὅτι τάχιστα ἐπανήκοντες ἑκόντα πᾶσι Κιμμερίοις πεποίηνται ὅτι δὴ ταύτῃ βατὰ σφίσι τὰ ὕδατα εἴη. ἀνελόμενοι οὖν αὐτίκα τὰ ὅπλα πανδημεί τε διαβάντες ἐγένοντο μελλήσει οὐδεμιᾷ ἐν τῇ ἀντιπέρας ἠπείρῳ. *similia afferunt Agathias 5, 11 p. 300 Bonn. et Cedrenus 1 p. 547 Bonn. haec Prisci esse praeter consensum Procopii et Iordanis ostendit locus c. 39, 206 sine dubio ex Prisco desumptus et huc respiciens.*

2) *Ammianus 31, 2, 21:* Halani . . . sunt . . . Hunis . . . per omnia suppares, verum victu mitiores et cultu.

rentes, terribilitate fugabant, eo quod erat eis species pavenda nigridinis et velud XXIV
quaedam, si dici fas est, informis offa, non facies, habensque magis puncta quam
lumina. quorum animi fiducia turvus prodet aspectus, qui etiam in pignora sua primo
die nata desaeviunt. nam maribus ferro genas secant, ut ante quam lactis nutrimenta
percipiant, vulneris cogantur subire tolerantiam. hinc inberbes senescunt et sine ve- 128
nustate efoebi sunt, quia facies ferro sulcata tempestivam pilorum gratiam cicatricis
absumit. exigui quidem forma, sed argutis motibus expediti et ad equitandum promptis-
simi, scapulis latis, et ad arcos sagittasque parati firmis cervicibus et superbia sem-
per erecti. hi vero sub hominum figura vivunt beluina saevitia[1]).

Quod genus expeditissimum multarumque nationum grassatorem Getae ut viderunt, 129
paviscunt, suoque cum rege deliberant, qualiter tali se hoste subducant. nam Her-
manaricus, rex Gothorum, licet, ut superius retulimus, multarum gentium extiterat
triumphator, de Hunnorum tamen adventu dum cogitat, Rosomonorum gens infida,
quae tunc inter alias illi famulatum exhibebat, tali eum nanciscitur occasione decipere.
dum enim quandam mulierem Sunilda nomine ex gente memorata pro mariti frau-
dulento discessu rex furore commotus equis ferocibus inligatam incitatisque cursibus
per diversa divelli praecipisset, fratres eius Sarus et Ammius, germanae obitum vin-
dicantes, Hermanarici latus ferro petierunt; quo vulnere saucius egram vitam corporis
inbecillitate contraxit. quam adversam eius valitudinem captans Balamber rex Hun- 130
norum in Ostrogotharum parte movit procinctum, a quorum societate iam Vesegothae
quadam inter se intentione seiuncti habebantur. inter haec Hermanaricus tam vul-

---

H P V L A S (*fin.* 11 subducant; *inc.* 21 inter) *O B X* (*Y Z*). *Landolfus ad Pauli h. R. 11, 10 p. 344 Droysen* (*fin.* 10 viderunt).

1 terrebilitate *P* pauendo *Land.*, pauendae *XY* nigridinis et] *HPV*, nigredinis et *AXY*, nigritudine sed *SO*, nigredine sed *B*, nigr. et u. q. *om. L* 2 deformis *OB Land.* facies] facien (?) *L* magis] mamagis *P*, mā magis *H* pu*ta *O*[1] (puncta *O*[2]) 3 fiducia] *HPLSO Land.*, fiduciam *VABXY* turuus] *HPV*, toruis *Z*, toruus *rel.* prodet] *HPV*, prodit *reliqui* 4 nata die *A*, die natco *S* desaeuiunt] *ABXY*, deuiunt *HPVL*, dereunt *SO* latis *O* 5 suscipiant *AXYZ* uulneri *SO Land.* subire] *sic etiam Duac.*, suscipere *XYZ* hinc . . . 6 sunt *om. A*[a] inberbes] in uerbis *VL* senisunt *O*, se nesciunt *B* sine] sineis *P* uetustate *LB*, uestutate *O* 6 efoebi] *HPVL*, ephoebi *SB*, ephoepi *O*, effoebi *X*, ephebi *AY* cicatricis] *HPVXZ*, cicatrices *LSO Land.*, cicatrix *Y*, per cicatrices *B*, cicatricibus *A* 7 adsumit *LSO*, assumit *B Land.* arguti *SOB Land.* expiditi *HP* et *om. LS* 8 arcos] *HPVS*, arcus *LABXY*, orcos *O* superuia *PVO*, superua *S* 9 erecti] *SOBXY Land.*, erectis *HPVLA* hii *SO* uero] *PVLSOBXY Land.*, ergo *HA* beluina] beluiiua *O* 10 grassatorem] *SXY*, crassatorem *HPVLOB*, excidia *A* 11 pauescunt *XYZ*, expauiscunt *O*, expauescunt *SB* qualiter] *bis V*[a] tali se hoste] *HPVLXY*, tali se hosti *A*, a tali hoste *O*, se a tali hoste *SB* ermanaricus *VOB* 12 ut *om. O* superius retulimus] iam diximus *A* extiterit *LAOB* 13 unnorum *O* dum *ante* de *A* rosomonorum] *HPAOBXY*, rosomanorum *V*, rosomorum *L*, rosimanorum *Z* 14 illi inter alias *A* nancisciter *O* decepere *O*[b] 15 dum] dicit *A*[a] quedam mulier *O* sunilda] *HPVLA*, sunielh *OB*, sunihil *XYZ* nomine] tiomen *A*[1], nomen *A*[2] fraudulento] fraudenti *O* 16 que *om. XYZ* 17 diuersa *om. O* praecipisset] *HPV*, precipisse *O*, praecepisset *LABXY* ammus *XZ*, aminus *Y*, iammius *A*[a] 18 erm. *OB*, hermanarico *A*[a] sauciatus *A* 19 inbicillitate *P*, inbellicitate *O* aduersus *O* belamber *L*, balamir *O*, balamur *B* rex] rex ** *L* 20 in ostrogotharum (hostr- *LA*[b], hostrogothorum *A*[a]) parte (partem *AXYZ*)] *HPVLAXYZ*, in nrsgotharum *O*, in ostrogothas *B* 21 quadam (quidam *P*) inter se intentione (int. *om. O*, contencione *A*) seiuncti (seiunti *O*[a]) habebantur (habebant *O*)] discesserant quam dudum inter se seiuncti habebant *B* hermanericus *P*, ermanaricus *OB*, armanaricus *S*

---

1) *Ammianus 31, 2, 1:* Hunorum gens . . . omnem modum feritatis excedit. *2:* ubi quoniam ab ipsis nascendi primitiis infantum ferro sulcantur altius genae, ut pilorum vigor tempestivus emergens conrugatis cicatricibus hebetetur, senescunt imberbes absque ulla venustate . . . compactis omnes firmisque membris et opimis cervicibus, prodigiosae formae, sed pandi, ut bipedes existimes bestias . . . *6:* equis prope adfixi . . . *9:* procul missilibus telis . . . con[figunt].

XXIV neris dolore quam etiam Hunnorum incursionibus non ferens grandevus et plenus dierum centesimo decimo anno vitae suae defunctus est. cuius mortis occasio dedit Hunnis praevalere in Gothis illis, quos dixeramus orientali plaga sedere et Ostrogothas nuncupari.

XXV 131 Vesegothae, id est illi alii eorum socii et occidui soli cultores, metu parentum exterriti, quidnam de se propter gentem Hunnorum deliberarent, ambigebant, diuque cogitantes tandem communi placito legatos in Romania direxerunt ad Valentem imperatorem fratrem Valentiniani imperatoris senioris, ut, partem Thraciae sive Moesiae si illis traderet ad colendum, eius se legibus eiusque vivere imperiis subderentur[1]. et, ut fides uberior illis haberetur, promittunt se, si doctores linguae suae donaverit, 132 fieri Christianos. quod Valens conperto mox gratulabundus annuit, quod ultro petere voluisset, susceptosque in partibus Moesiae Getas quasi murum regni sui contra citeras statuit gentes. et quia tunc Valens imperator Arrianorum perfidia saucius nostrarum partium omnes ecclesias obturasset, suae parti fautores ad illos diriget praedicatores, qui venientes rudibus et ignaris ilico perfidiae suae virus infundunt. sic quoque Vese- 133 gothae a Valente imperatore Arriani potius quam Christiani effecti[2]. de cetero tam Ostrogothis quam Gepidis parentibus suis pro affectionis gratia euangelizantes huius perfidiae culturam edocentes, omnem ubique linguae huius nationem ad culturam huius sectae invitaverunt. ipsi quoque, ut dictum est, Danubio transmeantes Daciam ripensem, Moesiam Thraciasque permisso principis insederunt.

H P V L A S O B X (Y Z).

1 dolorem *B* hunn. incursionibus] *HVLXY*, hunn. incursibus *P*, discursionibus hunn. *O*, incursionibus hunnorum *SZ*, incursiones hunnorum *B*, hunnorum incursus *A* 2 centessimo *O* et decimo *A* mortis (motes *P*) occasio] mors occasionem *A* 3 gothos *L* or.] in or. *XYZ* plaua B^a 4 noncupare *A* 5 uaesegothe *SO*, uuisigothae *X passim* illi *om. OB* 6 hunorum gentem *XY*, gentem *om.* B^a deliberarent] *ASOBXY*, deliberare *HPVL* ambiebant *PL*, ambi*gebant *O* 7 *post* legatos (legotos *P*) *repetit* metu . . . ambigebant *S*, *verba* in rom. direxerunt *omittens* in] ad *OB* romania] *HPVL*, romaniam *AOBXY* direxerunt] dilexerunt *P*, dixerunt *V* 8 ualentiani *O* imperatoris *om. ASOBXYZ* 9 traheret *H* eius se leg. eiusque uiuere (uiui*ere X^a)] eius leg. uiuere (uiuerent *B*) eiusque *SOB*, eius leg. eiusque *A* sudderentur *L* 10 illis ub. *L* si *om. O* 11 quod] quo *BXY* compto (*sic*) *S*, copto O^a gradulabumdus (*sic*) *O* 12 uoluissent *L* susceptosque . . . 13 gentes *om. X* susceptosque] susceptusque O^a, susceptisque *YZ* gestas *HPV*, gentis *YZ* citeras] *HP*, cet. *rel.* 13 profidia *S*, peruidia *O* 14 obdurasset *B* parti] *HPVSO*, partis *LABXY* fauctores *LY*, factores *X* diriget] *HPV*, dirigit *rel.* praeditores *A* 15 uenientibus *SOB* ilico] iloco *P* uiros *O* infundunt] defundunt *SOB* sic] si *A* uesogothae *L* 16 tamen ostrogothaes (-this X^bY) *XY* 17 quam *om. XY* partibus B^a per aff. gratiam *SOB*, pro causa aff. *XYZ* *post* euangelizantes *ins.* per ulphilam episcopum suum arrianum qui litteras gothicas primus inuenit et scripturas in eorum linguas (*sic*) diuinas conuertit *editio Lindenbrogiana ex Landolfo hist. misc. 11, 9 p. 344 Droysen* 18 edocentes . . . culturam *om. O* huius linguae *B* 19 ut] ait *S* danubium *LASOBXY* transmeantes] meantes *A* ripense *SOB*, ripente P^a 20 permisso] *HVS*, permissu *rel.* insiderunt *S*

---

1) *Ammianus 31, 4, 1:* (Gothi) [ducibus Fritigerno et Ala]vivo ripas occupavere Danuvii missisque oratoribus ad Valentem suscipi se humili prece poscebant, et quiete victuros se pollicentes et daturos, si res flagitasset, auxilia.

2) *Orosius 7, 33, 19:* Gothi antea per legatos supplices poposcerunt, ut illis episcopi, a quibus regulam Christianae fidei discerent, mitterentur. Valens imperator exitiabili pravitate doctores Arriani dogmatis misit. Gothi primae fidei rudimentum quod accepere tenuerunt. *cf. Isidorus hist. Goth. ad eram 415:* Atanaricus Fridigernum Valentis imperatoris suffragio superans huius rei gratia legatos cum muneribus ad eundem imperatorem mittit et doctores propter suscipiendam Christianae fidei regulam poscit. Valens autem a veritate fidei devius et Arrianae haeresis perversitate detentus missis haereticis sacerdotibus Gothos persuasione nefanda sui erroris dogmati adgregavit et in tam praeclaram gentem virus pestiferum semine pernicioso transfudit.

Quibus evenit, ut adsolet genti, necdum bene loco fundatis, penuria famis, coe- XXVI 134
peruntque primates eorum et duces, qui regum vice illis praeerant, id est Fritigernus, Alatheus et Safrac[1], exercitus inopiam condolere negotiationemque a Lupicino Maximoque Romanorum ducum expetere. verum quid non auri sacra fames compellit adquiescere[2]? coeperunt duces avaritia compellente non solum ovium bovumque carnes, verum etiam canum et inmundorum animalium morticina eis pro magno contradere, adeo, ut quemlibet mancipium in uno pane aut decem libris carne mercarent. sed 135
iam mancipiis et supellectile deficientibus filios eorum avarus mercator victus necessitate exposcit[3]. haut enim secus parentes faciunt salute suorum pignorum providentes: faciliusque deliberant ingenuitatem perire quam vitam, dum misericorditer alendus quis venditur quam moriturus servatur. contigit etenim illo sub tempore erumnoso, Lupicinus ut ductor Romanorum Fritigernum Gothorum regulum in convivio invitaret dolumque ei, ut post exitus docuit, moliretur. sed Fritigernus dolum nescius cum paucorum 136
comitatu ad convivium veniens, dum intus in preturio aepularetur, clamorem miserorum morientium audiret: nam in alia parte socios eius reclausos dum milites ducis sui iussu trucidare conarentur et vox morientium duriter emissa iam suspectis auribus intonaret, ilico aperto dolo cognoscens Fritigernus evaginato gladio e convivio non sine magna temeritate velocitateque egreditur suosque socios ab imminenti morte ereptos ad necem Romanorum instigat. qui nancti occasione votiva elegerunt viri fortissimi 137

H P V L A S O B X (Y Z).

1 gentibus *B*, egenti *A: delendum* loco bene *A* fundatae *XYZ* penuriam *L*, penurie *O* 2 que *om. ASOB* regnum *VO* uices illis *SO*, illis uice *A* fritifernus *A* 3 safrac] *HPVLAXYZ*, safrach *SOB* inopiae *A* condolore *S* negotiationemque] negotiationem *H* lopicino *O* 4 romanorumque *A* ducum] *HPVLSO*, ducibus *ABXY* quod *B* famis *SO*, famas L^a compellat *A* 5 bouumque] *HVO*, bonumque *P*, boumque *LABXY*, que *S* carnis *O* 6 morticine his *S*, morticineis *O* 7 ut *om. Z* quodlibet *ABXYZ* in] pro *L*, *om. A* unum pane *Z*, unum panem *OB* libras *AB* carne] *HPVLO*, carnem *X*, carnes *SYZ*, carnis *A*, in unam carnem *B* mercarentur *ASOBXY* 8 mancipias *P* et supellectile] *HPVS*, et supellectili *A*, et supplictile *O*, et supellectilem *LB*, et suppellecti *X*, supellectilique *Y* filias A^a auidus *A* mercatur O^a uictus] uictos *A*, uictos famis *XYZ* 9 haut] aut *LS* patentes A^a salute] *HPV*, salutem *SOB*, salutes *L*, saluti *AXY* suorum (eorum *O*) pignorum (pignerum *SO*)] p. s. *V* 10 faciliusque] facibusque *SO*, saciusque *B* in ingenuitate *L* misericordius *A* 11 uinditur *O* muriturus *O* saluatur *S* contegit *O* etenim] enim *A* aerumnosio *O* lupicinus (lopinos *O*) et ut *SO*, lupicino et *B*, ut lup. *A* 12 doctor *PVL*, ductori *B*, ducto *SO*, dux *A* fritigernum] fridigernum *O*, fridegernum *S*, ut fridigernum *B* conuiuium *ASOBXY* dolumquem *L* 13 exsitus *O* fridigernus *SB*, fridigermanus *O* dolum] doli *AB* nesciens *XYZ* 14 cominatu *B* conuiuim *V* preturio] *H*, praeturio P^b, praeturi P^a, pr(a)etorio *rel.* aepularetur] epulatur *XY*, epulatus et *SO*, epulatus est *B* clamore *SO* 15 audisset *A* nam] *HPVLAXYZ*, namque *SOB* in] inter *B* socius *S* reclusos *XY*, inclusos *A* 16 conorentur *O*, conantur *A* intonasset *A* 17 ilico aperto dolo] ilico aperte dolo O^a, aperto ilico dolo *X*, ilico aperte dolum *A*, ilico aperto ipso dolo SO^b, ilico apertos ipsos dolos *B* cognuscens P^aO^a fridigernus *SOB* e] in *SOB* 18 egr. suosque *om. L* socius O^a morte] sorte *S*, orte *O* ereptus *S* 19 nancti (nacti O^a) occasione uotiua] *HPVLSO*, nacta occasione uotiua *B*, nacti (nancti *Z*) occasionem uotiuam *AXYZ*

---

1) *Ammianus 31, 4, 8:* primus cum Alavivo suscipitur Fritigernus (*cf. supra p. 92 n. 1*). *c. 4, 12:* Vithericus Greuthungorum rex cum Alatheo et Safrace, quorum arbitrio regebatur, . . . ut simili susciperetur humanitate obsecravit . . . . *c. 5, 3:* Greuthingi . . . ratibus transiere.

2) *Vergilius Aen. 3, 56:* quid non mortalia pectora cogis, auri sacra fames.

3) *Ammianus 31, 4, 9:* potestatibus praefuere castrensibus homines maculosi, quibus Lupicinus antestabat et Maximus, alter per Thracias comes, dux alter. *c. 4, 11:* cum traducti barbari victus inopia vexarentur, turpe commercium duces invisissimi [ex]cogitarunt et quantos undique insatiabilitas colligere potuit canes pro singulis dederunt mancipiis: inter quae [et filii] ducti sunt optimatium.

XXVI in bello magis quam in fame deficere, et ilico in ducum Lupicini et Maximi armantur occisione[1]. illa namque dies Gothorum famem Romanorumque securitatem ademit, coeperuntque Gothi iam non ut advenae et peregrini, sed ut cives et domini possessoribus imperare totasque partes septentrionales usque ad Danubium suo iuri tenere.
138 quod conperiens in Antiochia Valens imperator mox armato exercitu in Thraciarum partes egreditur[2]; ubi lacrimabile bello commisso vincentibus Gothis in quodam praedio iuxta Adrianopolim[3] saucius ipse refugiens ignorantibusque, quod imperator in tam vili casula delitisceret, Gothis, ignemque, ut adsolet saeviente inimico, supposito, cum regali pompa crematus est[4], haut secus quam dei prorsus iudicio, ut ab ipsis igni conbureretur, quos ipse vera fide petentibus in perfidia declinasset ignemque caritatis ad gehennae ignem detorsisset[5]. quo tempore Vesegothae Thracias Daciaque ripense post tanti gloria tropaei tamquam solum genitalem potiti coeperunt incolere.
XXVII 139 Sed Theodosio ab Spania Gratianus imperator electo et in orientali principatu loco Valentis patrui subrogato, militaremque disciplinam mox in meliori statu reposita

---

H P V L A S (*finit* 11 detorsisset) *O B X* (*Y Z*).

1 inductum *B* lupicinum *O*, lipicini B^a et maximi] maximique *A* 2 occisione] *HPVL*, occisionem *AY*, occasione *SO*, occasionem *BX* illi *X* romanarumque *X* ad. secur. *A* 3 non iam *A* ut *om. O* peregrini sed] peregrinis *A* 4 ad nubium B^a suae *L* iuri] *HPL*, iure *rel.* 5 anthiochia *P*, anthiocia *SO* 6 regreditur *A*, digreditur *SOB* lacrimabile] *HPV*, lacrimabili *LASOBXY* in quodam praedio] in quoddam praedium *A*, *om. L* 7 sauc. i. fug. iuxta adr. *L* refugiens] *SOBXY*, fugiens *HPVLA* que] quoque *SOB*, *om. AY* quod *om.* B^a imperator *om. L* 8 delitisceret] *HPVSO*, delitesceret *rel.* igneque *BXY*, ignique *A* ut *om. O* inim.] ab inim. *A* superposito *L* 9 regale *SO* haut secus] ad secus *S*, *om. O* quam] quodam *S* prursus *P*, prossus *O* ut] aut *V* 10 igne *SOB* quas *S* uera fide] *HPVL*, ueram fidem *ASOBXY* petentes *AB* perfidia] *HPVL*, perfidiam *ASOBXY* declinasset *om. L* ignemque] igenemque *L*, ignem *SO*, et ignem *B* 11 detorrisset *O* uesogothe *L*, uegothae *O* traciasque *LO*, thraciam *A* daciaque ripense] *HPV*, daciasque ripense *L*, daciamque (datamque *O*) ripensem *AOBXY* 12 *post* ripense *ins.* potiti *suo loco om. L* pos *O* tantam *X* gloria] *HPV*, gloriam *LAOBXY* tropaei] triumphi *AY* solo genitali *OBXY*, soli genitali *A* 13 theodosium *B*, theosium *O* ab spania (hispania *BXY*) *om. A* gratiano imperatore *XZ*, a graciano imperatore *Y*, a graciano *A* electum *B*, elictum *O* et *om. OB* orientalem principatum *A* 14 subrogit *O*, subrogat *B*, subrogatum *A* militarique disciplina *AB* in meliori statu] humiliatori statue *O*, in meliorem statum *A* repositam *XYZ*

---

1) *Ammianus 31, 5, 5:* Alavivo et Fritigerno ad convivium conrogatis Lupicinus . . . . *6* dum in nepotali mensa ludicris concrepantibus diu discumbens vino marcebat et somno, . . . satellites omnes, qui pro praetorio honoris et tutelae causa duces praestolabantur, occidit. *7:* hocque populus qui muros obsidebat dolenter accepto ad vindictam detentorum regum . . . multa minabatur et saeva. utque erat Fritigernus expediti consilii, veritus ne teneretur obsidis vice cum ceteris, exclamavit graviore pugnandum exitio, ni ipse ad leniendum vulgus sineretur exire cum sociis, quod arbitratum humanitatis specie ductores suos occisos in tumultum exarsit. hocque inpetrato egressi omnes exceptique cum plausu et gaudiis ascensis equis evolarunt moturi incitamenta diversorum bellorum.

2) *Ammianus 31, 11, 1:* Valens tandem excitus Antiochia . . . venit Constantinopolim.

3) *Ammianus 31, 12, 10:* signa . . . commoventur impedimentis et sarcinis prope Hadrianopoleos muros . . . conlocatis.

4) *Victor epit. 46:* hic Valens cum Gothis lacrimabili bello commisso sagittis saucius in casa deportatur vilissima, ubi supervenientibus Gothis igneque supposito incendio concrematus est. *cf. Hieronymus a. Abr. 2395. Orosius 7, 33, 15. Ammianus 31, 13, 12:* imperator . . . sagitta perniciose saucius ruit . . . *14:* dicunt Valentem . . . cum candidatis et spadonibus paucis prope ad agrestem casam relatum . . . circumsessum ab hostibus, qui esset ignorantibus, dedecore captivitatis exemptum.

5) *Orosius 7, 33, 19 post verba supra p. 92 not. 2 allata:* itaque iusto iudicio dei ipsi eum vivum incenderunt, qui propter eum etiam mortui vitio erroris arsuri sunt. *cf. Isidorus hist. Goth. ad eram 416.*

ignavia priorum principum et desidia exclusa Gothus ut sensit, pertimuit. nam in- XXVII
perator acri omnino ingenii virtuteque et consilio clarus dum praeceptorum saeveritate et liberalitate blanditiaque sua remissum exercitum ad fortia provocaret. at vero 140
XXXVI 184 Huius ergo mentem ad vastationem orbis paratam comperiens Gyzericus, rex Vandalorum, quem paulo ante memoravimus[2]), multis muneribus ad Vesegotharum bella precipitat[3]), metuens, ne Theodoridus Vesegotharum rex filiae suae ulcisceretur iniuriam, quae Hunerico Gyzerici filio iuncta prius quidem tanto coniugio laetaretur, sed postea, ut erat ille et in sua pignora truculentus, ob suspicionem tantummodo veneni ab ea parati, naribus abscisam truncatamque auribus, spolians decore naturali, patri suo ad Gallias remiserat, ut turpe funus miseranda semper offerret et crudelitas, 185 qua etiam moverentur externi, vindictam patris efficacius impetraret. Attila igitur dudum bella concepta Gyzerici redemptione parturiens, legatos in Italia ad Valentinianum principem misit, serens Gothorum Romanorumque discordia, ut, quos proelio non poterat concutere, odiis internis elideret, asserens, se rei publicae eius amicitias in nullo violare, sed contra Theoderidum Vesegotharum regem sibi esse certamen. unde cum excipi libenter optaret, citera epistula usitatis salutationum blandimentis 186 oppleverat, studens fidem adhibere mendacio. pari etiam modo ad regem Vesegotharum Theoderidum dirigit scripta, hortans, ut a Romanorum societate discederet

---

H P V L A S (*finit* 6 comperiens) *O B X* (*Y Z*). *Paulus h. R. 14, 3* (*a* 13 Attila).

1 boculam] *HPV*^{a}*L*, buculam *V*^{b}*ABXY*, baculam *O* conspicerit *O* nec] ne *L* 2 incaute *LSO*, bucula incaute *B* 3 caluerat *B*^{a} effossumque (effossum *L*) pr. ad a. defert *om. XYZ* attiliam *O* quod *S* mun. ille *A* 4 magnanimus *AXY* arbitratur] *LAOBY*, arbitrator *HPV*, arbitrabatur *X* tot. m. *OB* et] ut *L* 5 mortis *L* sibi *om. L*^{a} concessam] cessam *SO* 6 urbis *XYZ* paratum *S* gyzericus] *HPBXYZ*, gizericus *VAO*, *om. L* 7 uuandolorum *O* memorabimus *O* uuisigothorum *X* 8 precipitem *O* theodoridus] *PVXYZ*, theoditus *B*, theoderidus *HA*^{b}, theoridus *A*^{a}, theodericus *LO* uuisigothorum *XYZ* 9 hunnerico *VB*, unerico *O*, aperico *XYZ* gyzerici] *HPVY*, gizerici *LAB*, gezerici *O*, giserichi *X* congugio *O* 10 in *om. O* trucolentus *O* tantomodo *O* 11 ueneni] ueni *O* ab ea parati] eam putatis *B* abscisam truncatamque auribus *om. OB* 12 ut] scilicet ut *A* miseranda] miserere *L* 13 quo *B* moueretur *L* externium dictam *O* imperaret *B*, imperarit *O* attillia *O* 14 gyzerici] *HVB*, gizerici *L*, giserici *PA*, gezerici *O*, a gyzerici *Y*, a gyserici *X* redemptione . . . ualentinianum *om. O* riens legatos *om. in transitu a pag. ad pag. B*^{a} legatis *L* italiam *PABXY* ualentianum *P* 15 principem *om. A* serens] referens *XYZ* romanorum gothorumque *A* discordiam *LAOBXY* 16 int. od. *A* se *om. L* amicitiis *L* 17 uiolare . . . regem *om. O* theodoridum *Z*, theoditum *B*, theodericum *L* ues. (uuisigothorum *XYZ*) reg. *om. A* 18 cum] eum *AOB* citera epistula] *HP*, cetera epistola *VXZ*, c(a)etera epistu(*vel* o)la *LAOBY* blamentis *O* 19 opplerat *P*, oppleberat *O* adhibe *O*, adhiberi *XYZ* mendacium *L* ecia *O* uuisigothorum *XYZ* 20 theodoridum *Z*, theoditum *OB*, theodericum *L*, *om. A* scriptum *OB* disceret *B*

---

1) *Priscus fr. 8 p. 91 Muell.*: ἔσεσθαι δὲ οὐκ εἰς μακρὰν τῆς παρούσης αὐτῷ (*Attilae*) δυνάμεως αὔξησιν· σημαίνειν καὶ τοῦτο τὸν θεὸν τὸ τοῦ Ἄρεος ἀναφήναντα ξίφος, ὅπερ δὴ ἱερὸν καὶ παρὰ τῶν Σκυθικῶν βασιλέων τιμώμενον, οἷα δὴ τῷ ἐφόρῳ τῶν πολέμων ἀνακείμενον, ἐν τοῖς πάλαι ἀφανισθῆναι χρόνοις, εἶτα διὰ βοὸς εὑρεθῆναι.

2) *c. 33, 170.*

3) *Priscus fr. 15 p. 98 Muell.*: ἔχειν αὐτῷ (*Attilae*) ἐδόκει καλῶς . . . ἐς τὴν ἑσπέραν στρατεύεσθαι τῆς μάχης αὐτῷ μὴ μόνον πρὸς Ἰταλιώτας, ἀλλὰ καὶ πρὸς Γότθους καὶ Φράγγους ἐσομένης, πρὸς μὲν Ἰταλιώτας ὥστε τὴν Ὀνωρίαν μετὰ τῶν χρημάτων λαβεῖν, πρὸς δὲ Γότθους χάριν Γιζερίχῳ κατατιθέμενον.

recoleretque proelia, quae paulo ante contra eum fuerant concitata. sub nimia feritate XXXVI
homo subtilis ante quam bella gereret arte pugnabat. tunc Valentinianus imperator
ad Vesegothas eorumque regem Theoderidum in his verbis legationem direxit: 'pru- 187
'dentiae vestrae est, fortissimi gentium, adversus orbis conspirare tyrannum, qui op-
'tat mundi generale habere servitium, qui causas proelii non requirit, sed, quidquid
'commiserit, hoc putat esse legitimum. ambitum suum brachio metitur, superbiam
'licentia satiat; qui ius fasque contemnens, hostem se exhibet et naturae. cunctorum
'etenim meretur hic odium, qui in commune omnium se adprobat inimicum. recor- 188
'damini, quaeso, quod certe non potest oblivisci, ab Hunnis non per bella, ubi com-
'munis casus est, fusum, sed, quod graviter anget, insidiis appetitum. ut de nobis
'taceamus, potestis hanc inulti ferre superbiam? armorum potentes favete propriis
'doloribus et communes iungite manus. auxiliamini etiam rei publicae, cuius mem-
'brum tenetis. quam sit autem nobis expetenda vel amplexanda societas, hostis
'interrogate consilia'. his et similia legati Valentiniani regem permoverunt Theodo- 189
ridum. quibus ille respondit: 'habetis', inquid, 'Romani, desiderium vestrum; fe-
'cistis Attilam et nobis hostem. sequimur illum quocumque vocaverit, et quamvis
'infletur de diversis gentium victoriis, norunt tamen Gothi confligere cum superbis.
'nullum bellum dixerim grave, nisi quod causa debilitat, quando nil triste pavet, cui
'maiestas adriserit'. adclamant responso comites duci, laetus sequitur vulgus. fit 190
omnibus ambitus pugnae, hostes iam Hunni desiderantur. producitur itaque a rege
Theodorido Vesegotharum innumerabilis multitudo; qui quattuor filios domi dimissos,
id est Friderichum et Eurichum, Retemerim et Himnerith secum tantum Thorismud
et Theodericum maiores natu participes laboris adsumit. felix procinctum, auxilium
tutum, suave collegium habere solacia illorum, quibus delectat ipsa etiam simul sub-
ire discrimina. a parte vero Romanorum tanta patricii Aetii providentia fuit, cui 191

H P V L A O B X (Y Z). Paulus l. c. (ad 14 Theodoridum).

1 recolleretque porelia *O* ante paulo *L* concitatae *P* 2 subtiliter *L* quam *om. O* artem *O* ualentianus *HO, om. A* 3 uuisigothos *XYZ* eorumque regem theoderidum (theoderi*um L^a, theodericum L^bO, theodoridum *XZ*, theodoritum *B*), *om. A* 4 fortissime *VOB* urbis *OB* conspiraret *HP*, conspirauere *L* tyrrannum *H* opta *O* 5 generalem *O* causas proelii non requirit (requiret O^a)] praelia non reliquerit *L* quidquid] *HPVO*, quicquid *LABXY* 6 commiserit] commiserunt *O*, consenserit *L* bachio *V*, bratio *O* mentitur *B* 7 licentia satiat] licentiat *OB* se *om. XY* et *om. BXY (non Duac.)* 8 hic *om. A* se *om. L* adprobat *P* 9 non p. b. u. communis *om. OB* 10 fusum] fusus *B*, fusum me *malim* grauiter] grauit (*sic*) *A* anget] *HPVA*, angent *L*, angit *XYZ*, agit *OB* insidiis] ins. agit *OB* ut de] unde *OB* 11 potentis *OB*, potestatis *XY*, potestates *Z* inultis *B* ferres *P* potentes] postestates (*sic*) *A* fauete] faueret *O* propriis] prope artis *OB* 13 autem] aut *O*, enim *XYZ* uel] aut *XY* hostis] *XY*, hostes *OB*, hos *HPVA*, hoc *L* 14 interragate *B* his et] his et his *LYZ (non X)* similia] similibus *ABY* ual. regem (regis *L*)] regem ualentiniani *B* permouere *B* theodoridum] HP^b, theoderidum P^aVX^bY, thederidum X^a, theodericum *L*, theodoritum *B*, theodorito *O*, theod̄ *A* 16 attillam *P*, atilam *O* quocumque] quoque *O* 17 diuersis gentium] *XY*, diuersis gentibus et *OB*, superbarum gentium *HPVLA* 18 bellum *om.* B^a direxerim *L* quod] quae *A* delibitat *B* pauit *OXYZ* cui mai.] cumagestas *O* 19 ducis *OBXY* laetum *AOBY* 20 rege theoderido *A*, theoderido r. *VXY*, theodorido r. *Z*, r. theodorito *O*, theodorito r. *B* 21 uesigotharum *L*, uuisigothorum *XY* multitudo] exercitus *A* filiis *ABXY* domis *A* dimissis *AOBXY* 22 fridericum *XZ*, friderchum *V*, friderico *B*, frederico *AO*, fredericum *Y* eurichum] *HPVLX*, euricum *YZ*, eurico *A*, turico *OB* retemerim] *HPVLO*, retemeri *B*, retemere *A*, recemerim *XYZ* himnerith] *HPVXYZ*, ymnerit *A*, hiderich L^a, himderich L^b, himmerit *B*, himmert *O* tantum] tamen *A* thorismud] *HPVL*, torismud *A*, thorismod *OB*, thorismund *XYZ* 23 theodoricum *B* participes] principes *OB* laboris] *VLAOBXY*, labores *HP* adsummit *O* procinctus *AB* auxilium tutum] auxiliantum *OB* 24 suaue] sueue B^a sol.] et sol. *B* quibus] quos *AXY* simul *om. L* sabire P^a 25 aperte *V* uero] uiro *O* aecii *P*, aethii *AO*

XXXVI tunc innitebatur res publica Hesperiae plagae, ut undique bellatoribus congregatis adversus ferocem et infinitam multitudinem non impar occurreret. hi enim adfuerunt auxiliares: Franci, Sarmatae, Armoriciani, Liticiani, Burgundiones, Saxones, Ripari, Olibriones, quondam milites Romani, tunc vero iam in numero auxiliarium exquisiti,
192 aliaeque nonnulli Celticae vel Germanie nationes. convenitur itaque in campos Catalaunicos, qui et Mauriaci nominantur, centum leuvas, ut Galli vocant, in longum tenentes et septuaginta in latum. leuva autem Gallica una mille et quingentorum passuum quantitate metitur. fit ergo area innumerabilium populorum pars illa terrarum. conseruntur acies utraeque fortissimae; nihil subreptionibus agitur, sed aperto
193 Marte certatur. quae potest digna causa tantorum motibus invenire? aut quod odium in se cunctos animavit armari? probatum est humanum genus regibus vivere, quando unius mentis insano impetu strages sit facta populorum et arbitrio superbi regis momento defecit quod tot saeculis natura progenuit.

XXXVII
194 Sed antequam pugnae ipsius ordinem referamus, necessarium videtur edicere, quae in ipsis bellorum motibus acciderunt, quia sicut famosum proelium, ita multiplex atque perplexum. Sangibanus namque rex Alanorum metu futurorum perterritus Attilae se tradere pollicetur et Aurelianam civitatem Galliae, ubi tunc consistebat, in
195 eius iura transducere. quod ubi Theodoridus et Aetius agnoverunt, magnis aggeribus eandem urbem ante adventum Attilae struunt, suspectumque custodiunt Sangibanum et inter suos auxiliares medium statuunt cum propria gente. igitur Attila rex Hunnorum tali perculsus eventu diffidens suis copiis metuit inire conflictum. inter que
196 fugam revolvens ipso funere tristiorem, statuit per aruspices futura inquirere. qui more solito nunc pecorum fibras, nunc quasdam venas in abrasis ossibus intuentes Hunnis infausta denuntiant; hoc tamen quantulum praedixere solacii, quod summus

---

H P V L A O B X (*Y Z*). *Paulus h. R. 14, 4* (2 hi — 7 latum). *14, 5* (*a* 22 statuit). *Freculfus 2, 5, 14* (2 hi — 6 nominantur).

1 innitebat *B* 2 infinitem *O* his *OBXY* adfuerunt] fuerunt *Y*, fuere *L*, *om. X* 3 auxiliatores *AXY*, auxilaliares *O* fanci B^a armoritiam *O*, armoriani *B* liticiani] *HPVLA cum Paulo*, litigiani *XYZ*, litiani *OB*, *om. Frec.* burguntiones *P* riparioli briones *HPV cum Paulo et Frec.*, riparii olibriones *A*, ripari oribriones *L*, ripari alubriones *O*, ripariolilbriones (*sic*) *B*, ribarii olibriones *Duac.*, libari olibriones *XYZ* 4 auxiliariorum *O*, auxiliorum *AB* exquesiti *O*, exquisitiae X^aY, exquisitae X^bZ 5 alaeque *HV* nonnulli] *HV*, nonnullae *rel.* germanicae *B* campis catalaunicis *A*, c. catalaunicus O^a 6 mauriaci] *HPVLAXYZ Freculfus*, maurici *OB* nom.] uocantur *A* leuuas] *HPVLA cum Paulo*, leucas *O*, leugas *BY*, leguas *X* ut] aut P^a uocantur *O* longo *A* 7 et] ex *O* lato *A* leuca *OB*, leuga *Y*, legua *X* autem] enim *XYZ*, *om. A* gallica una] *HPVLX*, gallicana *Y*, gallica *AOB* 8 aream *O* pars] pras *B* 9 conferuntur *OB* acien O^a utraque *L*, utrinque *XYZ*, *om. O* aperto marte (marte *om.* A^1) certatur (certatum *Z*)] *AXYZ*, aperto marte testatur *HPVL*, apertum artem testatur *O*, apertum martem testantur *B* 10 mortibus *XY* inuenire] *HPVL*, inueniri *ABXY*, *om. O* quod] quomodo *L* odi* (odiū V^b) V^a 11 amari *O* humanus g. O^a, gen. hum. *B* regibus] legibus *XY* 12 hunius *L* insano *om. XYZ* impetu strages sit] i. stragis fit *X*, impetu trages sit *L*, impetrita gessit *O*, impetu ita geruntur *B* superbi] super *L* momento] monento *P*, monente *A*, mouendo *OB* 13 defecit] *HPVLAXY*, deficitur *O*, deicitur *B* tot] uix *L* seculi *O* 14 ordine *O* uidetur edicere (adicere *L*)] uidere *OB* 15 modibus *O* quia] qui *A*, quam *X* 16 sangibanus] *PVAOBXY cum Paulo*, sangibamas *L*, sanguibanus *H* meto *O* futororum *L* 17 attilae] attil**ei *O*, attilae ei *B* ciuitatem] urbem *A* consistabat *O* 18 traducere *X*, trasducere *O*, contradere *A* theoderidus *VXY*, theodoritus *OB*, theod̄ *A* et actius *HPV*, etius *O* agnouerant *B*, cognouerunt *XY*, cognouere *A* 19 ante adu. att. eandem urbem *L* struunt] stuunt *L*, estruunt *O*, destruunt *B* 20 auxiliare *V*, axiliares *L*, auxiliatores *OXYZ* propria] sua propria *XYZ*, sua *A* igitur] ig. ut *XYZ* attilia *O* rex hunn. *om. A* 21 percussus *A* metuens *OB* inire] in re *O* inter que] intusque *B* 22 fuca *O* tristi|tiorem *H*, grauiorem A^a 23 quosdam *O* 24 sola*** (solacii V^b) V^a sumus *P*

hostium ductor de parte adversa occumberet relictamque victoriam sua morte triumphum foedaret. cumque Attila necem Aetii, quod eius motibus obviabat, vel cum sua perditione duceret expetendam, tali praesagio sollicitus, ut erat consiliorum in rebus bellicis exquisitor, circa nonam diei horam proelium sub trepidatione committit, ut, si secus cederet, nox imminens subveniret. XXXVII

Convenere partes, ut diximus, in campos Catalaunicos. erat autem positio loci declivi tumore in editum collis excrescens. quem uterque cupiens exercitus obtinere, quia loci oportunitas non parvum benificium confert, dextram partem Hunni cum suis, sinistram Romani et Vesegothae cum auxiliariis occuparunt, relictoque de cacumine eius iugo certamen ineunt. dextrum itaque cornum cum Vesegothis Theoderidus tenebat, sinistrum Aetius cum Romanis, conlocantes in medio Sanguibanum, quem superius rettulimus praefuisse Alanis, providentes cautioni militari, ut eum, de cuius animo minus praesumebant, fidelium turba concluderent. facile namque adsumit pugnandi necessitatem, cui fugiendi inponitur difficultas. e diverso vero fuit Hunnorum acies ordinata, ut in medio Attila cum suis fortissimis locaretur, sibi potius rex hac ordinatione prospiciens, quatenus inter gentis suae rubor positus ab imminenti periculo redderetur exceptus. cornua vero eius multiplices populi et diversae nationes, quos dicioni suae subdiderat, ambiebant. inter quos Ostrogotharum praeminebat exercitus Valamire et Theodemire et Videmere germanis ductantibus, ipso etiam rege, cui tunc serviebant, nobilioribus, quia Amalorum generis eos potentia inlustrabat; eratque et Gepidarum agmini innumerabili rex ille famosissimus Ardaricus, qui ob nimiam suam fidelitatem erga Attila eius consiliis intererat. nam perpendens Attila sagacitate sua, eum et Valamerem, Ostrogotharum regem, super ceteros regulos diligebat. erat

XXXVIII 197 198 199 200

H P V L A O B X (Y Z). *Paulus h. R. 14, 5 (ad* 5 subveniret). *14, 2* (18 inter — 21 Ardaricus). *Freculfus 2, 5, 14* (4 circa — 5 subveniret; *item* 17 multiplices — 18 subdiderat).

1 relictaque uictoria *AB*, reliquamque uictoriam *XYZ* morte] mente *O* 2 foedaret] foederatur *O*, foederaret *B* attilia O^a actii *HPV* quod eius] qui eius *LX*, qui suis *Y* mortibus *OB* 3 expedendam *O*, expetendum *X* sollitus *A* 4 diei horam] diae ora *O* 5 secus] securo *O*, non secus *B* cedere *OB* eminens *O* 6 conuenere] conuenire *V*, conuertere *O*, conuerteret *B* campos] partes (?) L^a autem] enim *XYZ* 7 decliui] dediui *V*, decliuo *A*, *om. B* editu *L*, medium *O*, modum *B* excriscens *O* quem] que *O* 8 quia] quod *A* oportunitas] *HPVL*, opp. *rel.* benif.] *H*, benef. *rel.* conferet *O*, conferret *B*, praestat *A* dexteram *OB* 9 occupauerunt *LXY* que *om. A* cacumine] *HPVLAXYZ*, cacuminis *OB* 10 iugo *om. L* certamen ineunt] *XYZ*, certamine (certamini *A*) *reliqui* cornu *LOBXY* cum ues. theodoridus *X*, cum ues. theodoritus *OB*, theodoridus cum ues. *L* 11 sinistram *V* aetius] aeius *P*, eius *O* sanguibanum] *HPV*, sangnibanum *L*, sangibanum *ABXY*, fangibanum *O* 12 cautioni] *HPVLOXY*, cautione *AB* militari] familiari *XY* eum] cum H^a 13 turba] conturba *O*, eum turba *B*, turbae *XYZ* concluderunt (-rent O^2) *ut vid.* O^1, concluderet *LA* 14 difficultas] necessitas A^a honorum *O* 15 fortissimusis (*sic*) *A* sibi (si *O*) . . . 17 exceptus *in litura a m. 1 B* 16 rubor] *HPVO*, robur *LABXY* eminanti *O* 17 cornu *V* 18 quos d.] *HPVO*, quas d. *LABXY* subderat *L* quas *A* hostrogotharum *LO* 19 uualamire *O*, uualamine B^a, uualamiri B^b, ualamere *XZ*, uelamere *Y* theodemeri *O*, theodomeri *B*, theoderinire *X*, theodermire *Z*, theudemire *Y* uidemere] *HPVX*, uidemire *A*, uuidimire *LB*, uindemere *Z*, uindemire *Y*, uuindmire (*sic*) *O* ipse e. rege *P*, ipsum e. regem *O* 20 quia] quia et *L* pot. (pontentia *O*) inl.] ill. pot. *A* eratque] peratque O^a, praeeratque O^b 21 et] cum *Y*, *om. X* tepidarum *O* agmini] *HPVLO*, agmine *rel.* innumerabilium *A* ille *om. A* fam.] fortissimus et famosissimus *XY* 22 ergo *O* attila] *HPVL*, attilam *AOBXY* sagacitate sua] *LO*, sagacitatem suam *BXY*, sacitate sua *PV*, sacietate sua *H*, societate sua *A* 23 eum *om. L* uualamerem *O*, uualamerum *L*, ualamirem *A*, uualamirem *B*, ualemerem *X* ostrogothorum *XYZ*, *om. A*

XXXVIII namque Valamir secreti tenax[1], blandus alloquio, dolis gnarus; Ardaricus fide et consilio, ut diximus[2], clarus. quibus non inmerito contra parentes Vesegothas debuit credere pugnaturis. reliqua autem, si dici fas est, turba regum diversarumque nationum ductores ac si satellites notibus Attilae attendebant, et ubi oculo annuisset, absque aliqua murmuratione cum timore et tremore unusquisque adstabat, aut certe,
201 quod iussus fuerat, exequebatur. solus Attila rex omnium regum super omnes et pro omnibus sollicitus erat. fit ergo de loci, quem diximus, oportunitate certamen. Attila suos diriget, qui cacumen montis invaderent, sed a Thorismundo et Aetio praevenitur, qui eluctati collis excelsa ut conscenderent, superiores effecti sunt, venientesque Hunnos montis benificio facile turbaverunt.

XXXIX
202 Tunc Attila cum videret exercitum causa praecedente turbatum, tali eum ex tempore credidit alloquio confirmandum. 'post victorias tantarum gentium, post orbem, 'si consistatis, edomitum, ineptum iudicaveram tamquam ignaros rei verbis acuere.
203 'quaerat hoc aut novus ductor aut inexpertus exercitus. nec mihi fas est aliquid 'vulgare dicere, nec vobis oportet audire. quid autem aliud vos quam bellare con- 'suetum? aut quid viro forti suavius, quam vindicta manu querere? magnum munus
204 'a natura animos ultione satiare. adgrediamur igitur hostem alacres: audaciores sunt 'semper, qui inferunt bellum. adunatas dispicite dissonas gentes: indicium pavoris 'est societate defendi. en ante impetum nostrum terroribus iam feruntur, excelsa 'quaerunt, tumulos capiunt et sera paenitudine in campos monitiones efflagitant. 'nota vobis sunt quam sint levia Romanorum arma: primo etiam non dico vulnere, 'sed ipso pulvere gravantur, dum in ordine coeunt et acies testudineque conectunt.
205 'vos confligite perstantibus animis, ut soletis, despicientesque eorum aciem Alanos 'invadite, in Vesegothas incumbite. inde nobis cita victoria quaerere. unde se con- 'tinet bellum. abscisa autem nervis mox membra relabuntur, nec potest stare corpus,

---

H P V L A O B (*deficit folio exciso* 2 *in* quibus) *X* (*Y Z*).

1 uualamir *B*, ualamer *XYZ*, uualamer *O*, uualamar *L* dolis gnarus] *HPVL*, dolis ignarus *AO*, doli ignarus *BXY* ardarich *OBX*, adarich *Y* fide et c. ut d. clarus (cl. ut d. *B*) *om. H* 2 uesogothas *L*, uuisigothas *X*, uuisigothos *YZ* 3 pugnaturus *L*, pugnatoris *O* autem] enim *XY* 4 nationum] gentium *Y*, *om. X* si *om. A* notibus] *HP*, nutibus *VLAOXY* *post* attilae *ins.* adtile si dici fas est *L* annuissit *O* 5 murm. al. *A* unoquoque *L* atstabat *O* 6 exequabatur *L* solus] sed solus *O* regum *om. A* 7 attila suos] attil*uos *L* 8 diriget] *HPVL*, dirigit *AOXY* muntis inuaderint *O* 9 conscenderant *XY*, *recte puto*, conscinderint *O* 11 eum tali *O* 12 crededit *P*, credit *AO* urbem *O* 13 si consistatis] si consistebatis *L*, sic constitutis *O* rei] re L^a, regis L^b, *om. XYZ* 14 aut] autem *O* doctor *VLO* aut] autem *O* 15 uulgurae ducere *L* uobis] *HPVLOZ Duac.*, uos *AXY* oportit *PO* autem] enim *XY* uos] uobis *A* consuetum] consueti *O*, consuetos *XY*: consuestis *Malatestianus* 16 uindicta] *HPVO*, uindictam *LAXY* manu] mannu *P*, manuque *O* magnum *om. XYZ* (*habet Duac.*) munus] minus *L* 17 animos] animum *O* hostes *A* 18 qui] qua *L* 19 defend *O* nostrum *om. O* 20 queruntur *O* campis *AXY* monitiones] *HPVL*, munitiones *AOXY* efflagitantur *O* 21 nota uobis (nobis *O*) sunt] notum est uobis *XYZ* sint] sunt *XY* dicam *A* 22 ordinem *XYZ* testudineque] *HPV*, testodinemque *O*, testudinesque *LXYZ*, testudine *A* conectant *L* 23 praestantibus *A* acies *O* 24 in uuisigothos *XYZ*, uesegothis *A* incombite *O* nobis] nobis est *O*, nobis erit *XYZ* citam uictoriam *AXY* se (*om. L*) cont. bell.] bell. se cont. *A* 25 abcisis *A* autem] enim *XY* (*non Duac.*) delabuntur *XZ* (*non Duac.*), dilabuntur *AY* nec] ne *A*

---

1) *Cassiodorius* (*supra p. 76 not. 1*): Vnalamer . . . enituit fide.
2) *c. 38, 199.*

'cui ossa subtraxeris. consurgant animi, furor solitus intumescat. nunc consilia, XXXIX
'Hunni, nunc arma depromite: aut vulneratus quis adversarii mortem reposcat aut
'inlaesus hostium clade satietur. victuros nulla tela conveniunt, morituros et in otio 206
'fata praecipitant. postremo cur fortuna Hunnos tot gentium victores adseret, nisi
'ad certaminis huius gaudia praeparasset? quis denique Meotidarum iter maiores
'nostros aperuit tot saeculis clausum secretum? quis adhuc inermibus cedere faciebat
'armatos? faciem Hunnorum non poterat ferre adunata collectio. non fallor eventu:
'hic campus est, quem nobis tot prospera promiserunt. primus in hoste tela coiciam.
'si quis potuerit Attila pugnante otio ferre, sepultus est'. his verbis accensi, in
pugna cuncti praecipitantur.

Et quamvis haberent res ipse formidinem, praesentia tamen regis cunctatione me- XL 207
rentibus auferebat. manu manibus congrediuntur; bellum atrox multiplex immane
pertinax, cui simile nulla usquam narrat antiquitas, ubi talia gesta referantur, ut
nihil esset, quod in vita sua conspicere potuisset egregius, qui huius miraculi priva-
retur aspectu. nam si senioribus credere fas est, rivulus memorati campi humili ripa 208
praelabens, peremptorum vulneribus sanguine multo provectus est, non auctus imbri-
bus, ut solebat, sed liquore concitatus insolito torrens factus est cruoris augmento.
et quos illic coegit in aridam sitim vulnus inflictum, fluenta mixta clade traxerunt:
ita constricti sorte miserabili sorvebant putantes sanguinem quem fuderant sauciati.
hic Theodoridus rex dum adhortans discurrit exercitum, equo depulsus pedibusque 209
suorum conculcatus vitam maturae senectutis conclusit. alii vero dicunt eum inter-
fectum telo Andagis de parte Ostrogotharum, qui tunc Attilanis sequebantur regimen.
hoc fuit, quod Attilae praesagio aruspices prius dixerant, quamvis ille de Aetio
suspicaret. tunc Vesegothae dividentes se ab Alanis invadunt Hunnorum caterva et 210
pene Attilam trucidarent[1]), nisi providus prius fugisset et se suosque ilico intra septa

---

H P V L A O B (*inc.* 15 nam si) *X* (*Y Z*). *Paulus h. R. 14, 6 sq.* (*a* 11 Et quamvis).

1 cuius *O* solitus] sollicitus *XYZ* intumiscat *O* 2 deposcat *O* 3 uicturos] *OXY*, uicturis *A*, uicturus *HPV*, uicturo *L* conuenient *O* odio *L* 4 praecipiant *O* adseret] *HPVLA*, asserit *XYZ*, adsereret *O*, *recte puto* 5 huius *om. L*^{a} preparasit *O* inter maiores nostros aperuit *HPVLA*, aperniciter (*id est* aperuit iter) maioribus nostris *O*, iter maioribus nostris aperuit *XY* 6 cedere] condere *O* 7 non f.] nec f. *XYZ*, nisi f. *A* euento *O*, *om. L* 8 promiserat *O* hoste] *HPVOXY*, oste *L*, hostem *A* 9 attilam pugnantem *L* otio] *HPVLA*, otium *OXY* ascensi *P* 10 pugna] *HPV*, pugnam *LAOXY* 11 cunctatione (-nem *XY*) merentibus] *HPVLXY*, cunctationem aerentibus *O*, cunctacionem herentibus *A*: *fortasse* cunctationem morantibus 13 nullum *XYZ* umquam *L* ubi talia] et ibi tali *L* referantur] *OXYZ*, referuntur *HPVLA* ut nihil esset] *LA*, ut nihil esse *HPVO*, nichil esse *XZ*, nichil est *Y* 14 conspicere potuisset] conspexisset *L*^{a} 15 aspectibus *P*^{a} si *om. A*^{a} ribulus *O* campi *om. O* 16 multo prou. est (est *om. OB*)] prou. est multo *A* actus *OB* 17 licore *A* est *om. A* 18 illic] illi *V* inflictu *L* clade traxerunt] *OBXY*, clade detraxerunt *HPVL*, clade detraxerant *A* 19 contricti *O* soruebant] *HPVL*, sorbebant *AOBXY* putantes] *HPVL*, potantes *AOBXY* fuderunt *OBXY* 20 theoderidus *VXY*, theodoritus *B*, theodotus *O*, teoridus *A* adhortans] *BY*, adortans *OX*, adortus *HPVL*, ad hortandum *A* discurreret *OB* ex.] per ex. *A* que *om. A* 21 suorum] eorum *P*^{a} proculcatus *XYZ* matura senectute *OB* interfecto *P*^{a} 22 andagagis *L* ostrogothorum *O* attilanis] *HPVL*, antilanis *O*, attilani *Z*, attilanum *BX*^{b}*Y*, attilianum *X*^{a}, attilae *A* sequebatur *A* 23 hoc] haec *O* dixerunt *XY* quamuis] quam *O*, cum *B* aethio *O* 24 suspicaretur *ABXY* uesegothi *L* caterua] *HPV*, cateruam *LA*, cateruas *OBXY* 25 attilam] totilam *L* prouidus prius] prouide ille *A* intra] contra *L*

---

1) *cf. Cassiodorius ad a. 451:* Romani Aetio duce Gothis auxiliaribus contra Attilam in campo Catalaunico pugnaverunt, qui virtute Gothorum superatus abscessit: *Prosper neque locum nominat neque Gothis victoriae meritum tribuit.*

XL castrorum, quam plaustris vallatum habebat, reclusisset; quamvis fragili munimine, eo tamen quaesierunt subsidium vitae, quibus paulo ante nullus poterat muralis agger
211 obsistere. Thorismud autem regis Theodoridi filius, qui cum Aetio collem anticipans hostes de superiore loco proturbaverat, credens se ad agmina propria pervenire, nocte caeca ad hostium carpenta ignarus incurrit. quem fortiter demicante quidam capite vulnerato equo deiecit, suorumque providentia liberatus a proeliandi intentione desivit.
212 Aetius vero similiter noctis confusione divisus cum inter hostes medius vagaretur, trepidus, ne quid incidisset adversi Gothos, inquiret, tandemque ad socia castra perveniens, relicuum noctis scutorum defensione transegit. postera die luce orta cum tumulatos cadaveribus campos aspicerent nec audere Hunnos erumpere, suam arbitrantes victoriam scientesque Attilam non nisi magna clade confossum bella confugere, cum tamen nil ageret vel prostratus abiectum, sed strepens armis, tubis canebat incursionemque minabatur, velut leo venabulis praessus speluncae aditus obambulans nec audet insurgere nec desinet fremetibus vicina terrere: sic bellicosissimus rex
213 victores suos turbabat inclusus. conveniunt itaque Gothi Romanique et quid agerent de superato Attila, deliberant. placet eum obsidione fatigari, quia annonae copiam non habebat, quando ab ipsorum sagittariis intra septa castrorum locatis crebris ictibus arceretur accessus. fertur autem desperatis rebus praedictum regem adhuc et suppraemo magnanimem equinis sellis construxisse pyram seseque, si adversarii inrumperent, flammis inicere voluisse, ne aut aliquis eius vulnere laetaretur aut in potestate hostium tantarum gentium dominus perveniret.

XLI 214 Verum inter has obsidionum moras Vesegothae regem, fili patrem requirunt, admirantes eius absentiam, dum felicitas fuerit subsecuta. cumque diutius exploratum, ut viris fortibus mos est, inter densissima cadavera repperissent, cantibus honoratum

---

H P V L A O B X (Y Z). Paulus l. c.

1 quam p. uallatum] *HPV*, quam p. uallatam *L*, quae p. uallata *AOBXY* quamuis] q. enim *A* fragili munimine (munitione *L*) eo] fragile munimen eum *O*, fragile munimentum *B* 2 subsidio *OB* nullus *om. A*^{a} mularis ager *O*, mulis agger *P*^{a} 3 resistere *L*, obsistenere *O* thorismud] *HPVL*, thorismund *OBXY*, thorismut *A:* Torismund Theodoriti filius *Paulus 14* [*15*], *4;* Turismodum Theodoridi regis interfecti filium *Freculfus 2, 5, 14* autem] enim *XYZ* theoderidi *VXY*, teoderidi *A*, theodoriti *B cum Paulo*, theodereti *O* collem anticipans] *AOBXY*, collemancipans *HPVL* 4 hostes de] hoste *A* superiore] *HPVXY*, superiori *LAOB* proturbauerat] *OBXY*, deturbauerat *HPVLA* credens *om. B*^{a} 5 ad *om. AXY* carpentia *O*, cappenta *B* demicante] *HPV*, dimicantem *LAOBXY* 6 e****eiecit (equo deiecit H^2) H^1, eoquo deiecit *O* que *om. O* prudentia *A* preliendi *O* desiuit] *PVABXYZ*, deseuit *L*, desiuet *O*, deuisit *H* 7 aeius *O* medius] *PVLAXY*, medius medius *H*, medios *OB* uacaretur *O* 8 incedisset *O* gothos (uuisigothos *XYZ*) inquiret (inquirit *LAXYZ*)] gothis inquirens *OB* que *om. A* 9 relicuum] *HP*, relicum *O*, reliquam *X*, reliquum *rel.* 10 tumulatos cad.] *HPVAXYZ*, tot cad. *L*, cadaueribus plenos *OB* nec] ne *B* auderent hunos inrumpere *A* arbitrantes] arbitrantur esse *B* 11 confossum] *HPVLAXY*, confusum *OB*, confessum *Z* confugere] *HPVLXYZ*, confusisse *B*^{a}, confugisse *B*^{b}, iam fugisse *O*, fugere *A: malim* defugere 12 cum] tu *O* nil] nichil *LXY* uel prostr. abi.] uelut prostratus aut abiectum se demonstrabat *A* 13 uelut] sicut enim *A* spelucae *H* aditos *O*^{a} 14 desinet] *HPVL*, desinit *AOBXY* fremetibus] *HPV*, frementibus *L*, fremitibus *AOBXY* uicina terrae *O*, terrere uicina *B* 15 uictores s. t. inclusus (inclusis *P*) c. i. gothi *om. O* 16 deliberarent *L* quia a. c.] *scripsi*, qui annonae copiam *HPVLABXY*, que non aequo piam *O* 17 quando] quoniam *XYZ* ab *om. L* ipsorum] ipsius *B* sagittaris *L* septra *B* castorum *V* 18 autem] enim *XYZ* disperatis *O* rebus] in rebus *OB* praedictum regem] praedictum *L*, praedictus rex *XY* adhuc et] et adhuc *XYZ* 19 suppraemo] *HP*, suppremo *V*, sub primo *A*, supremo esse *L*, in sup(p)remo *OBXY* magnanimem] magnam nimis *XY* inrumperint O^b, inrumperit O^a 20 eius *om. H* potestate] *HPVL*, potestatem *AOBXYZ* 21 tantarum hostium *O*, tantorum hostium *B*, tantarum (*om.* hostium) *XYZ* dominus *om. L* 22 uesogothae *L* fili] *H*, filii *rel.* mirantes *A* 23 eius obsentiam *O*, enim absentiam (-tium *X*) *XZ*, eum absentem *Y* 24 uiri *O* dentissima *B* cadauera] corpora *A* honoratum] honoribus *A*

inimicis spectantibus abstulerunt. videres Gothorum globos dissonis vocibus confra- XLI
gosos adhuc inter bella furentia funeri reddidisse culturam. fundebantur lacrimae,
sed quae viris fortibus inpendi solent. nam mors erat, sed Hunno teste gloriosa,
unde hostium putaretur inclinatam fore superbiam, quando tanti regis efferri cadaver
cum suis insignibus conspiciebant. at Gothi Theodorito adhuc iusta solventes armis 215
insonantibus regiam deferunt maiestatem fortissimusque Thorismud bene gloriosos ma-
nes carissimi patris, ut decebat filium, patris exequias prosecutus. quod postquam
peractum est, orbitatis dolore commotus et virtutis impetu, qua valebat, dum in reli-
quis Hunnorum mortem patris vindicare contendit, Aetium patricium ac si seniorem
prudentiaeque maturum de hac parte consuluit, quid sibi esset in tempore faciendum.
ille vero metuens, ne Hunnis funditus interemptis a Gothis Romanum praemeretur 216
imperium, praebet hac suasione consilium, ut ad sedes proprias remearet regnumque,
quod pater reliquerat, arriperet, ne germani eius opibus adsumptis paternis Vesego-
tharum regno pervaderent graviterque dehinc cum suis et, quod peius est, miseriter-
que pugnaret. quod responsum non ambiguae, ut datum est, sed pro sua potius
utilitate susceptum relictis Hunnis redit ad Gallias. sic humana fragilitas dum sus- 217
picionibus occurrit, magna plerumque agenda rerum occasione intercepit. in hoc
etenim famosissimo et fortissimarum gentium bello ab utrisque partibus CLXV milia
caesa referuntur, exceptis quindecim milibus Gepidarum et Francorum, qui ante con-
gressionem publicam noctu sibi occurrentes mutuis concidere vulneribus. Francis pro
Romanorum, Gepidas pro Hunnorum parte pugnantibus.

Attila igitur cognita discessione Gothorum, quod de inopinatis collegi solet, ini- 218
micorum magis aestimans dolum diutius se intra castra continuit. sed ubi hostium
absentia sunt longa silentia consecuta, erigitur mens ad victoriam, gaudia praesu-
muntur atque potentis regis animus in antiqua fata revertitur. Thorismud ergo, pa-
tre mortuo in campis statim Catalaunicis, ubi et pugnaverat, regia maiestate sub-

---

H P V L A O B X (*Y Z*). *Paulus l. c. Freculfus* 2, 5, *14* (17 in hoc — 20 vulneribus).

1 expectantibus *LO* uideris *O* glouos *L* confracosos *HPVL* 2 reddedisse *PVO* cultura *A* fundebatur *L* 3 quae uiris] queraes *L* fotibus *A* nam] nostram *O*, nostra B^b, *inc.* B^a hunno] huno *Y*, uno *X* 4 inde *XYZ* putaretur *om. XYZ* inclinata f. superbiam *O*, inclinata f. superbia *AB*, inclinatam superbiam *Z* tanti *om. OB* efferre *OB* 5 inspiciebant *OB* ad *P* gothis *X* theodorito] *HPLOB*, theodorido *Z*, theoderido *VXY*, regi theoderido *A* iuxta *A* soluentibus *X* 6 regia *L* defert O^a magestatem *PO* thorismund *OBXY* gloriosos] gloriosus *A*, gloriosus ad *B*, gloriosius *O* manens *A* 7 crissimi *O* patris *ante* ut *om. A* docebat O^a patris *ante* exeq. *om. B* prosec.] prosecutus est *V*, est prosec. *B* qu** (quod H^b) H^a, *om. XYZ* 8 qua] quo *A* reliquis] *HPV*, reliq̄is *A*, requis *L*, reliquias *OBXY* 9 mortem patris] mortis B^a 10 prudentiaque *AOBXY* maturo *O* consoluit *O* quid] quod *L*, qui *O* 11 fund. hunis *X* interemptis] euersis *A* a] e *OB* romanorum *L* praemeretur] *HV*, prem. *rel.* 12 haec O^a 13 pater] pater eius *B* germani] germanus *A* adsumptis] sumptis *OBXY* uuisigothorum *XYZ*, *om. A* 14 regno] *HPV*, regnum *AOBXY*, *om. L* peruaderint *O*, inuaderet *A* ne . . . acerbius ei esset cum suis quam cum hostibus dimicare *Paulus 14, 8: fortasse scr.* et quod peius est cum suis miseriterque] *HPVLOB*, miserabiliter *XY*, misereque *A* 15 quo responso *B* 16 suscepto *OB* rediit ad galias *O* 17 occurrit] incurrerit *OB* plerumque *om. XY* agenda rer. occasione (occ. rer. *O*)] *HPVLAO*, agendo occasione rerum *B*, agendarum rerum occasione *XY* intercipit AB^b, incipit B^a, intercipitur *XY* 18 etenim] enim *AOB* famissimo *L* CLXV] *HPVLAOXYZ cum Paulo et Freculfo*, clxii *B* 19 exceptis quindecim] *HVLAXYZ Freculfus*, exc. quindecem *P*, excepto xc *OB* 20 puplicam *O* nocte *LB* 21 gepidis *AOBXY* 22 disc. cogn. *OB* collegi] *HPVLO*, colligi *ABXY* solet] solet et *OB* 23 aestimans] aestiman*** *O* intra] in *O* castra] claustra *A* 24 absentia] *HPO*, absentiam *VLAB*, absentium *XY* consecuta] subsecuta *BY* 25 torismud *A*, thorismund *LOBXY* 26 statim *om. LA* catalaunicus *P* pugnauerit *A* suffectus *XYZ*

XLI vectus Tolosam ingreditur. hic licet fratrum et fortium turba gauderet, ipse tamen sic sua initia moderatus est, ut nullius repperiret de regni sucessione certamen.
XLII 219 Attila vero nancta occasione de secessu Vesegotharum, et, quod saepe optaverat, cernens hostium solutione per partes, mox iam securus ad oppressionem Romanorum movit procinctum, primaque adgressione Aquileiensem obsidet civitatem, quae est metropolis Venetiarum, in mucrone vel lingua Atriatici posita sinus, cuius ab oriente
220 murus Natissa amnis fluens a monte Piccis elambit. ibique cum diu multumque obsidens nihil paenitus praevaleret, fortissimis intrinsecus Romanorum militibus resistentibus, exercitu iam murmurante et discedere cupiente, Attila deambulans circa muros, dum, utrum solveret castra an adhuc remoraretur, deliberat, animadvertit candidas aves, id est ciconias, qui in fastigia domorum nidificant, de civitate foetos suos
221 trahere atque contra morem per rura forinsecus conportare. et ut erat sagacissimus inquisitor, presensit et ad suos: 'respicite', inquid, 'aves futurarum rerum providas 'perituram relinquere civitatem casurasque arces periculo imminente deserere. non 'hoc vacuum, non hoc credatur incertum; rebus presciis consuetudinem mutat ventura 'formido'. quid plura? animos suorum rursus ad oppugnandam Aquileiam inflammat. qui machinis constructis omniaque genera tormentorum adhibita, nec mora et invadunt civitatem [1]), spoliant, dividunt vastantque crudeliter, ita ut vix eius vestigia ut appa-
222 reat reliquerunt. exhinc iam audaciores et necdum Romanorum sanguine satiati per reliquas Venetum civitates Hunni bacchantur. Mediolanum quoque Liguriae metropolim et quondam regiam urbem pari tenore devastant nec non et Ticinum aequali sorte deiciunt vicinaque loca saevientes allidunt demoliuntque pene totam Italiam. cumque ad Romam animus fuisset eius adtentus accedere, sui eum, ut Priscus istoricus

---

H P V L A S (*inc.* 3 item ad locum. Attila) *O B X* (*Y Z*). *Paulus l. c. Freculfus 2, 5, 14* (3 Attila — 5 civitatem; *a* 18 ita).

1 t(h)olosum *XYZ* 2 repperire *O* 3 uero *om. S* nacta *VLBX* de recessu *SOB*, discessu *XYZ Duac.* uuisigothorum *XYZ* 4 solutione] *HPV*, solutionem *LASOB*, dissolutionem *XYZ Duac.* per] par *L* 5 adgressionem *LS* aquiligensem *SO*, aquilegiensem *B*, aquileisensem *X* obsidet] *HPVL*, obsedit *ASOBXY*, obsidens *Frec.* ciuitatem] urbem *A* 6 atriatici] *HPVSO*, adriatici *LABXY* 7 murus] *HPVLO^{a}XYZ*, muros *ASO^{b}B* a] de *B* elambet *O*, elabitur *X* multoque *SO*, multoque tempore *B* 8 nihil] nil *A* paenitus *om. O* preualerit *O* 9 exercitum *L* murmurate *B^a*, numerante *A^a*, munerante *A^b* murus *O^a* 10 castra solu. *B* remoraretur] *HPVAXYZ*, remoretur *L*, moraretur *SOB^b*, moreretur *B^a* deliberaret *A* animaduerteret *O* 11 id est] idem *O* ciconeas *SO^b* (ciconias *O^a et O^2*) qui] *HPVLSO*, quae *ABXY* fastidia *L*, fastigio *BXY Duac.*, fastigiis *A* nidificant] aedificantur *SO*, edificant *B* ciuitate] uitate *B^a* foetos] *H*, faetos *PV*, foetus *LA*, f(a)etus *BXY*, foedos *SO* 12 trahare *O* erat] hoc sicut erat *B* sacacissimus (**cacissimus *V^a*) *PV^b*, sagissimus *L* 13 praesentit *L*, persensit *SB* et *om. SOB* futurorum *L* 14 cassurasque *O* eminente *SO* 16 quid plura] quid plus *SB*, qui plus *O* animus *SB* rursus] fursus *P*, *om. V^a*, *post* pugnandum *B* oppugnandam] hoc pugnandum *SO*, pugnandum *B* aquilegiam *B* inflammatur *SOB* 17 o. g. armamentorum a. *S*, omnibusque generibus t. adhibitis *ABXY Duac.* nec] ne *O* et *om. ABXY Duac.* 18 spoliantur *SB*, spoliant** *O* fastantque *P* uix] uis *A* ut appareat] *HPVL^{a}O*, appareat *L^{b}S*, ut appareant *B*, ut apparet *A*, apparerent (*om.* ut) *XYZ Duac.* 19 relinquerunt *S*, reliquerint *A^2*, reliqua *Z* exhinc] et hinc *SXYZ Duac.*, *om. O* per] in *A*, *om. P* 20 ciuitate *O* bac(c)habantur *OB* licurie *S*, licuriae *O* 21 condam *O* tenore] tanore *P*, tinore *S*, timore *O* deuastantur *S*, deuastante *O* et ticinum] ticinum *A*, dicinam *P^a*, dicinum *P^b* 22 sedentes *S* demoliuntque] *HPVLSOZ*, demoliunturque *ABXY Duac.* tota *O* 23 animus] animos *O*, animusque eius *L* storicus *PVL*, historicus *AOBXY*

---

1) *cf. Cassiodorius chron. ad a. 452* (*Prosper non habet*): Attila Aquileiam magna vi dimicans introivit.

refert, removerunt, non urbi, cui inimici erant, consulentes, sed Alarici quondam Vesegotharum regis obicientes exemplo, veriti regis sui fortunam, quia ille post fractam Romam non diu supervixerit, sed protinus rebus humanis excessit. igitur dum eius animus ancipiti negotio inter ire et non ire fluctuaret secumque deliberans tardaret, placida ei legatio a Roma advenit. nam Leo papa per se ad eum accedens in agro Venetum Ambuleio, ubi Mincius amnis commeantium frequentatione transitur. qui mox deposuit exercitatu furore et rediens, quo venerat, iter ultra Danubium promissa pace discessit[1]), illud pre omnibus denuntians atque interminando decernens, graviora se in Italia inlaturum, nisi ad se Honoriam Valentiniani principis germanam, filiam Placidiae Augustae, cum portione sibi regalium opum debita mitterent[2]). ferebatur enim, quia haec Honoria, dum propter aulae decus ad castitatem teneretur nutu fratris inclusa, clam eunucho misso Attilam invitasse, ut contra fratris potentiam eius patrociniis uteretur: prorsus indignum facinus, ut licentiam libidinis malo publico conpararet. XLII 223 224

Reversus itaque Attila in sedes suas et quasi otii penitens graviterque ferens a bello cessare, ad Orientis principem Marcianum legatos dirigit, provinciarum testans vastationem, quod sibi promissum a Theodosio quondam imperatore minime persolveretur[3]), et inhumanior solito suis hostibus appareret. haec tamen agens, ut erat versutus et callidus, alibi minatus alibi arma sua commovit, et, quod restabat indignationi, faciem in Vesegothas convertit. sed non eum, quem de Romanis, reportavit eventum. nam per dissimiles anteriores vias recurrens, Alanorum partem trans flumen Ligeris considentem statuit suae redigere dicioni, quatenus mutata per ipsos belli XLIII 225 226

H P V L A S (*finit* 2 fortunam) *O B X* (*Y Z*). *Paulus l. c.* (*ad* 10 mitterent). *Freculfus l. c.* (*ad* 8 discessit).

1 urbi] ut urbi *XYZ* erant] essent *L* consulentes] consu (*sic*) *A* halarici *V* quondam] condam *P*, quod *O* uuisigothorum *XYZ* 2 obicientes (obicientem *L*) exemplo (exemplum *LASOBXY*) ueriti regis *om. H* quia] quod *XYZ* ille] illi *HPV*, *om. A* pos *O* 3 non diu] nodiu V^a, diu non *B*, diu *O* superuixerat *B* excesserit *A* 4 an. ancipi**ti *P*, anc. anim. *B* 5 placita *OB* a *om. AOB* aduenit] peruenit *XYZ* accedit *AB* agro uenetum] acrouentum *OB* 6 ambuleio] *HPVAXYZ*, abuleio *L*, amboleio *OB* mentius *O* 7 deposito *XY* exercitatu furore] *HPV*, exercitatus furore (-rem *A*) *LA*, excitatum furorem *OB*, exercitus furore *XY* quo] qua *O*, quia *B* iter] HP^bVXY, ite* P^a, iterum *Z*, item *A*, id est *OB*, *om. L* 8 discernens *OB* 9 in italia] *HPVLOXY*, in italiam *B*, italiae *A* ualentiani *O* 10 placidiam *O* debita mitterent] debitam mitterent *A*, debita mitteret *B*, debet amitteret *O* 11 haec] hoc *X* dec. aul. *B* ad] ac *OB* nutu fr. inclusa] motu fr. inclausa *O* 12 clam] clandestino O^2BXY, clardestino O^1 eunu***co *O* inuitasse] *HPVL*, inuitasset *AOBXY* 13 libinis *L* puplico *O* conp**raret (conpararet H^b) H^a 14 itaque] namque *A* suas] proprias *X Duac.*, propria *Y* odii *L* 15 dir.] mittens dir. *A* 16 quod] qua *XZ*, quia *Y*, nisi *A* sibi] ibi *L*, ipsi *O* promisso *O*, promissa *B* quodam *L* minime] munus *A* solueretur *A* 17 inhumanior] *OBXY Duac.*, inhumaniora *HPVLA* apparere V^b (appare** V^a) *A* hae *O* tamen] tunc *A* 18 minatur *L* sua *om. AY* testabat *A* indignationis *AXYZ* 19 faciem *om. A* conuertit] *HPVLA*, retorsit *OBXY* 20 dissimilis *O* anterioribus *AB*, anterioris *Z* 21 consedentem *LO* redigi *XYZ* per ips. mut. *A*

---

1) *Prosper ad a. 452:* suscepit . . . negotium . . . papa Leo . . . ita summi sacerdotis praesentia rex gavisus est, ut et bello abstineri praeciperet et ultra Danuvium promissa pace discederet.

2) *cf. Priscus fr. 16 p. 99 Muell.:* ὁ Ἀττήλας . . . τῶν ἀμφ' αὐτὸν ἄνδρας ἐς τὴν Ἰταλίαν ἔπεμπεν ὥστε τὴν Ὀνωρίαν ἐκδιδόναι· εἶναι γὰρ αὐτῷ ἡρμοσμένην πρὸς γάμον, τεκμήριον ποιούμενος τὸν παρ' αὐτῆς πεμφθέντα δακτύλιον, ὃν καὶ ἐπιδειχθησόμενον ἐστάλκει· παραχωρεῖν δὲ αὐτῷ τὸν Βαλεντινιανὸν καὶ τοῦ ἡμίσεως τῆς βασιλείας μέρους.

3) *Priscus fr. 19 p. 99 Muell.:* ὁ Ἀττήλας μετὰ τὸ τὴν Ἰταλίαν ἀνδραποδίσασθαι ἐπὶ τὰ σφέτερα ἀναζεύξας τοῖς κρατοῦσι τῶν ἑῴων Ῥωμαίων πόλεμον καὶ ἀνδραποδισμὸν τῆς χώρας κατήγγελλεν, ὡς μὴ ἐκπεμφθέντος τοῦ παρὰ Θεοδοσίου τεταγμένου φόρου.

XLIII facie terribilior immineret. igitur ab Dacia et Pannonia provinciis, in quibus tunc Hunni cum diversis subditis nationibus insidebant, egrediens Attila in Alanos movit
227 procinctum. sed Thorismud rex Vesegotharum, fraudem Attilae non inpari subtilitate presentiens, ad Alanos tota velocitate prius advenit, ibique supervenientis Attilae iam motibus preparatus occurrit, consertoque proelio pene simili eum tenore, ut prius in campos Catalaunicos, ab spe removit victoriae fugatumque a partibus suis sine triumpho remittens in sedes proprias fugire compulit. sic Attila famosus et multarum victoriarum dominus dum quaerit famam perditoris abicere et quod prius a Vesegothis per-
228 tulerat abolere, geminata sustenuit ingloriosusque recessit. Thorismud vero repulsis ab Alanis Hunnorum catervis sine aliqua suorum lesione Tolosa migravit suorumque quieta pace conposita tertio anno regni sui egrotans, dum sanguinem tollit de vena, ab Ascalc suo clienti inimico nuntiante arma subtracta peremptus est. una tamen manu, quam liberam habebat, scabillum tenens sanguinis sui extitit ultor, aliquantos insidiantes sibi extinguens.

XLIV 229 Post cuius decessum Theoderidus germanus eius Vesaegotharum in regno succedens, mox Riciarium Suavorum regem cognatum suum repperit inimicum. hic etenim Riciarius affinitate Theoderidi presumens, universam pene Spaniam sibi credidit occupandam, iudicans oportunum tempus subreptionis incomposita initia temptare regnantis.
230 quibus antea Gallicia et Lysitania sedes fuere, quae in dextro latere Spaniae per ripam Oceani porriguntur, habentes ab oriente Austrogonia, ab occidente in promuntorio sacrum Scipionis Romani ducis monumentum, a septentrione Oceanum, a meridie Lysitaniam et fluvium Tagum, qui harenis suis permiscens auri metalla trahit cum limi vilitate divitias. exinde ergo exiens Riciarius rex Suavorum nititur totas Spanias
231 occupare. cui Theodoridus cognatus suus, ut erat moderatus, legatos mittens, pacifice dixit, ut non solum recederet a finibus alienis, verum etiam nec temptare presumeret, odium sibi tali ambitione adquirens. ille vero animo pretumido ait: 'si hic 'murmuras et me venire causaris, Tolosam, ubi tu sedes, veniam; ibi, si vales, re-

---

H P V L A O (*deficit in* 17 cre *folio exciso*) *B X* (*Y Z*).' *Paulus 14*, 2 (1 ab Dacia et Pannonia).

1 facies *L* emineret *OB* ab dacia] *OBXY*, a dacia *HPVA*, audacia *L* pannia *O* in] cum *L* 2 insedebant *O* 3 torismud *A*, thorismund *OBXY* uuisigothorum *XY* subdilitate *P* 4 persentiens *OB* uelocitate] subtilitate *OB* aduenit] uenit *A* superuenientes *L* 5 consortoque *O* 6 campis catalaunicis *AB* ab] a *L* re***uit (remouit V^b) V^a fagatumque *O* 7 fugire] *HPVLO*, fugere *ABXY* compluit *V*, conpulitur *O* et mult. uict. dom. *om. L* 8 et quod] quam *XYZ* a uesegothis] uesegothis *V*, a uesogothis *L*, ab uesegothis *B*, aduerse gothis *O* 9 geminatam OB^b, germinatam B^a sustenuit] *HPO*, sustinuit *VLABXY* ingloriusque *OBXY* recessit] *AOBXY*, secessit *HPVL* torismud *A*, thorismund *BXY*, thorimund *O* 10 cateruuis *V*, cataeruis *O* tolosam *AB*, t(h)olosum *XY* 11 sanguine *O* 12 ab ascalc suo] *PLO*, ab ascale suo *H*, ab ascaleruo *B*, ab scalc suo *V*, ab ascalo suo *A*, ab ascalcla suo *X*, ab ascalda suo *Y*, ab aschacla suo *Z* clienti] *HPV*, cliente *LAOBXY* inimico] *HPVLA*, inimicos *OBX*, inimicitias *YZ* arma substacta *O*, armis subtractis *BXY* tamen] tantum *XYZ* 13 quam] quod *O* scabillum] *HPOX*, scabellum *VLABY* sanguini O^a extitit] *HLAOXY*, extetit P^bV, exstetit P^a, exstitit *B* insidientes *O* 15 descessum *O* theodoridus *L*, theodoritus *OB* eius *om. XY* uuisigothorum *XYZ*, *om. A* regnum *A* 16 riciarum *OB*, riacirium A^1 suouorum *O*, sueuorum *A* inimicum] inimicum suum B^1 etenim] item *OB* 17 theodoridi *L*, theodoriti *OB* hispaniam *ABXY* crededit *P* 18 subreptioni incomposito initio *A* 19 ante *B* gallecia *A* lusitania *AXY*, lisitania *L* quae] qui *A* hispaniae *VLABXY* 20 occani *B* austrogoniam *BXY*, austronia *HPV*, austroniam *A*, autronia *L* promunctario *A* 21 sacro *XYZ* monumentum] sepulcrum *A* 22 lusitaniam *BXY*, lisitaniam *L* fl. tag. (tagou *L*)] tag. fl. *A* 23 ricarius A^a sueuorum *A* totas hispanias *AXYZ*, totam hispaniam *VLB* 24 theoderidus *VXY*, theodoritus *B*, theodericus *L*, theođ *A* 25 discederet *A* 26 adquirens] perquirens *L* hic] hinc *XYZ* 27 t(h)olosum *XYZ*

'siste'. his auditis aegre tulit Theodoridus compacatusque cum citeris gentibus arma XLIV
movit in Suavos, Burgundzonum quoque Gnudiuchum et Hilpericum reges auxiliarios
habens sibique devotos. ventum est ad certamen iuxta flumen Vlbium, qui inter 232
Asturicam Hiberiamque pretermeat, consertoque proelio Theoderidus cum Vesegothis,
qui ex iusta parte pugnabat, victor efficitur, Suavorum gente pene cuncta usque ad
internicione prosternens. quorum rex Riciarius relicta infesta hoste fugiens in nave
conscendit adversaque procella Tyrreni hoste repercussus Vesegotharum est manibus
redditus. miserabilis non differt mortem, cum elementa mutaverit. Theoderidus vero 233
victor existens subactis pepercit nec ultra certamine saevire permisit, preponens Suavis,
quos subegerat, clientem proprium nomine Agrivulfum. qui in brevi animu praevari-
catione Suavorum suasionibus commutans neglexit imperata conplere, potius tyrranica
elatione superbiens credensque se ea virtute provinciam obtinere, qua dudum cum
domino suo ea subigisset. vir si quidem erat Varnorum stirpe genitus, longe a Go-
thici sanguinis nobilitate seiunctus, idcirco nec libertatem studens nec patrono fidem
reservans. quo conperto Theodoridus mox contra eum, qui eum de regno pervaso 234
deicerent, destinavit. qui venientes sine mora in primo eum certamine superantes
congruam factorum eius ab eo exigerunt ultionem. captus namque et suorum solacio
destitutus capite plectitur, sensitque tandem iratum, qui propitium dominum crediderat
contemnendum. tunc Suavi rectoris sui interitum contuentes locorum sacerdotes ad
Theoderidum supplices direxerunt. quos ille pontificali reverentia suscipiens non solum
inpunitatem Suavorum indulsit, sed ut sibi de suo genere principem constituerent,
flexus pietate concessit. quod et factum est, et Rimismundum sibi Suavi regulum

---

H P V L A O (*incipit* 4 consertoque) *B X* (*Y Z*).

1 aegre tulit] *B*, hec rettulit *HP*, haec retulit *VAXYZ*, hec retulit *L* theoderidus *VAXY*, theodoritus *B* compagatusque *H*, cumpacatusque *A* citeris] *HP*, ceteris *rel.* 2 sueuos *LA* burgudzonum *X*, bungundionum B^1, burgundionum AB^2 gnudiuchum] *HPVLXYZ*, gnudiacum *B*, gnunc-diuchium *A* hihperichum *L* 3 fluuium *B* ulbium] $HPVL^bAXYZ$, u*bium L^a, urbium *B* qui] quod *A* 4 astoricam *L*, asturiam *A* consortoque O^a, conserto *A* theodoridus *Z*, theodoritus *OB* 5 iuxta *VAY* pugnabant *A* suauorum] sueuorum *A*, suorum *L* gente p. cuncta] *HPVL*, gentem *hic*, pene cunctam *post* internecionem *collocat A*, gentes p. cunctas *OB*, gentem pene *Y*, gentem pene totam *XZ* ad *om. L* 6 internicione] *HP*, internitione *V*, internitionem *LOBY*, internetionem *X*, internecionem *A* riciarius *om. A* relicto *AXYZ* infesta hoste] *HPL*, hoste infesta *V*, infesta hostem *O*, infesto hoste *AXYZ*, infecta uictoria hostem *B* in *om. A* naue] *HPVL*, nauem *AOXY*, nauim *B* 7 que *om. O* tyrreni] Durii *Clossius* hoste] *HPVLAXYZ*, hostiis *O*, ostii *B* reperculsus *B* uuisigothorum *XYZ* man. est *A* 8 mi-rabiles non differens *O*, miserabilem non differens *B* cum] dum *A* elementa muta mutauerit *XYZ* theodoridus *Z*, theodoritus *B*, theodoritos *O* uero *om. A* 9 certamina *XY*, ceruamina *O*, circi omnia *B* preponens] ponens *XYZ* sueuis *A* 10 subiecerat *OB* propr. nom. *om. OB* acliulfum *OB*, athliuulfum *XY*, athiuulfum *Z* animu] *HPVL*, annu *O*, animum *ABXY* preuationem *L*, preuaricatores *O*, praeuaricator ex *B* 11 sueuorum *A* suasinibus *L* neglesit *P* tyrranica (*sic HP*) elatione superbiens (superuiens *PV*)] tirannide (tyrannidem *B*) superueniens *OB* 12 prouincia] pronuntia *O* optenere *O* qua] quia *L*, quam *A* 13 ea] eam *AOBXY* subigisset] *HPV*, subegisset *LAXYZ*, subiecisset *OB* uir] ut *OB* uuarnorum *OB*, uarmorum *XYZ* gothice sanguis *O* 14 libertetem *P*, libertati *AB* 15 reseruans] seruans *AOB* theoderidus *VXY*, theoditus *OB* peruasum *L* 16 deiecerant *L* 17 congua L^a, con-grua L^b eo] e *O* exigerunt] *HPV*, exierunt *L*, exegerunt $AOBX^2Y$, exigèrent X^1 ultio-nem] uindictam *A* salatio *O* 18 complectitur *X* que *om. AOB* 19 sueui *A* rectori *O* 20 theoderidu *V*, theodoridum *Z*, theodoritum *OB* direxerit O^a, dixerunt *V* 21 *post* inpunitatem *littera erasa H* suauorum] sueuorum *A*, suorum *L* ut] et ut *AOB*, ut et *XY* constituerint *O*, constituerunt *A* 22 flexu *V* remismundum *OB*, remissundum *YZ*, remissum dum *X* sueui *A*

XLIV ordinaverunt. his peractis paceque cuncta munitis, tertio decimo regni sui anno Theoderidus occubuit.

XLV 235 Cui frater Eurichus praecupida festinatione succedens sceva suspicione pulsatus est. nam dum haec circa Vesegotharum gente et alia nonnulla geruntur, Valentinianus imperator dolo Maximi occisus est et ipse Maximus tyrrannico more regnum invasit. quod audiens Gyzericus rex Vandalorum ab Africa armata classe in Italiam venit Romaeque ingressus cuncta devastat. Maximus vero fugiens a quodam Vrso, 236 milite Romano, interemptus est[1]). post quem iussu Marciani imperatoris Orientalis Maiurianus Occidentale suscepit imperium gubernandum. sed et ipse non diu regnans, dum contra Alanos, qui Gallias infestabant, movisset procinctum, Dertona iuxta fluvium Hyra cognomento occiditur. cuius locum Severus invasit[2]), qui tertio anno imperii sui Romae obiit. quod cernens Leo imperator, qui in Orientali regno Marciano successerat, Anthemium patricium suum ordinans Romae principem distinavit[3]). qui veniens ilico Recimerem generum suum contra Alanos direxit, virum egregium et pene tunc in Italia ad exercitum singularem. qui et multitudine Alanorum et regem eorum 237 Beorgum in primo statim certamine superatos internicioni prostravit. Euricus ergo, Vesegotharum rex, crebram mutationem Romanorum principum cernens Gallias suo iure nisus est occupare. quod conperiens Anthemius imperator Brittonum solacia postulavit. quorum rex Riotimus cum duodecim milia veniens in Beturigas civitate Oceano e na-

---

H P V L A O B X (Y Z). Rav. 4, 19 p. 218 ad v. 11: per Pannonias transeunt plurima flumina, inter cetera . . . Ira. *Paulus h. R. 15, 1* (10 iuxta fluvium *et* 15 qui — 16 prostravit). *Freculfus 2, 5, 17* (13 qui — 16 prostravit).

1 pacemque *O* cunctis *ABXY* monitis *LO* theodoridus *Z*, theodericus *LA*, theoditus *OB* 3 euricus *OB*, eurchus *A*, eurichius X^a praecupida] percupida *B*, cupida *O* suscendens *O* sceua] *HPVLAO*, seua *BXY* 4 uisigothorum *XYZ*, gothorum *A* gente] *H*, gentem *rel.* ualentianus *O* 5 maximi* *L*, maximis B^a est *om. O* tyrrannico] *HP*, ty(*vel* i)rannico *rel.* 6 gyzericus] *HPVYZ*, gizericus *LAOBX* uuandororum L^a armata] arma *O* italia *O* 7 romamque *AOBXY* cuncta *om. OB* orso *OB*, urso nomine *A* 8 quem] quam *O* orientalis] occidentis *A* 9 maiurianus] *HPVL*, maiorianus *AOB*, maurianus *XYZ* gub. *om. A* et *om. L* regnas *O* 10 dum] iam *O* alonos O^a monuisset *L*, mouisse *O* dertona] *HPVL*, detorna *A*, idergonia *O*, idergona *B*, desetona *XYZ* 11 hyra] *HPVL*, hira *AXY*, ira *OB Rav.*, Hiriam *Paulus* cognomento *om. HPVLA* occidit *O* seuerus] reuersus *XZ*, *om. in hiatu Y* 12 obiit] occubuit *O* 13 suum *om. A* romae *om. L* distenauit *P*, ordinauit *OB* 14 uenient *O* recimerem] *HPV Frec.*, ricimerem *LAOB*, regimerem *XYZ* generem *O* albanos *L* dixit *V* uerum *O* gregium *P* pene] pe *L* 15 tunc *om. A* italiam *O* exercitium *LOXY* qui et] qui *B*, *om. O* multitudine] *HPV*, multitudinem *LAOBXY* 16 beorgum] *HPVLAXY Frec.*, beurgum *OB* superatus *O*, superans *A* internicioni] *H*, internecioni *PV*, internitioni *LOB*, internetione *X*, internione *Y*, ad internecionem *A* euricus] theodoridus *Frec. hic et deinceps* ergo] uero *B* 17 uuisigothorum *XY* crebra mutatione *O*, crebam mutationem *B* 18 compescens *A* imp.] *HPVLAXY Frec.*, imp. protinus *OB* sol. britonum *OB* postulauit *om. A* 19 rioti***mus P^a, riothimus *OB*, riutimud *A*: Rotimus *Frec.* milibus AOB^bXY beturicas *HPVL*, bituricas *A*, ueturgas *OB*, ueturiga *XYZ* ciuitate] *HPVLXY*, ciuitatem *AOB*

---

1) *cf. Marcellinus ad a. 455:* Valentinianus princeps dolo Maximi patricii . . . . truncatus est. idem Maximus invasit imperium tertioque tyrannidis suae mense membratim Romae a Romanis discerptus est. Gensericus rex Wandalorum . . . . ex Africa Romam ingressus est eaque urbe rebus omnibus spoliata *cet.*

2) *cf. Marcellinus ad a. 461:* Maiorianus Caesar apud Dertonam iuxta fluvium qui Hira dicitur interemptus est: locum eius Severus invasit. *cf. Roman. c. 335, ubi ut in sequentibus auctor ex Geticis hausit, sed alia aliunde adsumpsit.*

3) *cf. Marcellinus ad a. 467:* Leo imperator Anthemium patricium Romam misit imperatoremque constituit.

vibus egresso susceptus est. ad quos rex Vesegotharum Eurichus innumerum duc- XLV 238
tans advenit exercitum diuque pugnans Riutimum Brittonum rege, antequam Romani
in eius societate coniungerentur, effugavit. qui amplam partem exercitus amissam
cum quibus potuit fugiens ad Burgundzonum gentem vicinam Romanisque in eo tem-
pore foederatam advenit. Eurichus vero rex Vesegotharum Arevernam Galliae civi-
tatem *occupavit* Anthemio principe iam defuncto: qui cum Ricemere genero suo in- 239
testino bello saeviens Romam trivisset, ipseque a genero peremptus regnum reliquid
Olybrio [1]). quo tempore in Constantinopolim Aspar primus patriciorum et Gothorum
genere clarus cum Ardabure et Patriciolo filiis, illo quidem olim patricio, hoc autem
Caesare generoque Leonis principis appellato, spadonum ensibus in palatio vulneratus
interiit [2]). et necdum Olybrio octavo mense in regno ingresso obeunte [3]) Glycerius apud
Ravennam plus presumptione quam electione Caesar effectus [4]). quem anno vix ex-
pleto Nepus Marcellini quondam patricii sororis filius a regno deiciens in Porto Ro-
mano episcopum ordinavit [5]). tantas varietates mutationesque Eurichus cernens, ut 240
diximus superius, Arevernam occupans civitatem, ubi tunc Romanorum dux praeerat
Ecdicius nobilissimus senator et dudum Aviti imperatoris, qui ad paucos dies regnum
invaserat, filius (nam hic ante Olybrium paucos dies tenens imperium ultro secessit
Placentia, ibique episcopus est ordinatus). huius ergo filius Ecdicius, diu certans cum
Vesegothis nec valens antestare, relicta patria maximeque urbem Arevernate hosti, ad

---

H P V L A O B X (Y Z). Freculfus 2, 5, 17 (a 5 Eurichus).

1 egressio *P*, egressus *OBY*, egrediens *A* uuisigothorum *XYZ*, *om. A* 2 exercitu *O* riothimum *OB*, riotimum *XY*, riutimud *HPVLA*, Rottimum *Frec.* brittonum *om. A* rege] *HPV*, regem *LAOBXY* 3 societatem *XY* effugauit] effucauit *P*, fugauit *XY*, superauit *B*, *om. O* ampla parte *ABXY* amissa *AOBXY*, admissa *Z* 4 burgundzonum] *HPVLXYZ*, burgundionum *AOB Frec.* que *om. OB* 5 uuisigothorum *XYZ*, *om. A* areuernam] *HPVLOXZ*, aruernam *ABY Frec.* galliam *O* ciu.] urbem *A* occupauit] *B*, *om. rel.*: *cf. v. 15* 6 antemio principem *O* ricemere] *A*, recimere *O*, ricimere *B*, ritemere *HPV Frec.*, ricimero *L*, regemere *Z*, regimere *Y*, regemerem *X* genere *HB* suo *om. O* 7 romam] romaniam *OB* triuesset *O* interemptus *A* regnum *om. O* reliquid] *HPVLOB*, reliquit *rel.* 8 olibro *O* constantinopolim] *HPVLAO*, -l *BXY* primus primus *L* et g. genere] *PVLOBXY Frec.*, ex g. genera *H*, ex g. genere *A* 9 patritio O^a, patritiolo O^b autem] enim *XYZ* 10 cessare O^a appellatuspadonum sibus *O* 11 necdum . . . obeunte] nocte *OB* in regnum *XY*, regnum *A* glizerius *A* 12 quam] quem *X* electionem *O* effectus] eff. est *AOB* 13 nepus] *HPVLOXY*, nepos *AB* marcilini *O* quondam] quidem *OB* porto] *HPVL*, parto *O*, portu *ABXY* 14 ordinauit] *add.* et ipse regnum obtinuit *Frec.* 15 superius *om. A* areuernam] *HPVLOXY*^{2}*Z*, aruernam *ABY*^{1} occupans] *rel. et Frec.*, occupat *OB* ciu.] urbem *A* 16 ecdicius] *HPV Frec.*, aecdicius *A*, et dicius *LXYZ*, et decius *O*, decius *B* dudum *collocari debuit ante* imperatoris abiti *O* 17 ante] ante hoc *O* paucis diebus *A* secessit] recessit *OBXY* 18 placentia] *HPVL*, placentiam *AOBXY* ibique] ubi et *A* ep. (episcopus *om. LO*) est] est ep. *XY* ecdicius] hecdicius *V*, et dicius *XYZ*, et decius *O*, decius *B*, *om. A* 19 antestare] resistere *A* maximaque *OXYZ* urbem] *PVL*, urbe *AOBXY*, *om. H* areuernate] *O*, aruernate *B*, aruerna *A*, preuernace *XYZ*, praeuernatem *HPV*, preuernatem *L*: Gothi capta civitate Arvernorum Narbonam etiam invadunt *Frec.* hosti] hostem *L*, *om. O*

---

1) *cf. Marcellinus ad a. 472:* VIII id. Nov. Anthemius imp. Romae a Ricimere genero suo occiditur. loco eius Olybrius substitutus.

2) *cf. Marcellinus ad a. 471:* Aspar primus patriciorum cum Ardabure et Patriciolo filiis, illo quidem olim patricio, hoc autem Caesare generoque Leonis principis appellato, Arrianus cum Arriana prole spadonum ensibus in palatio vulneratus interiit. *Iordanes in Romanis c. 336 pendet ex Geticis.*

3) *cf. Marcellinus ad a. 472 post supra relata not. 1:* septimo mense imperii sui vita defunctus est.

4) *cf. Marcellinus ad a. 473:* Glycerius apud Ravennam plus praesumptione quam electione Caesar factus est.

5) *cf. Marcellinus ad a. 474:* Glycerius . . . a Nepote Marcellini quondam patricii sororis filio imperio expulsus in Portu urbis Romae ex Caesare episcopus ordinatus est. *cf. Roman. c. 338.*

XLV 241 tutiora se loca collegit. quod audiens Nepus imperator praecepit Ecdicium relictis Galliis ad se venire loco eius Orestem mag. mil. ordinatum. qui Orestes suscepto exercitu et contra hostes egrediens a Roma Ravenna pervenit ibique remoratus Augustulum filium suum imperatorem effecit[1]. quo conperto Nepus fugit Dalmatias ibique defecit privatus a regno, ubi iam Glycerius dudum imperator episcopatum Salonitanum habebat.

XLVI 242 Augustulo vero a patre Oreste in Ravenna imperatore ordinato non multum post Odoacer Torcilingorum rex habens secum Sciros, Herulos diversarumque gentium auxiliarios Italiam occupavit et Orestem interfectum Augustulum filium eius de regno
243 pulsum in Lucullano Campaniae castello exilii poena damnavit[2]. sic quoque Hesperium Romanae gentis imperium, quod septingentesimo nono urbis conditae anno primus Augustorum Octavianus Augustus tenere coepit, cum hoc Augustulo periit anno decessorum prodecessorumue regni quingentesimo vicesimo secundo, Gothorum dehinc regibus Romam Italiamque tenentibus[3]. interea Odoacer rex gentium omnem Italiam subiugatam, ut terrorem suum Romanis iniceret, mox initio regni sui Bracilam comitem apud Ravennam occidit[4] regnoque suo confortato pene per tredecem annos usque ad Theodorici praesentiam, de quo in subsequentibus dicturi sumus, obtenuit.

XLVII 244 Interim tamen ad eum ordinem, unde digressi sumus, redeamus, et quomodo Euricus rex Vesegotharum Romani regni vacillationem cernens Arelatum et Massiliam propriae subdidit dicioni. Gyzericus etenim Vandalorum rex suis eum muneribus ad

---

H P V L A O B X (Y Z). Paulus h. R. 15, 8 (8 Odoacer — 9 occupavit; 10 sic — 14 tenentibus). *Freculfus l. c.* (*ad* 13 secundo).

1 se loca] se loco O^a, loca se *XY*, se *A* colligit *XYZ* nepos *AB* praecipit *XYZ* ecdicium] aecdicium *A*, lcdicium P^a, et dicium *XYZ*, decio *B*, detio *O* 2 gallis *LX* uenire] uere V^a, ueniere *L* loco eius *om. OB* oreste *OB*, oroste *A* mag mil] *HPVL*, magistro milito *O*, magistro militum *AB*, magnum uel *XYZ* ordinato *AOB* orestis *O*, *om. A* 3 exercito *O* et *om. XYZ* hostes egr.] *LXY*, hos egr. *HPVA*, hostes ingrediens *OB* rauenna] *HPV*, rauennam *LAOBXY* peruenit] uenit *XYZ* agustulum *O* 4 efficit *OBXY*, fecit *A* quo conperto] *HPVLABXY*, quod concepto *O* nepos *AB* fuit *O* 5 deficit *O* dudum *om. OB* episcopatum] *PVLAOBXY Frec.*, episcopum *H* salonitanum] salotantum *O*, salutatum *B* 7 agustolum *O*, augustulus A^a a patre] patrem *O* oroste *A* rauenna] reuestne *L* imperatore *om. A* multo *LAXYZ* 8 odouacer *AOB* turciligorum *OB:* Torcilangorum rex *Frec.* scyros *OB* erulos *AX*, erolos *Y* diuersarumque] sarumque *O* 9 orestem interfectum] *HPVL Frec.*, oreste (oroste *A*) interfecto *AOBXY* agustulum *O* fil. eius de *om. A* 10 luculano *OB*, lucano *XYZ* castella *P* dampnauit *HL* hisperium *O* 11 romae *P* quod *om. XY* septingentissimo *P*, septingensimo *O* anno u. c. *A* 13 prodecessorumue (-uae *HP*)] *HPVLABX Frec.*, praedecessorumue *OY* quingentissimo *O* uigissimo *O* dehinc] redehinc P^a 14 italiam romamque *A* adoacer *P*, odoacar *O*, odouacer *AB* omni italiam (italia AB^2) subiugata *AB*, omnem italiam adeo subiugauit *XY* 15 iniceret] *Clossius*, indiceret *HPVLAOXY*, indicaret *B* initiore regni *V*, in initio r. *XY* bracilam] *HPV*^{2}*LAXY*, bracil*m V^1, brachilam *OB* 16 suo *om. A* confortatoque *O* tredecem a.] *P*, tredecim a. *VLA*, trecem a. *H*, xiiii a. *O*, quatuordecim a. *B*, annos tredecim *XYZ* theoderici *VLAOXY* 17 obtenuit] *HPVLO*, obtinuit *ABXY* 18 digressimus *V solus* 19 uuisigothorum *XY* regno *om. B^a* uallacitione *O* cernes *L* arelatu *X* 20 subdedit *PO* gyzericus] *HVBXYZ*, gizericus *PLAO* etenim] enim *A* uuandolorum *L*

---

1) *cf. Marcellinus ad a. 475:* Nepote Orestes protinus effugato Augustulum filium suum in imperium collocavit. *in Romanis c. 344 auctor non ex Geticis pendet, sed ex ipsis chronicis.*

2) *cf. Marcellinus ad a. 476:* Odovacer rex Gothorum Romam obtinuit. Orestem Odovacer ilico trucidavit. Augustulum filium Orestis Odovacer in Lucullano Campaniae castello exilii poena damnavit. *cf. Romana c. 344.*

3) *haec redeunt apud Marcellinum ad a. 476 ad verbum:* Hesperium — — decessorum regni — — Romam tenentibus. *cf. Romana c. 345.*

4) *cf. Marcellinus ad a. 477:* Bracilam comitem Odovacer rex apud Ravennam occidit.

ista committenda inlicuit, quatenus ipse Leonis vel Zenonis insidias, quas contra eum XLVII
direxerant, praecaveret, egitque, ut Orientalem imperium Ostrogothas, Hesperium Vesegothae vastarent, ut in utramque rem publicam hostibus decernentibus ipse in Africa quietus regnaret. quod Eurichus grato suscipiens animo, totas Spanias Galliasque sibi iam iure proprio tenens, simul quoque et Burgunzones subegit Arelatoque degens nono decimo anno regni sui vita privatus est. huic successit proprius filius Alarichus, qui 245
nonus in numero ab illo Alarico magno regnum adeptus est Vesegotharum. nam pari tenore, ut de Augustis superius [1]) diximus, et in Alaricis provenisse cognoscitur, et in eos saepe regna deficiunt, a quorum nominibus inchoarunt. quod nos interim praetermisso sic ut promisimus omnem Gothorum texamus originem.

Et quia, dum utrique gentes, tam Ostrogothae quam etiam Vesegothae, in uno XLVIII
246
essent, ut valui, maiorum sequens dicta revolvi divisosque Vesegothas ab Ostrogothis ad liquidum sum prosecutus, necesse nobis est iterum ad antiquas eorum Scythicas sedes redire et Ostrogotharum genealogia actusque pari tenore exponere. quos constat morte Hermanarici regis sui, decessione a Vesegothis divisos, Hunnorum subditos dicioni, in eadem patria remorasse, Vinithario tamen Amalo principatus sui insignia retinente. qui avi Vultulfi virtute imitatus, quamvis Hermanarici felicitate inferior, tamen aegre 247
ferens Hunnorum imperio subiacere, paululum se subtrahens ab illis suaque dum nititur ostendere virtute, in Antorum fines movit procinctum, eosque dum adgreditur prima congressione superatus, deinde fortiter egit regemque eorum Boz nomine cum filiis suis et LXX primatibus in exemplum terroris adfixit, ut dediticiis metum cadavera pendentium geminarent. sed dum tali libertate vix anni spatio imperasset, non est passus 248
Balamber, rex Hunnorum, sed ascito ad se Gesimundo, Hunnimundi magni filio, qui

---

H P V L A O B X (Y Z).

1 inlicuit] inuenit *XYZ* leonis] uel leonis *A* 2 orientalem] *HPVL*, orientale *AOBXY* ostrogothae *BXY*, ostrogoth̄ *A et sic passim* uesogothas *L* 3 uastarint *O* ut] et *A* utrumque rem publicam *X*, utrumque re puplica *O*, utraque re publica *AB* discernentibus *O*, decertantibus *A* 4 eurichus] *HPVLXYZ*, euricus *AOB* hispanias *VLABXY* sibi] suo *A* 5 burgunzones] *HPL*, burgundzones *VXYZ*, burgundiones *AOB* areratoque *O* dec. nono r. s. anno *A* 6 alarichus] *HPVL*, alaricus *AOBXY* 7 nonus] nonos O^a, nouus *L* alaricum *O* ademptus *L*, perademptus *O* uuisigothorum *XYZ* 8 augustis] augusti *O*, augustulo *B* et in al.] et al. *A* 9 eis *ABXY* inchoarunt] *LAYZ*, inchoauerunt *X*, inchorunt *HPV*, inchoant *OB* quo *AB* int. nos *OB* 10 orig.] ordinem *L* 11 utrique gentes] *H*, utr(a)eque gentes *PVLABXY*, utriusque gentis *O* ostrogothe *L* etiam *om. A* unum *XYZ* 12 reuoluit *L* uesogothas *L* ab] ad *O* 13 aliquidum *V* suum *O* persecutus *A* nobis est] est nobis *L* scithias B^a 14 genealogia] *HPVL*, genealogiam *AOBXY* 15 mortem *L* ermanarici *OBXZ* hunorum *H* 16 remorasse] remarasse *P*, remansisse *A* uuinithario *LBXY*, uinitario *AO* retenente *O* 17 aui uultulfi] *B cum p. 77, 3*, auiltulfi *O*, aui uituulfi *HPVL*, auitaulfi *XYZ*, atauulfi *A* uirtute] *HPVLO*, uirtutem *ABXY* ermanarici *OBXZ* infelior *O* aegre (agre *L*) ferens] *HPVLA*, haec referens *XYZ*, haec moleste referens *OB* 18 imperiis *XY* sese *L*, *om. O* subtrahebat *B* ab illis *om. XYZ* suaque dum] *HPVO*, sua quaedam *L*, suamque dum *ABXY* nitititur *A* 19 ostendere] *HVAY*, hostendere *P*, ostentare *OBX*, ostenditur *L* uirtute] *HPV*, uirtutem *LAOBXY* antorum] *HPVLXYZ*, atorum *A*, antarum *OB* 20 superatur *B* boz n.] box n. *OB*, booz n. *A*, nomine boz *XY* suis *om. A* 21 exemplo *OB* adflixit *O*, afflixit *A* dedicitiis *O*, deditiis *L*, diticiis *B*, delitiis *XZ*, dedecus *A*, reliquis *Y* metum] metu *O*, meror *L* cauera *O* 22 geminarint *O*, germinarent B^aY libertatem *O* anno *O* spatium *Z* imperassit *O* 23 belamber *L*, balaber *A* ascito] accersito *XYZ* gisemundo *L*, gisimundo *OB* hunnimundi] *HP*, hunimundi *VLAOBY*, unimundi *XZ*

---

1) *c. 46, 243.*

XLVIII iuramenti sui et fidei memor cum ampla parte Gothorum Hunnorum imperio subiacebat, renovatoque cum eo foedere super Vinitharium duxit exercitum; diuque certati primo et secundo certamine Vinitharius vincit. nec valet aliquis commemorare, quanta
249 strage de Hunnorum Venetharius fecit exercitu. tertio vero proelio subreptionis auxilio ad fluvium nomine Erac, dum utrique ad se venissent, Balamber sagitta missa caput Venetharii saucians interemit neptemque eius Vadamercam sibi in coniugio copulans iam omnem in pace Gothorum populum subactum possedit, ita tamen, ut genti Gotho-
250 rum semperum proprius regulus, quamvis Hunnorum consilio, imperaret. et mox defuncto Venethario rexit eos Hunimundus, filius quondam regis potentissimi Hermanarici, acer in bello totoque corpore pulchritudine pollens[1], qui post haec contra Suavorum gente feliciter dimicavit. eoque defuncto successit Thorismud filius eius flore iuventutis ornatus[2], qui secundo principatus sui anno contra Gepidas movit exercitum
251 magnaque de illis potitus victoria casu equi dicitur interemptus. quo defuncto sic eum luxerunt Ostrogothae, ut quadraginta per annos in eius locum rex alius non succederet, quatenus et illius memoriae semperum haberent in ore et tempus accederet, quo Valamer habitum repararet virilem, qui erat ex consubrino eius genitus Vandalario; quia filius eius, ut superius diximus[3], Beremud iam contempta Ostrogotharum gente propter Hunnorum dominio ad partes Hesperias Vesegotharum fuisset gente secutus, de quo et ortus est Vetericus. Veterici quoque filius natus est Eutharicus, qui, iunctus Amalasuenthae filiae Theodorici, item Amalorum stirpe iam divisa coniunxit et genuit

---

H P V L A O B X (Y Z).

1 sue *O*, suae *B* goth. parte *A* subiacendo *A* 2 eo *om. O* uuinitharium *LBZ*, uinitarium *AY*, unitharium *X*, enitharium *O* certantibus *B*, certando *A* 3 uuinitharius *LOBX*, uinitarius *AY* uicit *L* aliquis] quisquam *A*, *om. V*^{a} quanta strage] *HPVLO*, quantam stragem *ABXY* 4 unnorum *V* uenetharius] *HPVL*, uenitharius *Z*, uuinitharius *OBX*, uinitarius *AY* exercitu* *V* uero *om. A*^{a} surrectionis *A* 5 nomen *A* erac] *OB*, era *XY*, erae *HPVL*, aere *A*: ὁ Ἔραξ ἤτοι ὁ Φᾶσις *Constantinus Porphyrogenn. de adm. imp. c. 45* uterque *OB* uenissent] uenientes *A* balamber] *ABY*, balamer *HPVXZ*, belamber *L*, balambyr *O* 6 uenetharii] *HPVL*, uuinitharii *OBX*, uinitarii *AY* int.] eum int. *A* eius *om. A* uadamercam] *HPVLA*, uualadamarcam *OB*, ualdamaricam *XY* compulans *B* 7 ita] interea *OB* tamem *O* ut] dum *B* 8 semperum] *HPV*, semper unus *OBXY*, semper *LA* et *om. B* 9 uenethario] *HPVLZ*, uuinithario *OBX*, uinitario *AY* hunnimundus *V*, hunimundimundus *O*, unimundus *XZ* ermanarici *BZ*, hemanarici *P*, ermenarici *O* 10 bellio *L* totique corporis *O*, totiusque corporis *B*, totaque corporis *XY* quia *O* suauorum gente (*HPV*, gentem *LOBXY*)] sueuos *A* 11 torismud *A*, thorismund *OBXY*, horismud *HPVL* 12 sui princ. *A* 13 potius *V*, pocius *O* interemptus] interisse *XY* 14 in eius locum (loco *OB*) rex alius] rex al. in ei. loc. *A* succederunt *O* 15 memoriam *AO*^{b}*B* semperum] *HPV*, semper uim *L*, superum *X*, semper eum *YZ*, semper *AOB* accideret *B*, acciderint *O* uualamer *L*, uualamir *OB*, ualamir *X*, ualemir *A*, uelamir *Y* 16 habitum] *XY*, abitum *A*, ambitum *OB*, obitum *HPVL* uirilem *om. XYZ* consubrino] *HPV*, consobrino *LAOBXY* uuandalarico *X*, uandiliario *Y* 17 superius] iam *A* berimud *LO*, berimund *BXYZ*, berismut *A* hostrogotharum *L*, ostrogothorum *X* 18 dominium *LABXY* ad *om. B* uuisigothorum *XY* fuisset] fuisse *O* gente] *HPVL*, gentem *AXY*, *om. OB* 19 uet. ortus est *L* uedericus uederici *O*, uedericus uederico *B*, uetericus ueterico *XYZ*, uetericus cui *A* natus est fil. *A* euthericus *O*, eotharicus *X*, ectharicus *Z*, atharicus *Y*, eutericus *A* iuctus *O* 20 amalaesuenthe *O*, amalesuenthae *X*, amalasuentae *A* theodoric-] *HP*, theoderic- *VLAOBXY plerumque* amalorum] amalo *O* stirpem iam diuisam *ABXY*

---

1) *cf. Cassiodorius supra p. 76:* enituit Vnimundus forma.
2) *cf. Cassiodorius supra p. 76:* enituit Thorismut castitate.
3) *c. 33, 174.*

Athalaricum et Mathesuentam. sed quia Athalaricus in annis puerilibus defunctus est, XLVIII
Mathesuenta Constantinopolim allata de secundo viro, id est Germano fratruele Iustiniani imperatoris, genuit postumum filium, quem nominavit Germanum.

Sed nobis, ut ordo, quem coepimus, decurrat, ad Vandalarii sobulem, quae trino 252
flore pululabat, redeundum est. hic enim Vandalarius, fratruelis Hermanarici et supra scripti Thorismudi consubrinus, tribus editis liberis in gente Amala gloriatus est, id est Valamir Thiudimir Vidimir. ex quibus per successione parentum Valamir in regno conscendit adhuc Hunnis eos inter alias gentes generaliter optinentibus. eratque tunc 253
in tribus his germanis contemplatio grata, quando mirabilis Thiudimer pro fratris Valamir militabat imperio, Valamir vero pro altero iubebat ornando[1]), Vidimer servire fratribus aestimabat. sic eis mutua affectione se tuentibus nulli paenitus deerat regnum, quod utrique in sua pace tenebant. ita tamen, ut saepe dictum est, imperabant, ut ipsi Attilae Hunnorum regis imperio deservirent: quibus nec contra parentes Vesegothas licuisset recusare certamen, sed necessitas domini, etiam parricidium si iubet, implendum est. nec aliter ab Hunnorum dominio divelli potuit gens aliqua Scythica, nisi optata cunctis nationibus in commune et Romanis mors Attilae proveniret, quae tam fuit vilis, ut vita mirabilis.

Qui, ut Priscus istoricus refert, exitus sui tempore puellam Ildico nomine decoram XLIX 254
valde sibi in matrimonio post innumerabiles uxores, ut mos erat gentis illius, socians eiusque in nuptiis hilaritate nimia resolutus, vino somnoque gravatus resupinus iaceret, redundans sanguis, qui ei solite de naribus effluebat, dum consuetis meatibus impeditur, itinere ferali faucibus illapsus extinxit. ita glorioso per bella regi temulentia pudendos exitos dedit. sequenti vero luce cum magna pars diei fuisset exempta, ministri regii triste aliquid suspicantes post clamores maximos fores effringunt inveniunt-

---

H P V L A O B X (Y Z). Paulus h. R. 14, 13 (*a* 18 Qui).

1 athlaricum *XYZ*, atalaricum *A* mathesuentam] *AOB*, mathesuendam *H*, maathesuentham *PV*, mathesuentham *XY*, maathesuentam *L* athlaricus *XYZ*, atharicus *O*, atalaricus *A* 2 maathesuenta *HPVLAB*, mathesuentha *X*, mathasuentha *Y*, mathesuentam *O* allata] inlata *B*, inlatam *O* uiro *om. OB* germono *L* 3 postumium *L*, postulum *O* 4 cepimus *A*, cupimus *OB* uuandalarii *LOX*, uuadalarii *B*, uandyliarii *Y* sobulem] *HPV*, sobolem *LAOBXY* 5 pululabat] *HPV*, pollulabat *O*, pullulabat *rel.* hic] hin *V* etenim *OBXY*, igitur *A* uuandalarius *X*, uuadalaricus *B*, uandiliarius *Y* ermanarici *LOBZ* et *om. OB* superscripti *OB* 6 thorismundi *LAOBXY* 7 uualamir *LB uterque fere semper*, ualemir *A plerumque* (*raro* ualamir) theodemir *OB*, theudimir *XYZ*, teodemir *A* uuidimir *LOB*, uidemir *A semper*, uindimir *Y* successione] *HPV*, successionem *LAOBXY* ualamir *om. O* regnum *LAOB*, regno (regni *YZ*) successione *XYZ* 8 hunni *O* tunc] nunc *B* 9 his tribus *L* theodimur *X*, theudimir *YZ*, theodemir *AOB* 10 iubatur nando *O*, iubet ornando *B: fortasse scr.* iuuabat ornando uuidimer *L*, uuidimir *B*, uidimir *XZ*, uindimir *Y* 11 aestimabatur *A* eis] eiis *L*, eius *XZ* se tuentibus] seruientibus *A* nulli paenitus *om. XYZ* 12 quod] quam *XYZ* pace sua *A* tenebat *O* saepe] sae *P* imperauit *OB* 13 ipse *OB* regi *L* imperio *om. L* deseruiret *OB* ne *B* uesogothas *L*, uuisigothos *X* 14 licuisset] licuit *XY* si paric. *OB* iubeat *XY*, iubent *Z* 15 inplenda *B* domino *O* aliqua *om. A* 16 prouenerit *O*, peruenerit *B* 17 uilis fuit *OBY* 18 storicus *PVL*, historicus *OBXY* refret *O* exitus sui] *XYZ*, exitu sui *VL*, exitii sui *HP*, dum exitii sui *A*, extinctionis sui (suae *B*) *OB* tempus *B* hildico *VA*, heldico *XYZ: Ildicco Paulus 14* [*15*], *9* nomina *O* 19 matr.] matrimonium *OB*, matrimonio copulauit *L* innumeras *L* 20 helaritate *PV*, ellaritate *O* iaceret] iacebat *OB* 21 redundansque *B* effluebat] *PVLAOXY*, affluebat *HB* consuetis] in cons. *A* 22 illapsus ext.] *XY*, inlapsus (eum *ins. B*) ext. *OB*, elapsus ext. *HPVLA* per *om. O* 23 pudendos exitus *AXYZ*, pudendus exitus *O*, pudendum exitum *B* excepta B^a 24 regii] regni *O*

---

1) *cf. Cassiodorius supra p. 76:* enituit Vnalamer fide, Theudimer pietate.

XLIX que Attilae sine ullo vulnere necem sanguinis effusione peractam puellamque demisso
255 vultu sub velamine lacrimantem. tunc, ut gentis illius mos est, crinium parte truncata informes facies cavis turpavere vulneribus, ut proeliator eximius non femineis lamentationibus et lacrimis, sed sanguine lugeretur virile. de quo id accessit mirabile, ut Marciano principi Orientis de tam feroci hoste sollicito in somnis divinitas adsistens arcum Attilae in eadem nocte fractum ostenderet, quasi quod gens ipsa eo telo multum praesumat. hoc Priscus istoricus vera se dicit adtestatione probare. nam in tantum magnis imperiis Attila terribilis habitus est, ut eius mortem in locum muneris
256 superna regnantibus indicarent. cuius manes quibus a sua gente honoratae sunt, pauca de multis dicere non omittamus. in mediis si quidem campis et intra tenturia sirica cadavere conlocato spectaculum admirandum et sollemniter exhibetur. nam de tota gente Hunnorum lectissimi equites in eo loco, quo erat positus, in modum circensium
257 cursibus ambientes, facta eius cantu funereo tali ordine referebant. 'praecipuus Hun-'norum rex Attila, patre genitus Mundzuco, fortissimarum gentium dominus, qui inau-'dita ante se potentia solus Scythica et Germanica regna possedit nec non utraque 'Romani urbis imperia captis civitatibus terruit et, ne praedae reliqua subderentur, 'placatus praecibus annuum vectigal accepit[1]: cumque haec omnia proventu felicitatis 'egerit, non vulnere hostium, non fraude suorum, sed gente incolume inter gaudia 'laetus sine sensu doloris occubuit. quis ergo hunc exitum putet, quem nullus aesti-
258 'mat vindicandum?' postquam talibus lamentis est defletus, stravam super tumulum eius quam appellant ipsi ingenti commessatione concelebrant, et contraria invicem sibi copulantes luctu funereo mixto gaudio explicabant, noctuque secreto cadaver terra reconditum copercula primum auro, secundum argento, tertium ferri rigore communiunt, significantes tali argumento potentissimo regi omnia convenisse: ferrum, quod gentes edomuit, aurum et argentum, quod ornatum rei publicae utriusque acceperit. addunt

---

H P V L A O B X (Y Z). Paulus l. c. (ad 7 praesumat).

1 ullo *om. OB* uulnere] sanguine L^a effusionem *L* dimisso *BX*, dimissu *O* 2 illi genti *OBXYZ* crimium *P* partem *O* 3 cauies *O* turpauere] *POBX*, turpauerunt *Y*, turbauere *HVLA* fimineis *O*, femineneis *B*, *om. L* 4 uirile] *HPVL*, uirili *AOBXY* quo id] quod id *O*, quod P^a 5 feroce *OB* 6 noctem *PV* multo *O*, multa *BXY* 7 praesumebat *A* storicus *PVL*, historicus *OXY* 8 att. terribilis] terr. att. *B*, att. cerribiis *O* habitus (abitus *O*) est] est habitus *V* 9 indicaret *L* quibus] q. modis *B* honorati sunt *BX*, honorati sint *A*, honoratus est *Y* 10 obmittamus *L*, mittamus *O* tenturia] *HP*, tentoria *rel.* sirica] *HPVL*, serica *AOBXY* 11 sollemniter] sollemne B^b, solenne *XZ*, sollempne *Y* de *om. L* 12 letissimi *V*, lictissimi *O*, electissimi *B* quo erat positus] ubi p. e. *A* circinsium curribus *O* 13 tali ordine referebant *om. L* precipius *O* 14 mundzuco] *HPVLA*, mundzucco *B*, mandluco (*vel* mandiuco) *O*, mundzoco *Y*, munzoco *X*, muzocco *Z* fortissimorum *O* 16 romani urbis] *HPV*, romani orbis *AXYZ*, romanae urbis *L*, romane urbes *O*, urbis romanae *B* captis *om. B* reliquae *A* 18 gerit *OB* gente] in gente *H* incolume] *HPVOB*, incolomae *L*, incolumi *AXY* 19 exitum putet] dicat exitum *OB* aestimet A^b 20 str. s. t. eius *om. OB* 21 quem *X* i. commissatione *O*, ingentem commessationem *L* concelebrant] caelebrant *B* sibi inu. *A* 22 luctum funereum *LOBXY* mixta gaudia *A* explicabant] *OBXY*, caelebrabant *HPVL*, celebrabant *A* terra] et terra B^a, est terra B^b 23 copercula] *XYZ*, cuius fercula *HPVLAOB* secundum argentum tertium *L*, secundo argento tertio *OBXY* feri *O* rgore V^a commoniunt *O*, muniunt *A* 24 talia argumenta *XYZ* regi] regni *O* omnia *om. XYZ* conuenire *A* quod] quo *OBXY* 25 quo *XYZ* puplice *O* utrisque B^a adduntur *O*

---

1) *cf. Priscus fr. 3 p. 90 Muell.:* οὐδενὶ τῶν πώποτε τῆς Σκυθικῆς ἢ καὶ ἑτέρας ἀρξάντων γῆς τοσαῦτα ἐν ὀλίγῳ καταπεπρᾶχθαι, ὥστε καὶ τῶν ἐν τῇ ὠκεανῷ νήσων ἄρχειν καὶ πρὸς πάσῃ τῇ Σκυθικῇ καὶ Ῥωμαίους ἔχειν ἐς φόρου ἀπαγωγήν.

arma hostium caedibus adquisita, faleras vario gemmarum fulgore praetiosas et di- XLIX
versi generis insignia, quibus colitur aulicum decus. et, ut tantis divitiis humana
curiositas arceretur, operi deputatos detestabili mercede trucidarunt, emersitque momen-
tanea mors sepelientibus cum sepulto.

Talibus peractis, ut solent animi iuvenum ambitu potentiae concitari, inter succes- L 259
sores Attilae de regno orta contentio est, et dum inconsulti imperare cupiunt cuncti,
omnes simul imperium perdiderunt. sic frequenter regna gravat copia quam inopia
successorum. nam fili Attilae, quorum per licentiam libidinis pene populus fuit, gen-
tes sibi dividi aequa sorte poscebant, ut ad instar familiae bellicosi reges cum populis
mitterentur in sortem. quod ut Gepidarum rex conperit Ardarichus, indignatus de tot 260
gentibus velut vilissimorum mancipiorum condicione tractari, contra filios Attilae
primus insurgit inlatumque serviendi pudore secuta felicitate detersit, nec solum suam
gentem, sed et ceteras qui pariter praemebantur sua discessione absolvit, quia facile
omnes adpetunt, quod pro cunctorum utilitate temptatur. in mutuum igitur armantur
exitium bellumque committitur in Pannonia iuxta flumen, cui nomen est Nedao. illic 261
concursus factus est gentium variarum, quas Attila in sua tenuerat dicione. dividuntur
regna cum populis, fiuntque ex uno corpore membra diversa, nec quae unius passioni
conpaterentur, sed quae exciso capite in invicem insanirent; quae numquam contra se
pares invenerant, nisi ipsi mutuis se vulneribus sauciantes se ipsos discerperent for-
tissimae nationes. nam ibi admirandum reor fuisse spectaculum, ubi cernere erat
contis pugnantem Gothum, ense furentem Gepida, in vulnere suo Rugum tela frangen-
tem, Suavum pede, Hunnum sagitta praesumere, Alanum gravi, Herulum levi armatura
aciem strui. post multos ergo gravesque conflictos favit Gepidis inopinata victoria. 262
nam XXX fere milia tam Hunnorum quam aliarum gentium, quae Hunnis ferebant auxi-
lium, Ardarici gladius conspiratioque peremit. in quo proelio filius Attilae maior natu
nomine Ellac occiditur, quem tantum parens super citeros amasse perhibebatur, ut
eum cunctis diversisque liberis suis in regno preferret; sed non fuit vota patris fortuna
consentiens. nam post multas hostium cedes sic viriliter eum constat peremptum, ut
tam gloriosum superstis pater optasset interitum. reliqui vero germani eius eo occiso 263

H P V L (*deficit* 21 *in* pugnantem) *A O B X* (*Y Z*).

1 adquesita *O* falerans B^a uario] *VLOBXY*, uarium *HP*, uariarum *A* 2 aulicum] aliquod *OB* et ut tantis] ut tot et tantis *OB* 3 trucidant *L* emersique *B* momentaneo *B* 5 solunt (?) O^a 6 de regno orto *P*, orta de regno *L* contentio] *LAOBXY*, contio *HPV* inconsulte *A* cuncti *om. A* 7 omne *XZ* frequencius *A* copia] plus copia *B* 8 att. filii *A* libidinis] libinis *O*, *om.* L^a 9 aequa] etiam *XYZ* poscebat B^a instar] inistar *O* belligosi *O* regis *OB* cum pop. *om. L* 10 mitarentur *O* quod ut] quodum *O*, quod dum *B* conperit] coperit *X*, ceperit *O* ardaricus *LAOB* de tot g. ind. *OB* 11 conditionem *L* 12 insurget *O* inlatuque *P*, inlatoque *B* seruienti *P* pudore] *HPVOB*, pudorem *LAXY* secuta] sicut a *OB* detersit] discessit *OB* solum sua gente *O*, solam suam gentem *B*, suam solum gentem *A* 13 qui] quae *AOBXY* disce*sione *O* quia] quam *OB* 14 quod] qui *OB*, quae *A* temptantur *AOB* 15 bellique *A* nedao] *HPVLAXYZ*, netao OB^b, neteo B^a 17 populus *L* fiuntque] fiunt *A* nec] non *A* passioni] compassioni *A* 18 conparentur *O* quae] quem *O* in *om. LAXY* insaniarent *O* 19 parem *L* ipse *PLA* se *om. XY* sauciarent *L* ipsas *BXY* discerpent *O* 20 admirandum *om. OB* 21 cunctis *OB* ense] ens *O* gepida] *HPVO*, gepidam *ABXY* suo rugum] suorucum *O*, suorum cuncta *B* 22 sueuum *A* pedem *AOXYZ* sagittam *XYZ* halanum *XYZ* erulum *OB* 23 strui] struere *A*, instrui *O*, instruere *B* grauisque *O* conflictos] *HPV*, conflictus *AOBXY* fauet *X* gepidos *A* 24 unorum *A* ferebat *OB* 25 conspiratioque] *XYZ*, conspiratoque *HPVA*, conspiratorumque *OB* natu] nat *A* 26 elac *O*, hellac *A* parens] pater *OB* citeros] *HP*, ceteros *rel.* perhibebetur (*sic*) B^b 27 liberis] filiis *OB* uoto *OBXY*, uotis *A* 28 eum *om. A* 29 superstis] *O*, suprestis *HP*, supraestis *V*, superstitem *A*, superstes *rel.* optassit *O*

L fugantur iuxta litus Pontici maris, ubi prius Gothos sedisse descripsimus. cesserunt itaque Hunni, quibus cedere putabatur universitas. adeo discidium perniciosa res est, ut divisi corruerent, qui adunatis viribus territabant. haec causa Ardarici regis Gepidarum felix affuit diversis nationibus. qui Hunnorum regimini inviti famulabantur, eorumque diu maestissimos animos ad helaritatem libertatis votivam erexit; venientesque multi per legatos suos ad solum Romanum et a principe tunc Marciano gratissime suscepti distributas sedes, quas incolerent, acceperunt.

264 Nam Gepidi Hunnorum sibi sedes viribus vindicantes totius Daciae fines velut victores potiti nihil aliud a Romano imperio, nisi pacem et annua sollemnia, ut strenui viri, amica pactione postulaverunt. quod et libens tunc annuit imperator et usque nunc consuetum donum gens ipsa a Romano suscipit principe. Gothi vero cernentes Gepidas Hunnorum sedes sibi defendere Hunnorumque populum suis antiquis sedibus occupare, maluerunt a Romano regno terras petere quam cum discrimine suo invadere alienas, accipientesque Pannoniam, quae in longo porrecta planitiae habet ab oriente Moesiam superiorem, a meridie Dalmatiam, ab occasu Noricum, a septentrione Danubium. ornata patria civitatibus plurimis, quarum prima Syrmis, extrema Vindomina.

265 Sauromatae vero quos Sarmatas dicimus et Cemandri et quidam ex Hunnis parte Illyrici ad Castramartenam urbem sedes sibi datas coluerunt. ex quo genere fuit Blivila dux Pentapolitanus eiusque germanus Froila et nostri temporis Bessa patricius. Scyri vero et Sadagarii et certi Alanorum cum duce suo nomine Candac Scythiam
266 minorem inferioremque Moesiam acceperunt. cuius Candacis Alanoviiamuthis patris mei genitor Paria, id est meus avus, notarius, quousque Candac ipse viveret, fuit, eiusque germanae filio Gunthicis, qui et Baza dicebatur, mag. mil., filio Andages fili Andele de prosapia Amalorum descendente, ego item quamvis agramatus Iordannis ante conversionem meam notarius fui. Rugi vero aliaeque nationes nonnullae Bizzim et Ar-

---

H P V A O B X (Y Z).

1 ceperunt A^a 2 discium *V* 3 corruerint *OB* adunati *B*, adunata *O* 4 quae hunorum regimini (-ne *X*) inuitae *AXYZ* 5 mestissimus animus *O* helaritatem] *HP*, elaritatem *V*, eleritatem *O*, hilaritatem *ABXYZ* uotiuae *XYZ* 6 legatus O^a principem *O* tunc *om. XYZ* 7 quasi *P* acciperunt *O* 8 gepidi] *HPVO*, gepidae *ABXY* fines] finibus *A*, *om. XYZ* 9 nil *A* strinui *O* 10 pacione *A*, pactuatione *OB* 11 consuetum donum] consuetudo est nam *OB* suscipit] *HAXY*, suscipet *P*, suscepit *VOB* gothi . . . 14 accipientes *in litura B* gepadas *V* 12 sibi sedes *A* suas antiquas sedes *AB* 13 quam *om. O* inuaderent *XY* 14 que *om. B* pannonias *O* longo] *HPV*, logo *O*, longa *AB*, longam *XYZ* planiciem *XYZ* moesaiam superioram O^a 15 moricum *A* 16 syrmis] *HPVXY*, sirmis *AOB* uindomina] uendomina *XYZ: scr.* Vindouona *s.* Vindobona 17 sarmatuis *O* diximus *OB* ex] et *O* parte] in parte *B*, partem *AXYZ* 18 ad *om. O* castra(castram *A*)martenam urbem] castra martena *OB*, castrum arcenam (arcennam *Y*) in urbem *XYZ*: Κάστρα Μάρτις *apud Hieroclem p. 655* quo genere] quo gente *O*, qua gente *B* 19 bliuila] bliuialas *OB*, bliuiliorum *XYZ* pentabolitanus *O* proila *PA*, froilas *OB*, ferolla *XYZ* bessa] lessa *O*, besea *XZ*, basea *Y* 20 scyri] *HPXY*, sciri *VAOB* uero] autem *XY* sadagari *A*, satagarii *B*, sa****rii (sagagorii O^2) O^1, sadacarii *XY* certi] ceteri *BXY* candach *Y*, candaci *Z*, candax *B* scithicam *A* 21 moesaiam *O* acciperunt *O* alanouiiamuthis] HP^bVO, alanouiamuthis P^aXYZ, alaniuuamuthis *B*, alanouuamocthis *A* mei patris *B* 22 paria id est meus] patria id est meus *XYZ*, parialdemeus *OB* candax *OB* 23 que *om. A* filius *B* gunthigis *PVAOB*, guntigis *XY* mag̅ m̅l *HPV*, magister militum *AOB*, mag̅n̅ mil̅ *X*, *om. YZ*, *hic in spatio vacuo* filio] filius *B*, *om. H* andagis *OB* 24 andele] *HPV*, andale *O*, andalae *B*, andelem *XYZ*, andales *A* molorum *O* discendentem *O*, descendens *B*, descendentis *A* agramatus] *HPV*, agrammatus *OBXY*, agrammatos *A* iordannis] *HP*, iordanis *VAXYZ*, iornandis *OB* 25 conuersationem *V* meam *om. A* rugi] regi *O* nonn. nat. *A* bizzim] bizzi *A*, biozim *OB: intellegitur Bizye oppidum Thraciae non longe a Constantinopoli* arcadiopolim] archadiopolim *A*, arcadiapolim X^a, asschadiopolim *O*, asscandiopolim *B: intellegitur Arcadiopolis, olim Bergula, oppidum Bizye vicinum*

cadiopolim ut incolerent, petiverunt. Hernac quoque iunior Attilae filius cum suis in L
extrema minoris Scythiae sedes delegit. Emnetzur et Vltzindur consanguinei eius in
Dacia ripense Vto et Hisco Almoque potiti sunt, multique Hunnorum passim proruen-
tes tunc se in Romania dediderunt, e quibus nunc usque Sacromontisi et Fossatisii
dicuntur. erant si quidem et alii Gothi, qui dicuntur minores, populus inmensus, cum LI 267
suo pontifice ipsoque primate Vulfila, qui eis dicitur et litteras instituisse[1]). hodieque
sunt in Moesia regionem incolentes Nicopolitanam ad pedes Emimonti gens multa, sed
paupera et inbellis nihilque habundans nisi armenta diversi generis pecorum et pascua
silvaque lignarum; parum tritici citerarumque specierum terras fecundas. vineas vero
nec, si sunt alibi, certi eorum cognoscent ex vicina loca sibi vinum negotiantes; nam
lacte aluntur plerique.

Ergo, ut ad gentem, unde agimus, revertamur, id est Ostrogotharum, qui in Pan- LII 268
nonia sub rege Valamir eiusque germani Thiudimer et Videmir morabantur, quamvis
divisa loca, consilia tamen unita (nam Valamer inter Scarniungam et Aqua nigra flu-
vios, Thiudimer iuxta lacum Pelsois, Vidimer inter utrosque manebant), contigit ergo,
ut Attilae fili contra Gothos quasi desertores dominationis suae, velut fugacia mancipia
requirentes, venirent ignarisque aliis fratribus super Valamer solum inruerent. quos 269
tamen ille quamvis cum paucis excepit diuque fatigatis ita prostravit, ut vix pars ali-
qua hostium remaneret, quae in fuga versa eas partes Scythiae peteret, quas Danabri
amnis fluenta praetermeant, quam lingua sua Hunni Var appellant. eo namque tem-
pore ad fratris Thiudimeri gaudii nuntium direxit, sed eo mox die nuntius veniens

---

H P V A O B X (Y Z). Rav. 4, 19 p. 218 ad v. 15: in Pannonia est lacus maximus qui dicitur Pelsois. *Paulus h. R. 15, 11* (12 Ergo — 18 prostravit). *15, 12 seq.* (*a* 20 eo).

1 petierunt *O* hernac] hermac *XY:* Ἡρνάχ *apud Priscum fr. 36 p. 107 Muell.* attilae] a. regis *O* (*non B*) 2 extremo *B*, extremas *X*, extremis *AY* minores *O* emnetzur] *H*, emnedzur *PV*, emnezur *Y*, emmedzur *A*, emmezur *X*, zinnezur *Z*, emnetdzar *O*, emnedzar *B* ultzindur] HP^bVAX^bY, ultzidur X^a, uultzindur *Z*, ultz**dur P^a, uzindur *OB* consanguinei] *ABXY*, cumsanguinei *O*, consannei *HPV* 3 uto et husco almoque *YZ*, uto et isco almusqui *O*, uto et iscalmus qui ea *B*, ut dethisco almoque *A: intelleguntur Vtus Oescus Almus tres affluentes Danuvii vel potius eiusdem nominis oppida ad ostia illa tria sita, quamquam Vti castelli praeterea mentio non reperitur* 4 tunc se in r. (romaniam *ABY*) dediderunt (*sic HPAY*, dederunt *VOB*) *om. X* (*habent YZ*) e] et *O* usque *om. A* sacromontissii *O* fossatisii] fosatisii *B*, fotasii *O* 6 eis] eisdem *A* 7 regione *AOB* ad] ut *XZ* (*non Y*) emimonti] *P*, ei monti *H*, emi montis *VX*, hemi montis *AYZ*, enim montis *OB* sed] sedet *B* 8 pauper ABX^b nihilque habundans] quae non habundat *B*, nulloque abundans *A* armento *B*, armentis *A* diuersis *HPV* pascuis *A* 9 siluamque *O* lignarum] *HPVO*, lignorum *ABXY* parum] p. habens *B* citerarumque] *HP*, ceterarumque *VYZ*, ceterorumque *X*, ceterarum *AB*, ceterorum *O* terras fecundas] terra fecunda *A*, in terras fecundas *O*, est terra secunda *B* 10 certi eorum] certe *A* cognuscent *P*, cognoscunt *A* uicinis locis (locis *om.* A^a) *ABXY* nam *om. A* 11 l. aluntur pl.] pl. l. utuntur *A* 12 agimus] agitur *OB* reuertamus *B* id est] idem *O* ostrogothorum *X* 13 uulamier *O* germani] *HPV*, germanis *OBXY*, germano *A* theudimer *X*, theudimir *YZ*, theodemir *AOB* et uuidemer *O*, et uuidimir *B*, et uidimer *X*, et uidimir *Z*, et uindimir *Y*, *om. HPVA* 14 diuisi loco *A* consilio *AXYZ* unita] uniti *A*, habuerunt unita *B* ualamir *A* scarniumgam *HPV* aquam nigram *OB*, aquae nigrae *XYZ* 15 theudemer *X*, theudimir *Y*, teudemir *A*, theodemir *OB* lacum] locum A^a, loca *XYZ* pelsodis *B*, pelsoif *X* uidemir *A* manebat *AOBXY* 16 dominationi *P* fucacia *HPV*, fugatia *O* mancipia] mantia *O* 17 ignaresque *O* ualamir *AXY*, uualamir *B* inruerint *O* 18 fatigatos *AB* 19 fugam *ABXY* conuersa *A* peterent *OB* danabri] *H*, danubri *PVO*, danubii *AB*, danapri *XYZ* 20 amnies *P* quam] que *O*, quem *AXYZ* eo namque] eoque *OB* 21 ad] cum ad *B* fratres thiudimeri *P*, fratres theodemeri *O*, fratrem theodemerem *B*, fratres (*om.* th.) *A*, theudimeri (*om.* fr.) *X*, theudimiris (*om.* fr.) *Y:* Thiodimer *Paulus* gaudii] gaudia *OXYZ* n. direxit sed] n. direxisset *OB*, cum nuntium direxisset *XY* eo] e *O*, et *A*

---

1) *cf. Socrates hist. eccl. 4, 33:* Οὐλφίλας ὁ τῶν Γότθων ἐπίσκοπος γράμματα ἐφεῦρε Γοτθικά.

LII feliciorem in domo Thiudimer repperit gaudium. ipso si quidem die Theodoricus eius filius, quamvis de Erelieva concubina, bonae tamen spei puerolus natus erat.
270 post tempus ergo non multum rex Valamir eiusque germani Thiudemir et Vidimir, consueta dum tardarent dona a principe Marciano, quae ad instar strenuae acciperent et pacis foedera custodirent, missa legatione ad imperatorem vident Theodericum Triarii filium, et hunc genere Gothico, alia tamen stirpe, non Amala procreatum, omnino florentem cum suis, Romanorumque amicitiis iunctum et annua sollemnia consequen-
271 tem, et se tantum despici. ilico furore commoti arma arripiunt et Illyricum pene totum discurrentes in praeda devastant. sed statim imperator animo mutato ad pristinam recurrit amicitiam missaque legatione tam praeterita cum instantibus munera tribuit quam etiam de futuro sine aliqua controversia tribuere compromittit, pacisque obsidem ab eis, quem supra rettulimus, Theodoricum, infantulum Thiudimeris accipit; qui iam septem annorum incrementa conscendens octavum intraverat annum. quem dum pater cunctatur dare, patruus Valamir extitit supplicator tantum, ut pax firma inter Romanos Gothosque maneret. datus igitur Theodoricus obses a Gothis duciturque ad urbem Constantinopolitanam Leoni principi, et, quia puerulos elegans erat, meruit gratiam imperialem habere.

LIII 272 Postquam ergo firma pax Gothorum cum Romanis effecta est, videntes Gothi non sibi sufficere ea quae ab imperatore acciperent simulque solitam cupientes ostentare virtutem, coeperunt vicinas gentes circumcirca praedari, primum contra Sadagis, qui interiorem Pannoniam possidebant, arma moventes. quod ubi rex Hunnorum Dintzic filius Attilae cognovisset, collectis secum qui adhuc videbantur quamvis pauci eius tamen sub imperio remansisse Vltzinzures, Angisciros, Bittugures, Bardores, venientesque ad Basianam Pannoniae civitatem eamque circumvallans fines eius coepit praedare.
273 quod conperto Gothi ibi, ubi erant, expeditionemque solventes, quam contra Sadagis collegerant, in Hunnos convertunt et sic eos suis a finibus inglorios pepulerunt, ut iam ex illo tempore qui remanserunt Hunni et usque actenus Gothorum arma formident.

H P V A O B X (Y Z). Paulus l. c. (ad 15 maneret).

1 feliciorem] felicius *ABXY* theodemeris *OB*, theudimeri *X*, theudimeris *Y*, teodemir *A* ipsi *A* theodoricus] *H (plerumque) P (plerumque)*, t(h)eodericus *VAOB(plerumque)XY* 2 erelieua] herilieua *X*, herili sua *Y:* Arileua *Paulus 15 [16], 14*, Ereriliua *Anon. Vales. 58* puerolus] *HP*, puerulus *VAOBXY* erat] est *A* 3 ergo *om. A* uualemer *B* theodimer *O*, theodemer *B*, theudimer *X*, theudimir *Y*, theudemer *Z*, teudemir *A* uuidimer *OB*, uidimer *XZ*, uindimir *Y*, uidemir *A* 4 dona a (a *om. O*) pr.] a pr. d. *A* strenuae] *HPVAXY*, strinuae *O*, strennuae *B* acceperent *P*, acciperunt *O*, gentes acceperunt *B* 5 et pacis] ut paucis B^a, ut pacis B^b custodierent *P* ligatione *O* 6 hunc] gunc *O*, huno *A* gothorum *X* 7 cum] con *O* 8 ilico] illo *A* furori *V* corripiunt *A* hirillicum *A* totam *A* 9 praedam *OB* commutato *A* 10 recurrunt *O* 11 sine] in sine P^a contrauersia *H*, controuarsia *O* 12 eis] eo *A* thedericum V^a infantolum *O* theudimeris *Y*, theodemeris *OB*, theodemiris *A*, theodemeri *X*, theudimeri *Z* accipit] *AY*, accepit *B*, accipiunt *HPVOXZ* 13 conscindens *O* 14 cunctaretur dare *A*, cunctatur daret *O*, cunctatus daret *B* uualamer *OB* 15 datur *XY* thedericus *V*, theodericos *O* obses a gothis] obses *A*, obsessa gothos *O* que *om. AB* ad urbem const. (constantinopolititanam *P*)] constantinopolim *A* 16 principem *O* puerulos] $HPVO^a$, puerulus O^b, puerulus *ABXY* eligans *O* 19 sibi *om. A* acceperent *P*, acciperint *O*, acceperant *XY*, acceperunt *A* simulque solitam] *HPVAXYZ*, solatia simulque *OB* 20 predare *O* primo *OB* satagis *O*, satagas *B*, sadages *XZ*, sagades *Y*, sadares *A* 21 possedebant *O* dindzic *X*, dindzich *YZ*, dinzio *OB:* Δέγγιζιχ *apud Priscum fr. 36. 38 p. 107. 108 Muell.* 23 ultzinzures] $HPVX^bYZ$, ultzinzumes X^a, ulzinzures *A*, ulzingures *O*, ultzingures *B* angiscires *B* bittugores *OB*, burtugures *A* bardares *A* uenientesque] uenientes *O*, ueniensque *AX*, ueniens *B* 24 basianam pann.] *HPVXYZ*, bassianam pannoniae (-niam O^a) *OB*, pann. basianam *A* praedari *ABX* 25 quo *ABXY* ibi *om. AOB* sadages *AXZ*, sagades *Y*, satagas *B* 26 colligerant *O*, collegerunt *B* a suis *A* ingloriosos *A* 27 illo] ill (*sic*) *O* formidarent *XY*

quiescente vero tandem Hunnorum gente a Gothis Hunumundus Suavorum dux dum ad LIII
depraedandas Dalmatias transit, armenta Gothorum in campis errantia depraedavit,
quia Dalmatia Suaviae vicina erat nec a Pannonios fines multum distabat, praesertim
ubi tunc Gothi residebant. quid plurimum? Hunimundus cum Suavis vastatis Dal- 274
matiis ad sua revertens, Thiudimer germanus Valameris regis Gothorum non tantum
iacturam armentorum dolens quantum metuens, ne Suavi, si inpune hoc lucrarentur,
ad maiorem licentiam prosilirent, sic vigilavit in eorum transitu, ut intempesta nocte
dormientes invaderet ad lacum Pelsodis consertoque inopinato proelio ita eos oppressit,
ut etiam ipsum regem Hunimundum captum omnem exercitum eius, qui gladio evadis-
sent, Gothorum subderet servituti. et dum multum esset amator misericordiae, facta
ultione veniam condonavit reconciliatusque cum Suavis eundem, quem ceperat, adop-
tans sibi filium, remisit cum suis in Suavia. sed ille inmemor paternae gratiae post 275
aliquod tempus conceptum dolum parturiens Scirorumque gente incitans, qui tunc super
Danubium consedebant et cum Gothis pacifice morabantur, quatenus scissi ab eorum
foedere secumque iuncti in arma prosilerent gentemque Gothorum invaderent. tunc
Gothis nihil mali sperantibus, praesertim de utrisque amicis vicinis confisi, bellum
exurgit ex inproviso coactique necessitate ad arma confugiunt solitoque certamine arrepto
se suaque iniuria ulciscuntur. in eo si quidem proelio rex eorum Valamir dum equo 276
insidens ad cohortandos suos ante aciem curreret, proturbatus equus corruit sessorem-
que suum deiecit, qui mox inimicorum lanceis confossus interemptus est [1]. Gothi vero
tam regis sui mortem quam suam iniuriam a rebellionibus exigentes ita sunt proeliati,
ut pene de gente Scirorum nisi qui nomen ipsud ferrent, et hi cum dedecore, non
remansissent: sic omnes extincti sunt.

Quorum exitio Suavorum reges Hunimundus et Halaricus vereti, in Gothos arma LIV 277
moverunt freti auxilio Sarmatarum, qui cum Beuca et Babai regibus suis auxiliarii ei
advenissent, ipsasque Scirorum reliquias quasi ad ultionem suam acrius pugnaturos

---

H P V A O B X (Y Z). Paulus h. R. 15, 12 (a 18 in eo).

1 gentem *O* hunumundus] *HPV*, hunnomundus **** *O in extrema pagina*, hunnimundus *B*, hunimundus *AXY* sueuorum *A* ad predandas *AOBXY* 2 depraedatur *A* 3 dalmatia suauiae] *XY*, dalmaci suauiae *Z*, dalmatias suauiae *HPV*, dalmatia suaeuia *A*, dalmatiis suauia *OB* uecina *O* a pannonios (appannonios *P*) fines] *HPV*, a pannoniis finibus *AOBXYZ* praese**** (praesertim V^b) V^a 4 resedebant *VO* hun(n)imundo *AB* sueuis *A* 5 reuertente *AB* theodemir *O*, theodomer *B*, theudimer *XZ*, theudimir *Y*, theudemir *A* huualameris *O*, ualemir *A* 6 armorum *A* ne] nec O^a suaui (sueui *A*) si inpune (inpone *O*) h. l.] *AOB*, suauis inpune hoc lucrarentur *HPV*, suaui impune (imp. *om. Y*) hoc lucr. et *XYZ* 8 indaderet *V* 9 etiam] iam *O* ipso rege hun(n)imundo capto *AB* gladio euadissent] *HPV*, gladium euasissent (euassissent *O*) *AOBXY* 11 sueuis *A* eodem *O* coeperat *HV* 12 suauiam *OBXY*, sueuiam *A* gradiae *P* 13 que *om. B* gentem *AOBXY* incitauit *B* supra *OB* 14 consedebant] *HPVO*, consisdebant AB^bXY, considerabant B^a pacifice] *HOB*, pacifici *PVAXYZ* scisci *O* 15 se*cumque *O* iuncti in] iunctum *A* prosilerent] *HPV*, prosilirent *AOBXY* 16 de *om. O* confisis *B* 17 exurgit] insurgit *OBXY*, surgit *A* ex *om. XYZ* certamen in arreptum *O*, certamen arreptum *XYZ* 18 suamque iniuriam *AOBXY* eorum *om. XYZ* uualamir *O*, uuallamer *B* 19 adeo hort. B^a 20 de*iecit *O* lanceis] *AOBXY*, lances *HPV* confessus O^a intertemptus *O* 21 a *om. XZ (non Y)* ita . . . 22 de gente *om. XYZ* sunt] sut V^a 22 ipsum *ABXY* hi] hic *OB* 23 sic o. extincti sunt] sic o. extin(c)xerunt *OBXY*, ita sunt o. extincti *A* 24 exitio] *HPVAXYZ*, exitium *O*, exitum *B* sueuorum *A* hu*nimundus *V*, hunnimundus *B*, hunimunmundus *O* uereti] *HPVO*, ueriti *ABXY* 25 auxiliis armatarum *B* beuga *OB* auxiliarii ei] *HPV*, auxiliariis eius *O*, auxiliariis eorum *B*, auxiliariis *XY*, auxiliarii *A* 26 aduenissent] deuenissent *OB* ipsisque sc. reliquiis *XZ* adulationem *X* pugnaturos] *HPVA*, pugnaturus *O*, pugnaturas *B*, pugnaturis *XYZ*

---

1) *Horum et sequentium epitomam dat Iordanes in Romanis c. 347.*

LIV accersientes cum Edica et Hunuulfo eorum primatibus habuerunt simul secum tam Gepidas quam ex gente Rugorum non parva solacia, ceterisque hinc inde collectis ingen-
278 tem multitudinem adgregantes ad amnem Bolia in Pannoniis castra metati sunt. Gothi tunc Valamero defuncto ad fratrem eius Thiudimer confugerunt. qui quamvis dudum cum fratribus regnans, tamen auctioris potestatis insignia sumens, Vidimer fratre iuniore accito et cum ipso curas belli partitus, coactus ad arma prosilivit; consertoque proelio superior pars invenitur Gothorum, adeo ut campus inimicorum corruentium cruore madefactus ut rubrum pelagus appareret armaque et cadavera in modum collium
279 tumulata campum plus per decem milibus oppleverunt. quod Gothi cernentes, ineffabili exultatione laetantur, eo quod et regis sui Valameris sanguinem et suam iniuriam cum maxima inimicorum strage ulciscerentur. de vero innumeranda variaque multitudine hostium qui valuit evadere, perquaquam effugati vix ad sua inglorii pervenerunt.

LV 280 Post certum vero tempus instanti hiemali frigore amnemque Danubii solite congelato — nam istiusmodi fluvius ille congelascit, ut in silicis modum pedestrem vehat exercitum plaustraque et traculas vel quidquid vehiculi fuerit, nec cumbarum indigeat lintres — sic ergo eum gelatum Thiodimer Gothorum rex cernens pedestrem ducit exercitum emensoque Danubio Suavis inprovisus a tergo apparuit. nam regio illa Suavorum ab oriente Baibaros habet, ab occidente Francos, a meridie Burgundzones,
281 a septentrione Thuringos. quibus Suavis tunc iuncti aderant etiam Alamanni ipsique Alpes erectos omnino regentes, unde nonnulla fluenta Danubium influunt nimio cum sonu vergentia. hic ergo taliterque munito loco rex Thiudimer hiemis tempore Gothorum ductavit exercitum, et tam Suavorum gente quam etiam Alamannorum, utrasque ad invicem foederatas, devicit, vastavit et pene subegit. inde quoque victor ad proprias sedes, id est Pannonias revertens Theodoricum filium suum, quem Constantinopolim obsidem dederat, a Leone imperatore remissum cum magnis muneribus gratanter
282 excepit. qui Theodoricus iam aduliscentiae annos contingens expleta pueritia, decem et

---

H P V A O B X (Y Z). Paulus h. R. 15, 12 (ad 4 confugerunt).

1 arcessientes *A* hunuulfo] hunulfo *A*, unulfo *OB* secum tam] secutam *XZ* (*non Y*) gepidas quam] gepidarum tam (*sic*) *XYZ* 2 ex gente] *BXY*, exigente *O*, gente *HPV*, et gentem *A* rucorum *HPV* ceterosque h. i. collectos (-tus O^a) *O* 3 amnem] abnen *O* bolia] boliam *B*, boliani *O* pannonis *O* 4 ualamiro *OX*, uualamiro *B*, ualamire *A*, uelamire *Y* theodemer *OB*, theodimer *X*, theudimir *YZ*, teudemir *A* 5 regnans] regnum *XZ*, regnum tenuisset *Y* auctioris] *ABXY*, auctoris *HPV*, actioris (*ut vid.*) O^a, altioris O^b insigna *O* sumen *P* uidimeri *O*, uuidimeri *B*, uidemir *A* iuniori *B* 6 et cum] cum et *X*, cum *A* coatus *O* prosiliuit] *HPOXY*, prosiluit *VAB* 7 goth. inu. *A* *ante* corr. *litura XVI fere litt. B* 9 cumulata *B* plus per decem milibus] per decem milia *XYZ*, plus decem milibus *AB* 10 eo] ** V^a et *om. AOB* reges *O* sui] si *O* uallameris *B*, ualamiris *A* 11 maxima] maximo *X*, magna *Y* ulcisceretur *O* de uero innumerabili *XY*, de innumerabili uero *A* 12 ualuerunt *AB* perquaquam] perquaque *A*, *om. OB* sua] *AOBXY*, suam *HPV* inglororii *HPV* 13 uero certum *B* hiemeali *O* amneque *ABXY* 14 ille congelascit] ita congelescit *A*, ita rigiscit *O*, ita rigescit B^b, ita gigescit B^a ut in] in in *X*, ut *A* ueh. ex. ped. (pedestres *O*) *OB* 15 traculas] triaculas *OB*, tragulas *XY*, trahulas *A* fuerit n. c. (cymb. *Y*, cimb. *X*) indigeat lintres (lintre *B*, lintribus *A*)] futres *mediis omissis V* 16 theodimir *O*, theodemer *B*, theudimir *YZ*, theudimer *X*, teudemir *A* rex goth. *A* ducit *om. O* 17 sueuis *A* a (e *P*) tergo app.] app. a tergo *XY* 18 sueuorum *A* baibaros] *HPVXYZ*, baiobaros (-rus O^a) *OB*, baioarios *A* burgundzones] *HPVXY*, burgundiones AOB^b, burgundines B^a 19 tlorincos (*ut vid.*) *O*, thoringos *BY*, toringos *AX* sueuis *A* iuncti] iniuncti *XY* etiam *om. A* alamanni] alemanni *B*, ademandi *XYZ* 20 erectas *AB*, effectos *XYZ* danubium] *HPVAXYZ*, danubio *OB* 21 sonu] *HPV*, sona A^a, sono A^bOB, sonitu *XYZ* que *om. B* theodimir *O*, theodemer *B*, theudimer *XZ*, theudimir *Y*, teudemir *A* 22 sueuorum *A* gente] *HPV*, gentem *AOBXY* alamannorum] *A*, alemannorum *B*, alanorum *HPVOXYZ* utraque V^a 24 thodericum *OB* const.] in const. *O* 25 obsedem *O* remissum (demissum *XZ*, dimissum *Y*) cum magnis] *rel. et* O^2, remis********** O^1 26 excepit] excipiunt *O*, recepit *XYZ*

octo annos peragens, ascitis certis ex satellitibus patris et ex populo amatores sibi clien- LV
tesque consocians, paene sex milia viros, cum quibus inconscio patre emenso Danubio
super Babai Sarmatarum rege discurrit, qui tunc de Camundo duce Romanorum victoria
potitus superbiae tumore regnabat, eoque superveniens Theodoricus interemit familiaque
et censu depraedans ad genitorem suum cum victoria repedavit. Singidunum dehinc
civitatem, quam ipsi Sarmatae occupassent, invadens, non Romanis reddidit, sed suae
subdedit dicioni.

Minuentibus deinde hinc inde vicinarum gentium spoliis coepit et Gothis victus LVI 283
vestitusque deesse et hominibus, quibus dudum bella alimonia prestitissent, pax coepit
esse contraria, omnesque cum magno clamore ad regem Thiudimer accedentes Gothi
orant, quacumque parte vellit, tantum ductaret exercitum. qui accito germano missa-
que sorte hortatus est, ut ille in parte Italiae, ubi tunc Glycerius regnabat imperator,
ipse vero sicut fortior ad fortiorem regnum accederet Orientalem: quod et factum est.
et mox Vidimer Italiae terras intravit, extremum fati munus reddens rebus excessit 284
humanis, successorem relinquens Vidimer filium suumque synonymum. quem Glycerius
imperator muneribus datis de Italia ad Gallias transtulit, quae a diversis circumcirca
gentibus praemebantur, asserens vicinos ibi Vesegothas eorum parentes regnare. quid
multum? Vidimer acceptis muneribus simulque mandata a Glycerio imperatore Gallias
tendit seseque cum parentibus Vesegothis iungens unum corpus efficiunt, ut dudum
fuerant, et sic Gallias Spaniasque tenentes suo iuri defendunt, ut nullus ibi alius
prevaleret.

Thiudimer autem, frater senior, cum suis transit Saum amnem Sarmatis militi- 285
busque interminans bellum, si aliqui ei obstaret. quod illi verentes quiescunt, immo
nec praevalent ad tantam multitudinem. videns Thiudimer undique sibi prospera pro-
venire, Naissum primam urbem invadit Illyrici filioque suo Theodorico sociatis Astat
et Invilia comitibus per castro Herculis transmisit Vlpiana. qui venientes tam eam 286
quam Stobis mox in deditione accipiunt nonullaque loca Illyrici inaccessibilia sibi

---

H P V A O B X (Y Z). Paulus h. R. 15, 12 sq. (*a* 10 omnesque).

1 otauo (*sic*) decimo anno peragens *O*, octauum decimum annum (annos *A*) peragens *AB* ascitis] arcitis *Z*, accitis *X*, accersitis *Y* certis ex *om. OB* asellitibus *O* et *om. OB* 2 consociauit *B* paene] *H hic* sex m.] ex m. *O*, uii *A* inconscio] in consilio *XZ*, inconsulto *Y*, inscio *A* 3 babai] ba *O* sarmatorum *O* regem *ABXY* 4 superuiae *P* eoque] *HPV*, eumque *AOBXY* theodericos *O* familiamque et censum *AOBXY* 5 ienitorem *O* singidonum *OB* 6 occupassens *O*, occupauerant *A* reddedit *P* 7 subdedit] *HPO*, subdidit *VABXY* 9 alimonia] *HPVO*, alimoniam *ABXY* prestetissent *P*, prestitissens *O* 10 theodemir *OB*, theodimer *X*, theudimer *Z*, theudimir *Y*, theudemir *A* 11 orant] erant A^a uellit] *HPV*, uellet *OBXY*, uelit *A* tantum *om. OB* 12 hortatus] orta *O*, hortata *B* est] que *X* partem *ABX*, patem *Y* glycerius] glizerius *A*, cliterius *O* 13 sicut] seut *O*, ceu *B* fortiorem] fortius *ABXY* orientale *BXY*, id est orientale *A* quod] quidem *O*, quidem quod *B* 14 mox] mox ut *XY* uindimer *XZ*, uindimir *Y*, uidemir *A* terr. it. *A* terras intrauit] *in litura* O^2 15 relinquens] r. regni OB^b uidemer *PV*, uidemir *A*, *om. XYZ* suum] sui *XYZ* que *om. A*, que synonymum *om. OB* glizerius *A*, clicerius *O* 16 italiae A^a a diuersis] aduersis *OXY* 17 gentibus *om. XYZ* praemebantur] *HXY*, praemebatur *PV*, premebatur *AOB* ibi] sibi *AOB* uuisigothos *XY* 18 multum] multa *OBXY* uindimer *XZ*, uindimir *Y*, uidemir *A* acceptas X^a mandatis *ABXY* a *om. O* 19 unum] unum cum eis *B* efficitur *B* ut dudum fuerant *om. OB* 20 hispaniasque *ABXY* iure *OBXY* ibi] sibi *OB* 22 theodemer *OB*, theudimer *XZ*, theudimir *Y*, teudemir *A* autem] au *O*, enim *XY* saum amnem] *HPVAOB*, padum *XYZ* 23 que *om. OB* bellum *om. XYZ* aliquis *AXY* ei obstaret] optaret *O*, optarent *B* 24 theodemer *OB*, theodimer *X*, theudimer *Z*, theudimir *Y*, teudemir *A* 25 naisum *OBXYZ* prima *O* inuadet *O* illyri *H*, illiricis *XYZ* sociatus *B* adstat *OB*, artat *XYZ* 26 inuilia] inuillam *B*, in uigilia *XYZ* comites *B* castro] *HPV*, castrum *AOBXY* hirculis *O* ulpianam *ABXY* 27 quam stobis] *scripsi*, quamestobis *OXY*, quammestobis *HPV*, quam mestoliis *A*, quam et opes *B* deditione] *HPV*, dedicationem O^a, deditionem AO^bBXY nonullaque] *HP*, nonnullaque *VAOBXY* inaccessebilia *O*

LVI primum tunc pervia faciunt. nam Eracleam et Larissam civitates Thessaliae primum praedas ereptas, dehinc ipsas iure bellico potiuntur. Thiudimer vero rex animadvertens felicitatem suam quam etiam filii nec his tantum contentus, egrediens Naisitanam urbem paucis ad custodiam derelictis ipse Thessalonicam petiit, in qua Helarianus
287 patricius a principe directus cum exercitu morabatur. qui dum videret vallo muniri Thessalonicam nec se eorum conatibus posse resistere, missa legatione ad Thiudimer regem muneribusque oblatis ab excidione eum urbis retorquet initoque foedere Romanus ductor cum Gothis loca eis iam sponte, quae incolerent, tradidit, id est Cerru,
288 Pellas, Europa, Mediana, Petina, Bereu et alia quae Sium vocatur. ubi Gothi cum rege suo armis depositis composita pace quiescunt. nec diu post haec et rex Thiudimer in civitate Cerras fatale egritudine occupatus vocatis Gothis Theodoricum filium regni sui designat heredem et ipse mox rebus humanis excessit.

LVII 289 Theodorico vero gentis suae regem audiens ordinato imperator Zeno grate suscepit eique evocaturia destinata ad se in urbe venire precepit, dignoque suscipiens honore inter proceres sui palatii conlocavit. et post aliquod tempus ad ampliandum honorem eius in arma sibi eum filium adoptavit de suisque stipendiis triumphum in urbe donavit, factusque consul ordinarius, quod summum bonum primumque in mundo decus edicitur[1]; nec tantum hoc, sed etiam et equestrem statuam ad famam tanti
290 viri ante regiam palatii conlocavit. inter haec ergo Theodoricus Zenonis imperio foedere sociatus, dum ipse in urbe omnibus bonis frueretur gentemque suam in Illyrico, ut

---

H P V A O B X (Y Z). Rav. 4, 9 p. 197 ad v. 9: non longe a . . . Thessalonica sunt civitates id est Ceras Europa Mediana Petina (*al.* penna) Bireum Quaesium. *Paulus l. c. Freculfus 2, 5, 18 (a* 17 consul).

1 tunc pr. *OB* peruiam *O* eracleam] *AO*, eracliam *B*, aracleam *HV*, aradeam *P*, heracleam *XYZ* ciuitatem tessaliae *O* 2 praedas ereptas] H^bP^bV, praeda**reptas H^a, ****** ereptas P^a, preda cepta *O*, praeda capta *B*, praedis ereptis *AXYZ* dehinc ipsis *XY*, *om. OB* patiuntur A^a theodemir *OB*, theodimer *X*, theudimer *Z*, theudimir *Y*, teudemir *A* 3 fel.] tam fel. *A* filii] sibi *XYZ* his] hac *OB* tantum] tamen *B* contemptus *A* *post* egrediens *litura sex fere litt. H* naissitana urbe *A* 4 pacis *O* ipsi *O* petiit] petit *A*, impetit *B*, inpedit *O* quam *X* helarianus] *HPVX*, elarianus *A*, hilarianus *Z*, hylarianus *Y*, elarius *OB* 5 dum] cum *A* 6 thessallonicam *P* ligacione a th. rege *O* theodimer *X*, theodemer *B*, theudimir *Y*, teudemir *A* 7 que *om. AOB* excidione] obsidione *B*, excidio *A* orbis *O* 8 quae] *AOBXY*, qua *HPV* incolerint *O* tradedit *PO* cerru pellas] *HPVXY*, cero pellas *OB*, cerra pallas *A*: Ceras *Rav.*: *intelleguntur Cyrrhus et Pella oppida Macedoniae primae sibi vicina* 9 europa] *HPV cum Rav.*, eorupa *O*, europam *BXY*, eropa *A*: *intellegitur Europus eiusdem provinciae* medianam *ABXY*: *significatur Methone eiusdem provinciae* petinam bereum *B*, retina bercum (-chum *YZ*) *XYZ*: *intelleguntur Pydna et Beroea oppida item eiusdem provinciae, quae recto quoque ordine disposita sunt* sium] suith *A*: *est opinor* Δῖος, *ut Scandza scribitur pro Scandia* uocantur *B* 10 theodimer *OX*, theodemer *B*, theudimer *Z*, theudimir *Y*, teudemir *A* 11 cerrus *XYZ* fatale] *HPVO*, fatali *ABXY* occupatis A^a uocatis] *in transitu a pagina ad paginam om. O* 12 designant *O* 13 theodorico] *HP*, theoderico *V*, theodericum *AOBXY* genti *OB* ordinato imperator zeno] *HPV*, ordinatum imp. zenon *B*, ordinatum imp. zenum *O*, imp. zenon (zeno *A*) ordinatum *AX*, imp. zenon (*om.* ordinato) *YZ* gratus *O*, gratum *B*, **** (grate X^2) X^1 14 eique euocaturia] *HPV*, eiquetuocatoria *O*, eique (*om.* B^a) euocatoria *BXY*, eumque euocatoria *A* se] se eum *A* ube *A*, urbem *VOBXY* 15 ampliendum *O* 16 armis *XYZ* 17 urbem *O* factusque] factusque est O^2B quod] quam *XY*, quem *Z* primumque] primo *XY*, que *O*, *om.* ('*hic erat lacuna*') *Z* decus in mundo dicitur *A* 18 etiam et (et *om. AOB*) equestrem (-tre *O*)] *libri*, et equestrem *Freculfus*, aeream ei equestrem *aut legit Paulus 15, 13 aut propter vocabulum* etiam *inepte repetitum legendum esse coniecit*: in tantum, ut . . . eum fascibus sublimaret . . . aereamque illi equestrem statuam ante suum palatium collocaret: *sed apud Iordanem talia non offendunt* 19 ante] contra *XZ* theodoricus] *H*, theodericus *P et rel.* 20 bon. omn. *OB* sua *O* hillirico *O*

---

1) *Roman. 348 eadem narrantur propius accedentia ad Marcellinum.*

diximus, residentem non omnino idoneam aut refertam audiret, elegit potius solito more LVII
gentis suae labore querere victum quam ipse otiose frui regni Romani bona et gentem
suam mediocriter victitare, secumque deliberans ad principem ait: 'quamvis nihil deest
'nobis imperio vestro famulantibus, tamen, si dignum ducit pietas vestra, desiderium
'mei cordis libenter exaudiat'. cumque ei, ut solebat, familiariter facultas fuisset 291
loquendi concessa: 'Hesperia', inquid, 'plaga, quae dudum decessorum prodecessorum-
'que vestrorum regimine gubernata est, et urbs illa caput orbis et domina quare nunc
'sub regis Thorcilingorum Rogorumque tyrranide fluctuatur? dirige me cum gente
'mea, si praecepis, ut et hic expensarum pondere careas et ibi, si adiutus a domino
'vicero, fama vestrae pietatis inradiet. expedit namque, ut ego, qui sum servus
'vester et filius, si vicero, vobis donantibus regnum illud possedeam; haut ille, quem
'non nostis, tyrranico iugo senatum vestrum partemque rei publicae captivitatis servitio
'premat. ego enim si vicero, vestro dono vestroque munere possedebo; si victus
'fuero, vestra pietas nihil amittit, immo, ut diximus, lucratur expensas'[1]. quo au- 292
dito quamvis egrae ferret imperator discessum eius, nolens tamen eum contristare an-
nuit quae poscebat, magnisque ditatum muneribus dimisit a se, senatum populumque
ei commendans Romanum[2]. igitur egressus urbe regia Theodoricus et ad suos rever-
tens omnem gentem Gothorum, qui tamen ei prebuerunt consensum, Hesperiam tendit
rectoque itinere per Sirmis ascendit vicina Pannoniae, indeque Venetiarum fines in-
gressus ad Pontem Sontii nuncupatum castra metatus est. cumque ibi ad reficienda 293
corpora hominum iumentorumque aliquanto tempore resedisset, Odoacer armatum contra
eum direxit exercitum. quem ille ad campos Veronenses occurrens magno strage de-
levit[3] castraque soluta finibus Italiae cum potiore audacia intrat, transactoque Pado
amne ad Ravennam regiam urbem castra componit tertio fere miliario ab urbe locus,

---

H P V A O B X (Y Z). Paulus l. c. Freculfus l. c. (*ad* 24 componit).

1 resedentem *O* idoniam *O* 2 otiosus *A* bonis *AXY* 4 uestro] tuo *A* tamen] tantum *XZ* (*non Y*) 5 ei *om. XYZ* familiari *V* 6 loquendi *om. OB* quae] qui *O* prodecessoremque *O*, praedecessorumque *XYZ* 7 gobernata *P* urbis *O* 8 thorcilingorum] *HPVBXYZ*, torc. *A*, thorcilinguorum *O* rogorumque] *HPV Frec.*, rogorque *X*, rotgorumque *YZ*, rugorumque *A*, et rugorum *OB* fluctuat *AOB* 9 praecepis] *HPV*, praecipis *AOBXY* et hic] *HPVAXYZ Frec.*, hic *OB* a d. adi. fuero uicero f. piet. u. *A* 10 inradietur *Frec.* ego] et ego *A* 11 possedeam] *HPVO*, possideam *ABXY* haut] *OB*, haud *XY*, aut *HPVA*, quam ut *Frec.* quem non nostis (nostris *O*)] hostis *Frec.* 12 tyrranico] *HP*, tyrannico *rel.* iugo] *OBXY*, iuco *HPV*, loco *A* res puplice *O* captiuatis *H* seruito V^a 13 possedebo] *HPV*, possebo *O*, possidebo *ABXY* 14 amittat *B* ut] ut ut *X* diximus] dixi *A* lucretur *XY* 15 constristare *B*, contristari *A* 18 omnem g.] cum omni gente *A* qui] quae *B* tamen] tunc *XY* prebuerunt (praebuere *A*) consensum] *HPVAXY Frec.*, prebuerat concessum *O*, praebuerat consensum assumens *B* haesperiem V^a, hisperiam *O* 19 syrmis *XYZ*, sirmas *B*, Sirmos *Frec.* uicina] *HPVAB Frec.*, uicinam *XYZ*, *om. O* indeque] idemque *A* fines] partes *A* ingressus *om.* V^a 20 sontio *OB* 21 aliquo *Frec.* consedisset *XY* odouacer *OB* armatum *om. A* 22 quem] cuique *XYZ* magno str.] *HPV*, magna str. *OBXY Frec.*, strage magna *A* 23 castrisque solutis *ABXY* finibus] fines *AXY* intrauit *A*, intret *O* pade *H*, podo A^a 24 reg. urb. *om. A* componit] ponit *A* ab urbe mil. *A* locus] *HPVOX*, loco *ABY*

---

1) *apud Orosium 7, 43 rex Vesegotharum Vallia imp. Honorio haec mandat:* tu cum omnibus pacem habe omniumque obsides accipe: nos nobis confligimus, nobis perimus, tibi vincimus: immortalis vero quaestus erit rei publicae tuae, si utrique pereamus.

2) *cf. Anonymus Valesianus 49:* Zeno recompensans beneficiis Theodericum quem fecit patricium et consulem, donans ei multum et mittens eum ad Italiam.

3) *cf. annales Ravennates ad a. 490:* his consulibus ingressus est rex Theodericus in fossato pontis Sontis et fugit Odoacar rex de fossato et abiit in Beronam.

LVII qui appellatur Pineta. quod cernens Odoacer intus se in urbe communit; indeque subreptive noctu frequenter cum suis egrediens Gothorum exercitum inquietat[1]), et hoc
294 non semel nec iterum, sed frequenter et pene molitur toto triennio. sed frustra laborat, quia cuncta Italia dominum iam dicebat Theodoricum et illius ad nutum res illa publica obsecundabat. tantum ille solus cum paucis satellitibus et Romanos, qui aderant, et fame et bello cotidie intra Ravennam laborabat. quod dum nihil proficeret,
295 missa legatione veniam supplicat[2]). cui et primum concedens Theodoricus postmodum ab hac luce privavit tertioque, ut diximus, anno ingressus sui in Italia Zenonemque imp. consultu privatum abitum suaeque gentis vestitum seponens insigne regio amictu, quasi iam Gothorum Romanorumque regnator, adsumit missaque legatione ad Lodoin
296 Francorum regem filiam eius Audefledam sibi in matrimonio petit. quam ille grate libenterque concessit suosque filios Celdebertum et Heldebertum et Thiudebertum credens hac societate cum gente Gothorum inito foedere sociari. sed non adeo ad pacis concordiam profuit ista coniunctio, quia saepenumero propter Gallorum terras graviter inter se decertati sunt, numquamque Gothus Francis cessit, dum viveret Theodoricus.

LVIII 297 Antequam ergo de Audefledam subolem haberet, naturales ex concubina, quas genuisset adhuc in Moesia, filias, unam nomine Thiudigoto et aliam Ostrogotho. quas mox in Italiam venit, regibus vicinis in coniugio copulavit, id est unam Alarico Vese-
298 gotharum et aliam Sigismundo Burgundzonorum. de Alarico ergo natus est Amalaricus. quem avus Theodoricus in annis puerilibus utroque parente orbato dum fovet atque tuetur, comperit Eutharicum Veterici filium Beretmodi et Thorismodi nepotem,

---

H P V A O B X (Y Z). Paulus l. c. Freculfus 2, 5, 18 (a 8 tertio).

1 odouacer *B*, adouacer *O* in urbem communiit (-niuit *Y*) *XY* 2 cum suis *om. A* segrediens *P* hoc] haec *A* 3 laborabat *X* 4 quia] qui *O* nutum] uotum *OB* 5 puplica *O* ille *om. A*[1] solus] plus *XYZ* satellitibu *P* romanis *ABXY* 6 et fame] fame *A* cottidie *P* rauennam] urbem *A* quod] *OBXY*, quo *HPVA* 7 supplicat] *PVOBXY*, supplicabat *HA* concedens] *AOBXY*, condens *HPV* posmodum *O* 8 ab *om. A* sui in] *AO*, sui *HPV*, in *BXY* italiam *AOBXY* zenonemque] *HPVXYZ*, zenoneque *O*, zenonisque *B*, zenone *A* 9 imp̄] *HPVO*, imperatoris *B*, imperatorem *XY*, imperatore *A* consultu] *HV*, consultum *PO*, consulto *ABXY* priuatim *B* abitum] *HP*, habitum *VAXY*, abiti *O*, habito *B* suaeque (que *om. B*[a]) gentis] gentisque suae *A* reponens *OB* regio amictu] regio amictus *O*, regi(i) amictus *AB* 10 lodoin] *PVAOBXY cum Paulo 15, 20*, loco in *H*, Lodouuic *Frec.* 11 audefledam] *V*[b]*OB et ita Paulus l. c.*, aodefledam *HP*, ***g(?)fledam *V*[a], adofledam *A*, adelfledam *XZ*, aelfledam *Y* matrimonium *A* petiit *X* ille *om. X* 12 suosque] suos *B* celdebertum et] *HPVB*, celdepertum *O*, childebertum et *XY*, *om. A* heldebertum] *HAB*, heldepertum *PV*[b], heldibertum *X*, hildebertum *Y*, hel****tum *V*[a], *om. O* thiudebertum] *H*, thiudepertum *P*, thiupertum *V*, hiudipertum *O*, huidibertum *B*, theodebertum *XY*, theudebertum *Z*, teodebertum *A* 13 hac] *BXY*, ac *HPAO*, a *V* 14 concordia *O* 15 decertauerunt *A* numquamque] numquam *O*, et numquam *B*, nunquam se *X* cessit francis *A* 16 audefledam] *HPV*, audefleda *OB*, adelfleda *XYZ*, adofleda *A* ex conc. *om. A* 17 genuerat *A* filias] f. habuit *B* thiudigoto] *HPV*, tiudigotho *A*, theodicodo *O et sic Paulus 15, 20*, theudicodo *B*, thiudigotam *X*, theudigotam *Y* alia *O* ostrogotham *Y*, ostrogotam *X* quas *om. A* 18 mox] mox ut *ABXY* in *om. AXYZ* italia *O* id est *om. A* halarico *V*, alario *P* uesegothorum *O*, uuisigothorum *XY* 19 burgundzonorum] *HPV*, bungundzonorum *X*[b], bungundzonum *X*[a], burgundzonum *Y*, bergundionorum *OZ*, burgundionum *AB*, Brungundionum *Frec.* halarico *V*, hilarico *Pauli libri boni* amalarius *OB* 20 theodericus *P* (*hic*) parante *O* orbato] *HPVOXZ*, orbatum *ABY* 21 eutarium *O* uuitherici *B* beretmodi] *HPVA*, beretmundi *OB*, beremodi *X*, berimundi *Y* thorismodi] *HPVX*, torismodi *A*, thoresmundi *B*, toresmundi *O*, thorismundi *Y*

---

1) *cf. Anonymus Valesianus 54:* hoc consule (*a. 491*) exiit Odoachar rex de Ravenna nocte cum Herulis ingressus in Pineta in fossato patricii Theoderici . . . et victus Odoachar fugit Ravenna idibus Iuliis.

2) *cf. Continuator Prosperi Havniensis ad a. 493:* Odoachar pacem ab Theudorico postulans accepit, qua non diu potitus est . . . Theodoricus cum pacem cum Odoachar fecisset, ingressus est Classem IIII k. Mart. ac deinde ingressus est Ravennam, pacis specie Odoachrem interfecit.

Amalorum de stirpe descendentem, in Spania degi, iuvenili aetate prudentia et virtute LVIII
corporisque integritate pollentem. ad se eum facit venire eique Amalasuentham filiam
suam in matrimonio iungit. et ut in plenum suam progeniem dilataret, Amala- 299
fridam germanam suam matrem Theodahadi, qui postea rex fuit, Africa regi Vanda-
lorum coniuge dirigit Thrasamundo filiamque eius neptem suam Amalabergam Thurin-
gorum regi consociat Herminefredo. Pitzamum quoque suum comitem et inter primos 300
electum ad obtinendam Sirmiensem dirigit civitatem. quam ille expulso rege eius
Trasarico, filio Trapstilae, retenta eius matre obtinuit. inde contra Savinianum Illy-
ricum mag. mil., qui tunc cum Mundone paraverat conflictum, ad civitatem cognomine
Margo planum, quae inter Danubium Margumque fluminibus adiacebat, cum duobus
milibus ergo peditum, equitibus quingentis in Mundonis solacia veniens Illyricianum
exercitum demolivit. nam hic Mundo de Attilanis quondam origine descendens Gepi- 301
darum gentem fugiens ultra Danubium in incultis locis sine ullis terrae cultoribus di-
vagatus et plerisque abactoribus scamarisque et latronibus undecumque collectis tur-
rem quae Herta dicitur super Danubii ripam positam occupans ibique agresti ritu
praedasque innectens vicinis regem se suis grassatoribus fecerat. hunc ergo pene
desperatum et iam de traditione sua deliberantem Petza subveniens e manibus Savi-
niani eripuit, suoque regi Theodorico cum gratiarum actione fecit subiectum. non 302
minore tropeo de Francis per Ibbam, suum comitem, in Galliis adquisivit plus triginta
milia Francorum in proelio caesa. nam et Thiudem suum armigerum post mortem
Alarici generi tutorem in Spaniae regno Amalarici nepotis constituit. qui Amalaricus
in ipsa aduliscentia Francorum fraudibus inretitus regnum cum vita amisit. post quem
Thiudis tutor eodem regno ipse invadens, Francorum insidiosam calumniam de Spaniis

---

H (*deficit* 6 regi *foliis extremis avulsis*) *P V A O B X* (*Y Z*). *Paulus l. c.* (*ad* 6 Herminefredo). *16*, *10* (*a* 18 non minore). *Freculfus l. c.* (*ad* 6 Herminefredo).

1 ex Alamalorum stirpe *Paulus 15, 20* espania *O*, hispania *ABXY* degere *AB* iuuenilia aetate *V* 2 polentem *H* ad se eum facit (*POXY*, fecit *HVAB*) u. eique] quem ad se uenire faciens eius *A* amalasuentham] *HPBXY*, amalasuentam *A*, amasuentam *O*, malasuentham *V*: Amalasuintha *Paulus l. c.* 3 in] ad *B*, *om. O* matrimoniu A^a, matrimonia A^b amalafredam *OB*, Amalafreda *Paulus l. c.* 4 theodati *OB* africa] *HPVA*, affrica *O*, africae *B*, in africam *XY* 5 coniuge] *HV*, coniugem *PAOBXY* trasamundo *PVAOY*, trassamundo *B*, transamundo *XZ*, Transemundo *Frec.* que *om. O* nepotem *A*, neptam *O* amalabergam] *libri et Pauli liber optimus et Freculfus*, maleberga *Pauli libri reliqui* turingorum *AO*, thoringorum *XYZ* 6 consociat] consortia *O* hermemfredo *B*, ermenfredo *AO et sic Paulus l. c.*, Ermenfrido *Frec.*, ermeredido *XYZ* pitzamum] P^bV, pit*amum P^a, pizzamum *A*, petzamin *B*, pitzamin *O*, pitzam *XYZ* com. suum *A* et *om. OB* 8 transarico *OB*, thrasarico *XYZ* trapstile *O et Paulus 15, 15*, trafstilae *PV*, trastil(a)e *AB*, thrastilae *XYZ* optinauit *P* indeque *OBXY* sauinianum] *PVAOXYZ*, sabianum *B* 9 mag̃ mil̃] *PV*, magistrum militum *AX*, magistro militiae *O*, magistrum miliciae *B*, *om. Y* cum *om. X* mandone *XZ* (*non Y*) a ciuitate *A* 10 margo (marco A^a) planum] *PVA*, margo plano *OBXY* margumque] marcianumque *OB* fluminibus] *PVO*, flumina *ABXY* 11 ergo *om. AB* equitibusque q. *X*, equites quingentos *O* solatii *A* 12 demolitus est *A* de *om. OB* attilani *AZ*, attilana *XY* discendens *O* 13 gente *P* in *om. XYZ* dibachatur *O*, debachatur *B* 14 plerisque] pluris *XZ*, pluribus *Y* turrem] *PVOXYZ*, turrim *AB* 15 herca *XY* que *om. A* acresti *O* 16 praedasque] *PVAX*, praedas *BYZ*, predans *O* annectens X^a crassatoribus *PVA* fecerat] occupas *O*, nuncupat *B* 17 disperatum *O* suae *O* petza] *PVX*, petzam *O*, pezza *B*, pizza *A*, pitza *Y* e] de *XY* saueniani *O*, sabiniani *B* 18 non minore tropeo (tropeum *O*, tropheo *X*)] *PVOX*, non minorem tropheum *BZ*, non minus tropheum *A*, nec minorem triumphum *Y* 19 ibbam] *PVXZ cum Paulo 16, 10*, hibbam *OB*, ibam *A*, bibam *Y* gallis adqu. *X*, galleis adquesiuit *O* trigenta *P* 20 milibus fr. in pr. cesis *AB* et thiudem] et thiodem *B*, ethiodem *O*, et theudem *A*: Thiodem *Paulus l. c.* 21 in *om. XYZ* hispaniae *ABXY* amalarici] alarici *B* instituit *O* qui . . . 22 amisit *om. B* 22 ipsam *O* aduliscentia] *PO*, adolescentia *rel.* fracorum *O* inretitos *O* postquam *B* 23 thiodis *OB*, teudis *A* eodem regno] *PVO*, eorum regnum *A*, eiusdem regnum *B*, idem regnum *XYZ* ipse] *PVAOXYZ*, ipsum *B* fracorum *O* hispaniis *ABXY*

LVIII 303 pepulit, et usque dum viveret, Vesegothas contenuit. post quem Thiudigisglosa regnum adeptus, non diu regnans defecit occisus a suis. cui succedens hactenus Agil continet regnum. contra quem Atanagildus insurgens Romani regni concitat vires, ubi et Liberius patricius cum exercitu destinatur. nec fuit in parte occidua gens, quae Theodorico, dum adviveret, aut amicitia aut subiectione non deserviret.

LIX 304 Sed postquam ad senium pervenisset et se in brevi ab hac luce egressurum cognusceret, convocans Gothos comites gentisque suae primates Athalaricum infantulum adhuc vix decennem, filium filiae suae Amalasuenthae, qui Eutharico patre orbatus erat, regem constituit[1]), eisque in mandatis ac si testamentali voce denuntians, ut regem colerent, senatum populumque Romanum amarent principemque Orientalem
305 placatum semper propitiumque haberent post deum. quod praeceptum quamdiu Athalaricus rex eiusque mater adviverent, in omnibus custodientes pene per octo annos in pace regnarunt: quamvis Francis de regno puerili desperantibus, immo in contemptu habentibus bellaque parare molientibus quod pater et avus Gallias occupasset, eis concessit. cetera in pace et tranquillitate possessa. dum ergo ad spem iuventutis Athalaricus accederet, tam suam aduliscentiam quam matris viduitatem Orientis principi commendavit, sed in brevi infelicissimus inmatura morte praeventus, rebus humanis
306 excessit. tum mater, ne pro sexus sui fragilitate a Gothis sperneretur, secum deliberans, Theodahadum consubrinum suum germanitatis gratia accersitum a Tuscia, ubi privatam vitam degens in laribus propriis erat, in regno locavit. qui inmemor consanguinitatis post aliquantum tempus a palatio Ravennate abstractam in insulam laci Bulsiniensis eam exilio religavit, ubi paucissimos dies in tristitia degens ab eius satellitibus in balneo strangulata est.

LX 307 Quod dum Iustinianus imperator Orientalis audisset et quasi susceptorum suorum morte ad suam iniuriam redundaret, sic est commotus[2]). eodem namque tempore de

---

P V A O B X (Y Z). Paulus h. R. 16, 10 (ad 25 commotus).

1 uuisigothos *XYZ* contenuit] *PVO*, continuit *ABXY* thiudigisglosa] *PV*, thiudegisglosa *A*, thiodigisglossa *OB*, thiudigis tolosa (*Z*, tholosa *Y*, tolosae *X*) *XYZ* 2 occissus *O*, ossisus (*sic*) *A* 3 contenit *O*, continuit *B* athanagildus *B*, athannagildus *O*, athagildus *XYZ*, alanagildus *A*, aianagildus *PV* 4 distinatur *O* partem occiduam *O* 5 theoderici *XY* aduiuaret B^a, adhuc uiueret B^b amititiam a. subiectionem *O* 6 hac] ha *V* recessurum *XYZ* cognusceret] *PO*, cognosceret *rel.* 7 primatesque gentis suae *A* athlaricum *XY* 8 adhc *V* detennem *O* amalasuentae *A* eutherico *O*, eutarico *A* 9 eisque] eis *A* uoce] lege *A* 10 populusque *P* origentale *O* 11 pllagatum V^a, plagatum PV^b post deum *om. OB* alatharicus *O*, atharicus BX^a, athlaricus X^bYZ, atalaricus *A* 12 que *om.* B^a 13 regnauerunt *A* puerile *O* desperantibus] *fortasse* sperantibus 14 mollientibus *O* et auus] auusque *A* galliarum *A* occupassent *AX*, occupauissent *Y* 15 ceteris *A* pace et] pace *O*, pacis *B* possessis *A* adhalaricus *P*, athlaricus *XYZ*, atalaricus *A* 16 accederit *O* aduliscentiam] P^bO, aducentiam P^a, adolescentiam *VABXY* 17 morte (mortem *X*) pr. immatura *XY* 18 tum] tunc *XY* 19 theodohadum *A*, theodatum *OB et sic Paulus 16, 12*, theudahadum *X*, theudatohalum *Z* consubrinum] *PV*, consobrinum *AOBXY* germitatis *O* grata PV^a arcessitum *AO* tissia *O* 20 priuata uita *AOB* laboribus *OB* regnum *OB* 21 post] per *Z* rauennati *A* abstractam] abiit et post ea *XYZ* insula *BXYZ* 22 bulsiniensis] *PVB*, bulfiniensis *A*, bulsinensis *O*, bulsinensi *XYZ* religauit] *PVAX*, relegauit *rel.* paucissimos dies] paucissimis diebus *A*, amalasuentha (amalesuenta *X*) plures dies *XYZ* tristiciam *O* 23 balneis *XYZ* strangulata] *VBXY*, stranguilata *PO*, transgulata *A* 24 et *om. B* suorum] suum *O* 25 morte] *PVAZ*, mortem *OXY*, mors *B* redudaret V^a tempore namque *V*

---

1) *Horum et sequentium epitomam habent Romana c. 367 sq.*

2) *cf. Continuator Marcellini ad a. 534:* Theodahadus rex Gothorum Amalasuentham reginam creatricem suam de regno pulsam in insula laci Bulsiniensis occidit. cuius mortem imp. Iustinianus ut doluit, sic et ultus est.

Africa Vandalicum cum per fidelissimum suum patricium Belesarium reportasset trium- LX
phum, nec mora in ipso tempore madentibus adhuc armis cruore Vandalico contra
Gothos per eundem ducem movit procinctum. qui dux providentissimus haud secus 308
arbitratus Getarum subicere populum, nisi prius nutricem eorum occupasset Siciliam.
quod et factum est. Trinacriaque ingressus mox Gothi, qui Syracusanum oppidum in-
sidebant, videntes se nihil praevalere cum suo duce Sinderith ultro se Belesario dedi-
derunt. cumque ergo Romanus ductor Siciliam pervasisset, Theodahadus comperiens
Evermud generum suum cum exercitu ad fretum, quod inter Campaniam Siciliamque
interiacet et de Tyrreni maris sinu vastissimum Adriaticus aestus evolvitur, custo-
diendum direxit. ubi cum Evermud accessisset Regium oppidum, castra composuit. 309
nec mora deterioratam causam cernens suorum ad partes victoris paucis et fidelissimis
famulis consciis movit, ultroque se Belesarii pedes advolvens Romani regni optat ser-
vire principibus. quod Gothorum exercitus sentiens suspectum Theodahadum clamitat
regno pellendum et sibi ductorem suum Vitiges, qui armiger eius fuerat, in rege le-
vandum. quod et factum est; et mox in campos Barbaricos Vitiges in regno levatus 310
Romam ingreditur praemissisque Ravenna fidelissimis sibi viris Theodahadi necem
demandat. qui venientes imperata sibi perficiunt[1]) et occiso Theodahado regem qui a
rege missus adveniebat (et adhuc in campos Barbaricos erat Vitigis) populis nuntiat.
inter haec Romanus exercitus emenso freto Campaniam accedens, subversumque Nea- 311
polim Romae ingreditur; unde ante paucos dies rex Vitigis egressus, Ravenna pro-
fectus, Mathesuentam filiam Amalasuenthae Theodorici quondam regis neptem sibi in

---

P V A O B X (Y Z).

1 africa] terra *XYZ* uuandalicum cum *XZ*, uandalicum *PV*, uuandalicum *O*, uuandalis cum *A*, a uuandalis (uuadalis B^a) cum *B*, uuandalorum cum *Y* patricium *post* bel. *OB*, *om. A* belesar-] *PVAX* (*hoc loco* bertranium) *Y plerumque*, belisar- *OB semper* reportauit *A* 2 nec] et *XZ* (*non Y*) uandalico (uuadalico B^a) contra] uuandalorum mox super *XYZ* 3 eondem *P* dux] dum *X* pro-uidentissimus] $P^b VAOXY$, prouidentissumus P^a, prudentissimus *B* haud] haut *O*, aut V^a 4 ar-bitratus] $P^b VAO^b$, arbirtatus O^a, arbitratur *B*, arb****tus P^a, annis tribus *XYZ* subigere *AOB*, sub-iceret *X* 5 et *om. X* trinacriaque] *P*, trinacriamque *VBXY*, tinagriamque *O*, nam et trinacriam *A* ingresso *B*, ingressus est *A* insedebant *O* 6 nil *V* sinderith] *PVX*, sinderit *A*, sinderich *OBY* ultro *om. O* 7 que *om. A* theudahadus *P*, teodohadus *A*, theodatus *OB* 8 euer-mut *A*, euermoth *O*, euermor *B*, euermundum *XYZ* exercitum *O*, *om.* A^a 9 interiacit *P* de] ad *XYZ* tyrreni *PV*, tirreni *A*, trinni *O* sinu uastissimum] *PV*, sinu uastissimo *A*, sinu (sinus *O*) uastissimus *OB*, sinum uastissimum ubi *XYZ* adriaticum aestum *O* euoluitur] se uoluitur *O* custodiendum] eum cust. *XYZ* 10 euermut *A*, euermoth *O*, euermor *B*, euermund *Y*, euermundus *X*: Ebremud *Cont. Marcell. ad a. 536*, Ἐβριμούθ *Procopius bell. Goth. 1, 8* regium] *VAO*, et regium *P*, ad regium *XYZ*, ad rigium *B* 11 paucis] cum paucis *B* 12 consciis *om. OB* se *om. XYZ* pedes (pedibus AX^2Y) adu. rom. *om.* X^1 13 suspecdum *A* theodohadum *Z*, theodatum *OB* 14 uitiges] *PV*, uitigis *O*, uitegis *vel* uitigis *vel* uitiges *XYZ*, uittigis (*vel* uittiges) *A*, uuitigis *B semper* fuerat] erat *X* rege] *PV*, regem *AOBXY* 15 campis barbaricis (barb. *om. Y*) *ABXY* regnum *AOB* 16 rauenna] *PVYZ*, rauennam *AOBX* theodati *OBX*, theodaadi A^a, theodoadi A^b, theodehadi *Z* 17 occisum *B* theodahado] theodato *OX*, theodatum *B*, theodoado *A*, theodehado *Z* regem] *PVB*, rege *OXY*, *om. A* qui a r. m. adu.] is qui missus ad uittigen aduenit *A* 18 et (ut *B*) adhuc in campos barbaricos (campis barbaricis *BXY*) erat *om. A* uitigis] *O*, uuitigis *B*, uitigim *V*, uitigem *PXYZ*, regem uittigen *A* nunciat *A*, nuntiant *PVOB*, annuntiant *XY* 19 subuer-sumque neapolim] *PV*, subuersamque neapolim *YZ*, subuersoque neapolim *O*, subuersaque neapoli *BX*, sub-uersa neapoli *A* 20 romae] *PV*, romam *AOBXY* rex uitigis (*vel* -ges) egr.] *PVOXY*, egr. uittigis *AB* rauenna] *PV*, rauennam *rel.* 21 maathesuentam *PV*, mathesuentham *XY* amalasuenthae] *VOY*, amalesuenthae *P*, amalesuentae *A*, amalasuentae *B*, mathesuenthae *XZ* theodor- *B* (*hic*), theoder- *P* (*hic*) nepotem *O*

---

1) *cf. Continuator Marcellini ad a. 536:* Gothorum exercitus Theodahadum regem habens suspectum Vitigis in regnum adsciscit. qui mox in campo Barbarico regnum pervasit, expeditione soluta Romam ingreditur . . . ibique residens dirigit Ravennam, Theodahadum occidit.

LX matrimonio sociarat[1]). cumque his novis nuptiis delectatus aulam regiam fovit Ravenna, Roma egressus imperialis exercitus munita utriusque Tusciae loca invadit. quod cernens per nuntios Vitiges, cum Hunila duce Gothorum manu armis conserta
312 mittit Perusia. ubi dum Magnum comitem cum parvo exercitu residentem obsessione longa evellere cupiunt, superveniente Romano exercitu ipsi evulsi et omnino extincti sunt. quod audiens Vitiges ut leo furibundus omnem Gothorum exercitum congregat Ravennaque egressus Romanas arces obsidione longa fatigat. sed frustrata eius audacia post quattuordecim menses ab obsidione Romanae urbis aufugit et se ad
313 Ariminensem oppressionem praeparat. unde pari tenore frustratus fugatusque Ravenna se recepit; ubi obsessus nec mora ultro se ad partes dedit victoris cum Mathesuentha iugale regiasque opes. et sic famosum regnum fortissimamque gentem diuque regnantem tandem pene duomillensimo et tricesimo anno victor gentium diversarum Iustinianus imperator per fidelissimum consulem vicit Belesarium, et perductum Vitiges Constantinopolim patricii honore donavit. ubi plus biennio demoratus imperatorisque
314 in affectu coniunctus rebus excessit humanis. Mathesuentham vero iugalem eius fratri suo Germano patricio coniunxit imperator. de quibus post humatum patris Germani natus est filius idem Germanus. in quo coniuncta Aniciorum genus cum Amala stirpe spem adhuc utriusque generi domino praestante promittit.

315 Haec hucusque Getarum origo ac Amalorum nobilitas et virorum fortium facta. haec laudanda progenies laudabiliori principi cessit et fortiori duci manus dedit, cuius fama nullis saeculis nullisque silebitur aetatibus, sed victor ac triumphator Iustinianus im-
316 perator et consul Belesarius Vandalici Africani Geticique dicentur. haec qui legis, scito me maiorum secutum scriptis ex eorum latissima prata paucos flores legisse, unde inquirenti pro captu ingenii mei coronam contexam. nec me quis in favorem gentis praedictae, quasi ex ipsa trahenti originem, aliqua addidisse credat, quam quae legi et comperi. nec si tamen cuncta, quae de ipsis scribuntur aut referuntur, complexus sum, nec tantum ad eorum laudem quantum ad laudem eius qui vicit exponens.

P V A O B X (Y Z).

1 matrimonium* *O*, matrimonium *B* sociauit *XY* cumque] cum *XYZ* his] is *P*, eis *V* fouit] *PVA*, fouet *OBXY* rauennam *A* 2 rom(a)e *OB* inuadet *O* 3 unila *O*, unilam *B* ducem *B* manum armis consertam *AXYZ* 4 perusia] *PVZ*, perusiam *ABXY*, perausiam *O* dum] cum *A* parua exercito *O* obsidione *P* 5 ipse *O* 6 exercitu *O* 7 rauennamque *OBXY* longe A^a 8 aud. eius *X* quattuordecem *P*, quatuordecem *O* mensis *O* rom. urbis *om. A* 9 arimensem *O* tinore *O* rauenna] *PVAOXYZ*, rauennam *B* 10 uict. ded. *B* mathesuentha] *PXY*, matesuentha *A*, mathesuenta *B*, matheseuentha *V*, matesuenta *O* 11 iugale] *PV*, iogale *O*, iugali *ABXY* regiisque opibus *AXY* diuque regn. *om. XYZ* 12 tandem] eandem *OB* duodemillesimo *B* trecensimo *PVO*, trecentesimo *BY*, tricentesimo *X* 13 bel. uic. *B* 14 imperiique *A* 15 mathesuentham] *PVXY*, ma^{t}hesuentam *AOB* fratri] *requiritur* fratrueli (*cf.* 77, 13. 123, 2) 16 post humatum] posthumus *B* 17 idem] id est *O*, item *B* coniunctum *XYZ* anniciorum *X* genus] *PVXYZ*, gens *AOB* amale *O* 18 adhuc] huc *X*, hucusque *Y* generi] *PV*, generis *AOBXY* 19 haec *om. OB* ac] hac *VB* amalorum] malorum *O* fort. uir. *A* haec] hac *A*, ac *B* 20 principi cessit] principessit *O* 21 nullisque] nullis *OB* silibetur *O*, delebitur *A* 22 g**eticique *O* dicent *XY* 23 secutum scriptis] *PVO*, secutum scripta *BXY*, scripta secutum *A* ex] et ex AB^b eorum] orum *O* latissima prata (frata *P*, parata *O*)] *PVO*, latissimis pratis (pratos B^a) *ABXYZ* 24 mei ing. *B*, ingenioli mei *A* contextam *BZ* 25 traenti *O*, trahentem *AB* aliqua] alia aliqua *A* addedisse *O* 26 et] *PV* aut *AOBXY* si] *PVOB*, sic *XY*, *om. A* 27 tantum] tamen *B* laudem eius] eius *AOB* uicit] uiuit *YZ* (*non X*) explicit de antiquitate getarum actusque (actibusque *XYZ*) eorum quos deuicit iustinianus imperator per fidelem rei (regi *O*) publicae belesarium (belasarium *O*) consulem *PVOXZ*, explicit historia iordanis episcopi de antiquitate et actibus getarum *Y*, explicit de antiquitate getarum actibusque eorum quos deuicit iustinianus imperator per fidelem rei publicae belisarium consulem *B*: *nulla subscr. in A*

---

1) *cf. Continuator Marcellini ad a. 536:* Ravennamque ingressus Matesuentham neptem Theodorici sibi sociam in regno plus vi copulat quam amore, *item Romana c. 373.*

INDICES.

I. INDEX PERSONARVM.

Indicem personarum ita adornavimus, ut primum enumerarentur cum imperatores Romanorum tum Amali regesque Vesegotharum secundum temporis ordinem, deinde nomina omnia secundum alphabetum remisso lectore, quatenus perveniunt, ad indices imperatorum regumque. auctorum, quos adlegat Iordanes, nomina distinximus praemisso vocabulo *cit(atur)*. in adscribendis locis auctorum reliquorum, qui de iisdem personis tractant, pro re diversa secuti sumus. primum quae nomina Iordanes sumpsit ex libris qui supersunt Hieronymi, Flori, Rufi, Ammiani, Marcellini comitis et sic deinceps nude referre satis habuimus; auctor enim infimi ordinis et perturbatus totus non dignus est, in quo ea expendantur quae traxit ex scriptoribus adhuc servatis. deinde quae per adlegationes recte illustrari non possunt similiter praetermisimus: Alarici enim, Attilae, Theoderici, Iustiniani res gestae ex eiusmodi indice peti nec possunt nec debent. ita quae restabant non multa eo consilio tractavi, ut ex adscripta eorundem hominum notitia aliunde petita Iordaniana quo pertineant satis perciperetur. — Gothica aliaque barbara nomina complura apud solum Iordanem inventa explicare ut meum non fuit, ita collega Carolus Muellenhoff ea qua excellit rerum linguarumque notitia vocabula Iordaniana Gothica pleraque illustravit.

IMPERATORES ROMANI.

Augusti 9 30. 121 8.

C. Ivlivs Caesar *dictator* (*ante Chr.* 49—44).
Gaius Iulius Caesar 32 25.
Iulius Caesar 34 1. 56 7.
Caesar 32 28. 73 18.

Avgvstvs (*ante Chr.* 44 — *p. Chr.* 14).
Octavianus Augustus Caesar 1 20.
Augustus Caesar Octavianus 33 13.
Octavianus Augustus 32 28. 44 22. 120 12.
Augustus qui et Octavianus 9 30. Augustus Octavianus 1 10. 9 25. 31 23.
Augustus Caesar 14 1. 32 36. 33 13.
Augustus 1 21. 10 4. 31 24. 34. 32 22. 33 7. 23. 97 8.
pignora *de liberis* 93 9; *de uxore* 106 10.
pii *sacerdotes* 73 2.
pileati 64 12; sacerdotes pileati 74 21.
placitum 101 2.
plaga Campaniae 17 19 *ex Floro; apud ipsum auctorem semper est caeli regio*: orientalis hiemalis plaga 32 20, inter septentrionalem occidentalemque plagam 56 11, *item* 28 20. 31 27. 41 18. 48 6. 50 12. 55 4. 17. 74 17. 78 6. 92 3. 97 5. 108 1. 133 6.
plebs 100 13.
plene: urbem plenissime spoliavit 48 32.
plectere capite 34 14. 41 16. 117 18.
pluralis pro singulari: in amicitias Romanorum se sociantes 9 22 (amicitiae *similiter* 27 3. 29 11. 31 25. 72 15. 106 16. 128 7) — ad bella consurgunt 50 15 (bella *similiter* 50 10. 83 14. 106 7. 13. 112 11. 113 2. 123 22) — secedere ad sua regna 42 19, regna firmare 72 16 — longa silentia 113 23 — patrociniis uti 115 13 — regi temulentia pudendos exitus dedit 123 22.
plus *adverbialiter*: plus vigore terribilis 70 11; ut plus fugientes Tiberi demergerentur quam gladio caderent 51 5; plus velociter 32 5. — quid plurimum *v.* interrogationes. — *Cf.* complurimus.
pondus animi 103 18.

pontifex: rex et pontifex 75 4. — pontifex et primas Vlfilas 127 6. — pontificalis reverentia 117 20.
populari: multa (oppida) vi populatus est (vi expugnavit *Eutropius*) 39 11. multas civitates populatus 85 19.
populus *exceptis formulis* populus Romanus 44 2. 45 14 *et* senatus populusque Romanus (*cf.* senatus) *raro ita ponitur, ut sequatur vocabulum proprium, ut* populus Getarum 137 4 — Hunnorum 126 12. *plerumque significat multitudinem: ita in magna urbe qui degunt, ut de Constantinopoli* populi diversarum gentium 95 20, populo spectante 48 8, populo spectaculum fuit 102 19; *de Antiochia* 49 29. *ita gens numerosa* populus immensus 127 5, magna populi numerositas 60 12, crescens populus 83 7, natio populosa 62 15, populosae gentes 40 5, *similiterque* repperit in populo suo quasdam magas mulieres 89 10, populi vota 49 6, populum universum adunare 105 10, *cum Vesegothis* sic vivere populum Romanum (= *degentes in Italia*), ut una gens utraque credere possit 97 18. *denique* populus filiorum 125 8. *eam ob causam saepe usurpatur plurali numero significationeve: Ostrogothae et Vesegothae* utrique eiusdem gentis populi 83 9, *iidemque* divisi per familias (*Amalorum et Balthorum*) populi 64 22, omnis Gothorum populus 122 8, *Hunnorum* multiplices populi et diversae nationes 109 17, *Hunni* populorum rabiem pullularunt 63 11, populi Gepidarum 75 7, *nec raro pluralis ita ponitur, ut numerus hominum eo significetur*: populi regesque populorum 57 10; reges *s.* regna cum populis 129 9. 17; populis imperare 102 12; populis nuntiare 137 18, populi colunt 67 5, in populis crescere 89 19, innumerabiles populi 108 8, strages populorum 108 12, urbes et populos devastare 85 7.
positio 97 13. 109 6.
positura 60 1.
possessores 55 8. 94 3. 96 21. possessiones 55 6.
possidere populum 122 7; p. regna 124 15.
post: in Liguriam post se, unde iam transierant, revertuntur 98 13.
posterior (= *successor*) eius 102 10.
postquam *cum coni. plusquamperfecti* 7 18. 34 29. 36. 49 27. 86 15. 89 19. 100 14. 136 6.
potentes: epulae potentum 66 9.
potiri *cum accusativo certo* 8 1. 61 1. 68 4. 73 15. 84 19. 86 3. 94 12. 98 14. 103 8. 126 8. 132 1; *ambigui sunt loci propter* -a = -am 71 14. 76 12. 84 10. 96 8. 122 13. 131 3 *vel* -o = -um 43 28. 127 3; *certum exemplum ablativi non reperitur.*
praebere consensum 133 18; ducatum populo 5 29 (*cf. Florus 3, 21, 2*: si ducatum sceleri praebuissent).
praecedens (= *ante commemorata*) causa 110 11.
praecipitare = *instigare, rapere* 106 7. 111 3.
praecupidus 118 3.
praedicator 92 14.
praeesse in populo 35 26.
praefectus (urbis) 35 26. 51 23.
praefecti Maurorum 52 3.
praelabi 111 16.
praelatus (= *praepositus*) militibus 76 8.
praeminere 109 18.
praenotare (= *antea indicare*) 14 6.
praepositiones cum adverbio: ab invicem 63 4 — a longe 60 21 — ab olim 53 7 — ad invicem 130 22 — ex tunc 5 33 — in invicem 125 18. *praepositio cum infinitivo*: inter ire et non ire animus fluctuat 115 4.
praepositus palatii 47 5.
praescius 114 15.
praestare: praestaturos 62 6.
praesul bellorum Mars 64 17.
praesumere aliqua re = *confidere alicui rei, superbire de aliqua re*; ipso eo telo praesumere 124 6, pede, sagitta praesumere 125 22, affinitate praesumens 116 17; de cuius animo minus praesumebant 109 12. — *item* = *usurpare* regno praesumpto 101 8; tyrannide praesumpsit 102 18; ut nec temptare praesumeret 116 25; gaudia praesumuntur 113 24.
praesumptio: plus praesumptione quam electione Caesar effectus 119 12.
praetumidus 116 26.
praevalere: nihil praevalere 39 27. 114 7. 137 6; Getis nihil praevalet 81 7; Honorio nihil resistere praevalente 99 20; resisti contra Parthos non praevalet 50 10; nec temptare in conflictu praevaluit 72 13; praevalere in Gothis 92 2; nec praevalent ad tantam multitudinem 131 23.
praeventus est: immatura morte praeventus 99 9; equo sub se decidente praeventus est 42 26.
praevius eorum et in bello et in consilio 46 8; praevius eorum 83 21.
primas: primates et duces qui regum vice praesunt *Vesegothis* 93 2; rex *Antarum* cum filiis et primatibus LXX 121 21; primates gentis *Gothorum* 136 7; primates Scirorum 130 1; pontifex et primas *Gothorum minorum* 127 6; primatus Heber 4 6.
primicerius domesticorum 39 16.
primitiae 87 10.
primo, secundo, tertio (*non* -um) 27 12. 15. 30 15. 29. 37 32. 38 33. 46 18. 49 14. 63 17.
princeps, principatus. princeps mundi totius *Attila* 106 4, *cf.* 107 5. *praeterea* princeps *est imperator Romanus*: princeps Romanus 118 17. 126 11; principatus populi Romani 44 21. 45 14; princeps Orientis 115 15. 124 6. 136 16, Orientalis 136 10; principatus Orientalis 94 13; princeps 78 16. 79 8. 83 24. 85 5. 88 1. 92 20. 95 1. 4. 96 1. 2. 98 7. 100 5. 101 5. 18. 106 14. 115 9. 118 13. 119 6. 10. 126 6. 128 16. 133 3. 137 13. 138 20, principatus 85 17. uterque princeps *Romanorum et Persarum* 48 3. *at* principatus *etiam de Sulla usurpatur*: Sylla potitus est principatum Romanorum 73 16, *item de Theoderico*: regnum gentis sui et Romani populi principatum continuit 45 14, *de Gothis* 76 4. 89 9. 103 15. 121 16. 122 12, *de Amazonibus* 67 10, *de Atheniensibus* 73 11: princeps *numero singulari similiter non invenitur. item* principes Quadorum *sunt eorum primates* 80 17.
principaliter 62 16.
prius = *primum*: prius inchoantes 1 13; prius violavit 83 6; quantoscunque prius in ingressu Scytharum habuerunt 90 10; prius laetaretur 106 9.
privare *aliqua re* 120 6; ab *aliqua re* 87 2. 120 4. 134 8.
privilegium: ordo obtenuit privilegium (= *ordinatio mansit*) 14 1.
pro: Silvii sunt Albanique vocitati pro Albano urbe et (Silvio) 6 2.
procedere: consules processissent 101 15; dum processibus Chalcedona degeret 44 7.
procerus corpore 70 11, procera statura 79 2. proceres 76 12, proceres palatii 132 15.
procinctus = *exercitus*: non cum minori procinctu 101 4; felix procinctum 107 23; procinctum movere 36 9. 39 32. 49 25. 83 15. 91 20. 104 10. 114 5. 116 2. 118 10. 121 19. 137 2.
procurator *Honoriae* 42 15.
procurator urbis Alexandrinae 43 5.
prodecessor: decessores prodecessoresque 43 1. 120 12. 133 6, *cf.* 44 23.
profiteri: professa voce testatur 65 7.
progenies = *genus* 43 16. 90 5. 135 3. 138 20.
prolabi = *erumpere* 43 5.
prolixus: prolixior 58 20.
promerere: opes cunctas promeruit 41 9.
promovere *intransitive* 60 9. 13.
proprius = *suus* 68 5. 81 7. 108 20. 113 12. 120 20. 121 6. 122 8 *cet.*
prosapies = *genus* 66 17. 82 16.

proselytus 36 1.
protector 33 34 (*ex Hier.*).
provincia = *terra imperio comprehensa* 76 4. 103 9. 115 15. 117 12. Amazones Ioniam Aeoliamque deditas sibi provincias effecerunt 68 1. provincia Africana 49 28. — Asia 85 20. — Dacia (antiqua) 116 1. — Galliae 98 2. — Moesia 70 14. — Pannonia 116 1. — Spaniae 98 2. — Spesis (?) 82 20. *solet referri non ad provincias saeculi sexti, sed ad statum imperii Romani qui fuit ante Diocletianum.*
protoplastus 3 15.
proturbare 84 8.
provehi: provectus (= *auctus*) est rivulus 111 16.
provenire = *evenire* 121 8. 123 16. 131 24.
proventus felicitatis 124 17.
provisor 32 30.
puella: Marciae sororis suae puella (= *ancilla*?) 81 21.
pullulare: quae (suboles) trino flore pululabat 123 4; bifariam populorum rabiem pullularunt (= *procreaverunt*) 63 11.
pulsare: saeva suspicione pulsatus est 118 3.
pyra 112 19.

quaeritare *v. frequentativa.*
qualis = *quis*: quali tempore 4 19.
quam *non antecedente comparativo*: elegens armis eum vincere quam locorum beneficio submovere 71 9; suasit eos suo labore quaerere quam alienis subiacere 96 16; nec me quis aliqua addidisse credat quam quae legi et comperi 138 24; *sim.* 93 10. 125 7.
quam etiam *non antecedente* tam: felicitatem suam quam etiam filii 132 3.
quamquam = *item* 60 1.
quamvis *cum coniunctivo* 27 3. 11. 55 11. 81 4. 86 1. 88 15. 103 2. 105 20. 107 16. 111 11. 23. 133 15; *cum indicativo* 3 8. 54 4. 59 14. 85 11. 89 2. 133 3. 136 13. *abundat* 159 14.
quandoque 99 14.
quantulum = paulo *v. s. v.* deminutiva.
quasi = *tamquam* 45 22. 86 18. 89 15 *cet.*; = *utpote* 80 5. 84 10. 100 1. 124 6.
que: numquamque 134 15.
quia *abundat*: etenim non solum quia non profuit rei publicae, immo obfuit 34 8.
quĭdam: numinis quoddam 82 5.
quiescere: quiescens bellare (= *pugnare*) 42 26; quiescere (= *non inquietari*) a Gothis 129 1; = *mori* 43 8. 46 2 *cet.*
quippe: quippe quos commoverat 83 16.
quis: aut bello aut pace vel quo (= *aliquo, quoquo*) modo 74 16. 101 1; aliter quam quod (= *ut*) nos diximus exortos 64 2.
quod: quod nobis videtur (= *cum videatur*) sol ab imo surgere, illos per terrae marginem dicitur circumire 58 22.
quondam *ad defuncti nomen additum* 115 1. 119 13. 122 9. 135 12. 137 21.
quoque *abundat* 3 23. 4 5. 13. 29 19. 30. 31 27. 32 31. 33 13. 35 34. 38 8. 44 20. 46 1. 23. 47 13. 48 4. 50 4. 57 3. 77 4. 90 4. 92 15. 19. 104 10. 120 10. 122 19. 127 1. 130 23. 135 6.
quousque: quousque Candac ipse viveret 126 22.

rabies populorum = *populi feri* 63 11.
rebellare = *debellare* 9 31. 81 6.
rebellio = *rebellis* 129 21.
recludere = *claudere* 93 15. 100 8.
recolere = *recordari* 54 4. 61 4. 107 1.
recolligere se = *redire* 50 6.
recondere (reconderunt, *ubi Florus* recondunt, 16 16) 9 29. 16 16.
recrudescere: recrudiscentes animos (*acc. abs.*) 50 15.
rector 52 14. 117 19.
redemptio: dudum bella concepta Gyzerici redemptione (= *instigatione*) parturiens 106 14.
redigere: eos redegit fecitque in provincias 29 10.
redire: rediens quo venerat iter 115 7. ad propositum redeamus *similiterve* 40 10. 64 5. 75 9. 78 3. 80 13. 103 5. 120 18.
redundare: quasi susceptorum suorum morte ad suam iniuriam redundaret (*videtur voluisse* mortem referret) 136 24.
referre: quem (= *de quo*) supra rettulimus 128 12; Tarentum retulerant (ad nos redierat *Florus*) 25 26.
refertus = *copiis abundans* 133 1.
refodere = *defodere* (*hoc Florus*) 16 16.
regere (= *possidere*) Alpes 130 20.
regia urbs, civitas *v. sub his vocc.*
regimen = *regnum* 70 1. 111 22.
regina *Augusta* 45 20. 27; *gentis* 69 18. 71 6. 8. 12. 14. 99 4.
regio Bruttiorum 99 2 — Nicopolitana 127 7 — Vasianensis 68 11.
regnare *cum dat.*: magnae parti regnabat Hunnorum 105 10, *sim.* 6 5. 14. 21. 33. 7 8. 16. 25. 8 13. 9 17. 32 12.
regnator = *rex* 104 14. 134 10.
regnum *v.* rex.
regulus *proprie* rex regi parens 109 23. 117 22. 122 8: *item sic appellatur* 93 12 *unus ex* primatibus et ducibus qui *Vesegothis* vice regum praesunt; *item* 50 15 *Heldebadus rex non legitimus. sed iidem saepius regis nomine utuntur* (*cf.* rex).
relator annalium 61 7.
remorari 72 10. 114 10. 120 3. 121 16.
repedare 10 5. 34 5 (rediit *Orosius*) 68 5. 72 9. 131 5.
reputare: unum eorum fortunae reputatum est 85 13.
res publica Romana 81 15. 104 8; utraque res publica 41 1. 96 11. 121 3. 124 25; res publica hesperiae plagae 118 1; rem publicam (= imperium Romanum) intravit 102 6. *ad gentes* res publica *non refertur nisi uno loco*: duo reges (Vandalorum et Gothorum) duaeque res publicae 49 24.
residere 48 20. 63 5. 97 17. 18. 99 1. 100 5. 129 3. 132 20. 138 4.
resistere: *perf.* resisterunt 67 8, resistere (restitere *Florus*) 13 18.
resolvi = *effeminari* 85 18. 96 13.
restituere: originis suae signa restituens 105 19.
retorquere: ab excidione eum urbis retorquet 132 7.
revehere triumphum 35 22.
revolvere 121 11.
rex *de imperatore Romano raro usurpatur* 85 16, *usurpatur* regina (*q. v.*), *item passim tam* regius: regius apparatus 101 3, regia palatii 132 18 *et* regalis: regales opes 115 10 *quam* regnare *et* regnum: regnum Romanum 96 22. 126 13. 133 2. 136 3. 137 12; regnum utrumque 41 11; regnum orientale 131 13; regnum occidentale 42 8, hesperium 44 21. — rex omnium regum *Attila* 110 6: *cf.* turba regum 110 3. rex, regnum *gentis passim*: Aegyptiorum, Alanorum, Antarum, Brittonum, Burgundionum, Gepidarum, Gothorum, Herulorum, Hunnorum, Macedonum, Ostrogotharum, Persarum, Phrygum, Rugorum, Sarmatarum, Suavorum, Thuringorum, Torcilingorum, Vandalorum, Vesegotharum: *quos qui quaeret, reperiet in ind. II.* — regna Asiae 68 4 — regna Scythica et Germanica 124 15. — regnum Amalorum 78 1. — *Rex regi parens vel non legitime agnitus ut proprie* regulus (*q. v.*) *nuncupatur, ita saepe ipso regis nomine utitur: unde* rex regum *dicitur Attila* (*vide supra*) *eique imperatorive Romano subditi passim regum nomine utuntur: ita* rex *civitatis Sirmiensium* 135 7 *regulus est Gepidarum, item Mundo Hunnus dicitur* regem se suis grassatoribus fecisse 135 16.
rotatus caeli 74 16.
rumpere fata = *interficere* 69 13.

sabbatum sanctum paschae 47 19.
sacerdotes *Gothorum* 64 13; *cf.* pii, pileati; sacerdotes locorum = *episcopi* 117 19.
sacrum oraculum 98 4.
saevire certamine = *certare* 117 9; saevire bello cum *aliquo* 119 7.
salutifer 99 12.
salutarius: Frygia salutaria 39 27.
sappherinae pelles 59 6. *alibi non nominantur* (*Ducange enim s. v.* saphirinus *quem citat locum monachi Sangallensis* l. 2 c. 9 *Mon. Germ. SS. II p.* 752: pallia Fresonica alba cana vermiculata vel saphirina *conferendum cum* altero l. 1 c. 34 *l. c. p. 747*: pallium canum vel saphirinum quadrangulum duplex, *ii vix huc quadrant*), *nec satis constat quaenam intellegantur, cum caerulei significatio nec per se apta sit et parum conveniat nigredini ab Iordane laudatae. sabelicae quae dicuntur recentioribus a vocabulo Russico* sobol *ut re aptae forent, ita et originem aliam habent neque probabile est sexto eas saeculo notas fuisse.*
satellites *regis cuiusdam* 43 10. 47 7. 12. 131 1. 134 5. 136 23: *opp.* Romani 134 5.
scamara: plerisque abactoribus scamarisque et latronibus undecumque collectis 135 14. *Cf. Menander p. 35* (*4 p. 237 Muell.*) τῶν Ἀβάρων σπεισαμένων (a. 570) καὶ ἐς τὰ οἰκεῖα ἀπερχομένων οἱ σκαμαρεῖς ἐγχωρίως ὀνομαζόμενοι ἐνεδρεύσαντες ἀφείλοντο ἵππους τε καὶ ἄργυρον καὶ ἑτέραν ἀποσκευήν. *Theophanes p. 673 ed. Bonn.*: ἀποστείλας ὁ βασιλεὺς λάθρα εἰς Βουλγαρίαν . . . κατεσχέθη . . . Χριστῖνος ἀπὸ Χριστιανῶν μαγαρίτης καὶ πρῶτος τῶν σκαμάρων. *Eugippius vita Severini c. 10:* Istri fluenta praetermeans latrones properanter insequitur, quos vulgus scamaras (*al.* scameras) appellabat. *vocabulum partibus Danuvianis proprium et propterea Moesiaco scriptori aptum posteriore aetate etiam ad Langobardos pervenisse intellegitur ex edicto Rotharis c. 5* (*Mon. Germ. LL. 4 p.* 13): si quis scamaras intra provincia caelaverit aut anonam dederit, animae suae incurrat periculum. *Cf. I. Grimm Rechtsalterthümer p. 635.*
scaturrire 86 10. 95 21.
scripturae divinae 8 32. 36 1. 7. 20; scripturae *eodem sensu* 35 12. 36 3.
se: *genetivus* sui *positus pro adiectivo* suus: sui causa 44 10; sui spatio 55 5; sui prodidit situm 56 8; in ipso sui principio 61 20; usque ad medium sui 65 16; regem inter numina sui populi coluerunt 67 5; de medio sui 89 12; nimia sui (= *eius*) dilectione 99 10.
se *omissum in reflexivis*: minuere (*s. v.*) — miscere (*s. v.*) — movere (*s. v.*), promovere (*s. v.*) — tenere (*s. v.*); *item ubi* se *in accusativis cum infinitivo requiritur*: cubiculariae prodit scelus eadem nocte facturum 45 19; ratus exercitum integrum reperire 50 25; *sim.* 108 17. 128 11. 137 3.
secedere ad sua regna 42 19.
secta *Arianorum* 92 18.
sed *abundat* 33 19.
sedare: Novades Blemmesque sedavit 43 5.
sedere: consilio (= *consilium, cf. p.* 175) sedit 60 13; cui sententia sedit 98 1.
semperum = *semper* 122 7. 15.
senatus populusque Romanus 45 11. 49 11. 133 16. 136 10; senatus 47 4. 97 21. 133 12; senatus consultum 80 8 (*in Symmachianis*); senator 50 24. 119 16.
senior *v.* iunior.
sententiae finales:
enuntiatum relativum loco sententiae finalis:
quasi *pendens e verbo credendi* 31 28 (*male expilato Floro*).
quatenus = *ut*: regreditur Siciliam, quatenus Romae annonae faceret cupiam 51 6; quod breviter tetigimus, quatenus lector cognoscat 52 15; *sim.* 2 2. 54 2. 80 11. 98 1. 109 16. 115 21. 121 1. 122 15. 129 3. *permixti sententia finalis per* quatenus *et accusativus cum inf.*: quatenus . . . sic eos cum Romanorum populo vivere 97 17.
quia *pro acc. cum infin.*: quamvis non legatur, quia condidit, sed quia reparavit 4 28; refert quia dicti sunt 78 4; *utrumque genus dicendi mixtum*: concessit, ut omnes viri bina matrimonia susciperent, quia ideo populosas fore gentes 40 4; ferebatur quia Honoria . . . Attilam invitasse 115 10.
quod *pro acc. cum infin.*: scito quod necessitas imminet 2 4; coniectavere nonnulli, quod ex his accolas acceperit 57 9; ignorantibus, quod imperator delitisceret, Gothis 94 7; qui quod aliquando portus fuerit, hortus ostendit 97 11; praedixere quod ductor occumberet 108 24.
quomodo *pro acc. cum inf.*: apparet quomodo invitabantur 86 20; animadvertunt, quomodo cerva se illis optulit 90 1.
infinitivus post occasio dedit 92 2; concedere 30 26; permittere 117 9; remittere 32 26; statuere 34 31.
accusativus cum inf. post permittere 38 1; poscere 125 8; praecavere 14 8; praecipere 7 5. 11. 33 18. 34 26. 38 25. 66 11. 120 1.
seponere privatum abitum 134 9.
septentrionale *pro substantivo*: pro arctu id est septentrionali 62 1.
sequi *cum dat.*: maiorum secutum scriptis 138 23.
servire, servus (133 10, *cf.* fugacia mancipia 127 16), servitus (129 10), servitium (29 13. 32 23. 96 4, *cf.* mundi generale servitium *de Attila* 107 5) *de subditis qui domino militarem operam praestant* 29 13. 64 23. 96 4. 104 9. 109 19. 123 10. 129 10. 12. 133 10. 137 12. *reges regi parentes* ita *subditis* imperant ut *regi suo* deserviant 123 12. amicitia aut subiectione deservire 136 5. — *Cf.* famulus.
si: nec si sunt alibi cognoscent (= *nesciunt num sint alibi*) 127 10.
si quidem = *scilicet* 46 17. 117 13. 124 10; *abundat* 9 24. 22 13 (*add. ad Floriana*). 16 (*item*). 25 36 (*apud Florum diverse*). 29 9. 24. 35 8. 37 14. 38 24. 39 8. 56 7. 61 12. 78 16. 97 12. 99 2. 103 6. 104 16. 127 5. 129 18.
sic = *deinde* 97 3; *abundat* 7 30; sic quoque *abundat* 33 13. 39 2. 43 30.
silentiarius 46 3.
simpliciter *pro vituperio* 3 8.
simul *in additione numerorum* 4 14. 28 3.
singularis ad exercitum = *dux praecipuus* 118 15.
singularis sensu collectivo: Gothus 87 16. 95 1. 134 15 *et* Geta 82 8; Hermundolus 87 16; Marcomanus 87 16; Romanus 4 18. 16 6 (*ex Floro*); miles 46 11. 95 21. 96 5. *Cf. Cassiodorius var. 8, 10*: mittitur igitur Franco et Burgundio decertantibus rursus ad Gallias tuendas; *12, 5*: dum belligerat Gothorum exercitus, sit in pace Romanus. *Schirren p. 10.*
sive *pro* item: vicina flumina sive Meotis et Bosforus 65 12.
societas = *nuptiae* 99 24.
socii 49 7. 91 20. 92 5. 93 18. 119 3.
solacium = *consolatio* 108 24; *auxilium*: suorum solacio destitutus 117 17; in solacium offerre 87 6; in solacia venire 135 11. solacia = *auxiliarii* 28 27. 86 15. 101 6. 107 24. 118 18 (*cf.* 119 3). 130 2.
solite 50 5. 123 21. 130 13.
sollemnia *v.* dona.
solvere: soluto de orientali parte exercitu 48 4.
sors: qua sorte = *quo modo* 45 25.
spado *v.* eunuchus.
species = *facies* 91 1.
sperare = *expectare*: Gothis nihil mali sperantibus 129 16.

spiramen 54 18.
spiritus = *mali genii* 89 13. 90 5.
spoliare: divitias de castris militum spoliant 76 11.
statua equestris 132 18.
stilus: Greco stilo 64 12.
stipatores corporis principalis = *protectores* 79 15 (*in Symmachianis*).
stipendia *v.* dona.
stirps *de gentis origine* 59 15. 61 9. 89 1. 16; *de hominis origine ex gente aliqua*: Moesium 104 7, Varnorum 117 13 *genereve aliquo*: Amalorum 122 20. 128 6. 135 1. 138 18, stirps regalis 103 20.
strava: stravam super tumulum eius quam appellant (*Hunni*) ingenti comessatione concelebrant 124 20. *ad Statii Theb. 12, 62*: bellicus agger curribus et clupeis Graiorumque omnibus armis sternitur: hostiles super ipse it victor acervos *scholia Lactantiana haec adnotant*: acervos] exuviarum (excubiarum *cod. Monac. 6396*) hostilium moles: exuviis (excubiis *Monac.*) enim hostium extruebatur regibus mortuis pyra: quem ritum sepulturae hodieque (*sic Monac.*, hodie quoque *Lindenbr.*) barbari servare dicuntur quas trabas (*sic et Monac. codex citatus et alter n. 19482*, quem strabas *Lindenbr.*) dicunt lingua sua. *sed haec verisimile est scholiastam ex ipso Iordane sumpsisse, adhibito praeter hunc locum altero de pyra p. 112, 19. — Ipsum vocabulum Schottius vir doctissimus negavit redire usquam apud gentes Vgrofinnicas, adeoque ab eorum idiomate plane abhorrere. contra viri Germanice docti, Gabelentz et Loebe in glossario Gotico s. v.* straujan, *Iac. Grimm kl. Schr. 3, 135, Muellenhoff in programmate de poesi chorica p. 27 derivant a vocabulo Gothico* straujan στρωννύναι, *ut significet feretrum regium Attalicis constratum. de Slavorum* strava, *quod cibum significat, etiam cenam funeraticiam (Miklosich gramm. 2, 6 sq.) cogitari non debere, cum tam Attila ipse quam comites eius Gothice appellentur et aulam eius praeter Latinum sermonem Gothico usam esse constet, denique Slavi post tempus id de quo agitur in his partibus versari coeperint. hoc fieri posse, ut Slavi id vocabulum a Gothis sumpserint.*
strenua 128 4, *cf.* dona; *item inscriptio urbana anni 153 (Orelli 2417 = C. I. L. VI, 10234)*: pr. non Ian. strenuas dividerent; *item Consentius (gramm. Lat. ed. Keil. vol. V p. 396)*: qui dicit strenuas, barbarismum facit . . . debuit enim dicere . . . strenas.
strenuitas 80 2.
struere: magnis aggeribus urbem struunt 108 18.
studere libertatem 117 14; de (de *om. Florus*) revocandis regibus 14 23.
suadere: ab Eudoxio Arrianorum episcopo suasus 39 29; suasit eos suo labore quaerere regna 96 16; quos numina venerare suasit 71 20; in bonis actibus conversare suasit 74 7; Iohannis Guntharic seeum suadet (= *ut se ipsi adiungat persuadet*) 51 18.
suasio 113 12. 117 10.
sub: sub tempore 5 5. 93 11; sub tempora 5 25. 26. — sub nimia feritate subtilis 107 1; proelium sub trepidatione committit 109 4; his sub admiratione conpertis 82 5; sub uno 59 9 (*si lectio vera*).
subdere = *subicere* 28 18. 30 4. 52 13. 105 12. 120 18. 121 15. 129 10. 131 6.
subiacere imperio 83 8. 121 8. 122 1; *sim.* 88 16. 96 17. 103 13.
subigere se = *subicere se*: ultro se subegerunt 27 2.
subiectio 100 22.
subreptio 116 18. 122 4.
subreptive 134 1.
subrumpere: subruptus (subrutus *Florus*) pons 32 2.
subrogare principatui 67 10.
subsidere: palus nusquam octo ulnis altius subsidens 62 9.
substantia = *res familiaris* 34 27.
subtrahere a Romano iure 42 20.
subvehi: regia maiestate subvectus 113 26.
succedere *transitive*: ab aliis succedebantur 13 38.
suffulcire: maiore honore a principe suffultus 96 1.
suggerere 45 21.
summitates = *cacumina* 68 20.
super = *contra*: hostes super se venientes 67 8; super Gothos ad bellum profectus 72 12; (milites) transmeare coegit super exercitum Dorpanei 76 8; super Vinitharium duxit exercitum 122 2; super Babai Sarmatarum rege discurrit 131 3.
superare: bellum feliciter superavit 38 8.
superius = *supra* 4 15. 6 5. 27 3. 50 25. 57 17. 64 9. 21. 68 5. 78 9. 89 10. 91 12. 100 5. 103 12. 104 1. 109 11. 119 14. 121 7. 122 17.
superlativus pro positivo: quod quamvis simpliciter reor dictum videri doctissimis 3 8; nimis aequissimus 35 29; quod nec ipsud credo falsissimum 82 18; gens quantum velox eo amplius superbissima 88 14; nullae ante aetati notissimum 90 7; elegerunt viri fortissimi (= *ut viri fortes*) 93 19; ultra fortes fortissimus 6 7. — *Cf.* quid plurimum *s. v.* interrogationes.
superna = *deus* 124 9.
supersedere: multa supersedi 14 8.
supplicare veniam 134 7.
supremo *adv.* 112 18.
suscepti in fide 105 17; *absolute* 136 24; *cf.* 48 15 commendare se.
suscipere = *accipere* 45 13. 22. 49 18. 54 7. 60 2. 75 1. 105 17. 113 15. 120 2. 121 4. 126 11. 132 13.
suspectus = *suspicio* 49 3.
suspicere: vox iam suspectis (= *suspiciosis*) auribus intonaret 93 16; ut iam anhelantem suique adventui suspectam (= *cupidam*) subveniret Italiam 48 29.
suus *loco pronominis demonstrativi*: quem uxor sua occisum Orientis tenebat imperium 37 30; naribus truncatam patri suo ad Gallias remiserat 106 12; *sim.* 27 16. 40 2. 44 7. 48 13. 54 19. 99 10. 109 22. 116 24. 121 20. — *Cf.* is.
suus *praepositum substantivo ibi, ubi propriam vim non habet*: Gentione suo rege 27 16; cum suo rege Mitridate 29 17; *sim.* 46 16. 47 17. 21. 48 15. 29. 70 18. 71 16. 72 13. 75 1. 4. 6. 76 16. 89 10. 93 9. 18. 97 8. 21. 99 24. 100 12. 101 19. 105 9. 108 20. 21. 109 1. 21. 114 2. 115 17. 120 20. 123 12. 124 9. 125 16. 128 26. 130 10. 132 15. 135 6. 19. 20. 137 6.
synonymus *filius patri* 131 15.

tabulare: navibus in instar pontium tabulatis atque consertis 72 5.
tamen *nulla adversativa significatione* 1 24. 3 14. 17 4. 32 12. 57 10. 133 17.
tantus = *insignis* 63 15. 106 9. tanti = *tot* 108 10.
Tarabostesei *vel* Tarabostes 64 12.
tardare *intransitive* 115 4. 128 4.
tempora permutata:
pro imperfecto ind. praesens ind.: actum est (erat *Florus*), si vir ille se cum fratre iunxisset 25 38.
pro imperfecto coni. praesens coni.: ne amici petitionibus obviemus, sparsa collegimus 1 12; *sim.* 2 1. 74 10. 138 23.
pro imperfecto plusquamperfectum: ante inflatus crepuit quam penitens stare potuerat 44 13; qua superbia sic respondit, ut senserant tamen 13 16; ita sunt proeliati, ut pene . . . non remansissent 129 21.
pro perfecto ind. plusquamperfectum ind.: quibus successerat Maneae 6 32: quod dixeramus 85 20, *sim.* 92 3.
pro plusquamperfecto coni. imperfectum coni.: pene Attilam trucidarent, nisi fugisset 111 25. — *perfectum coni.*: ut solacia ubi usus exegerit non

denegaret 101 6; cum haec omnia egerit, occubuit 124 17.
pro infinitivo futuri infinitivus praesentis: quod quamvis simpliciter reor dictum videri doctissimis 3 8; ratus omnem exercitum integrum reperire 50 15; *sim.* 72 10. 92 10. 97 18. 19. 100 5. 103 15. 108 17. 128 11. 134 12. 137 3.
pro infinitivo praesentis infinitivus perfecti: videres Gothorum globos funeri reddidisse culturam 113 1.
pro participio aoristi perfective Graeco participium praesentis: primum eos superans dehinc fugit 31 21; perpetrans . . . statuens . . . oppraemens postremo . . . occisus est 33 32; decedente Dicineo pari veneratione habuerunt Comosicum 75 3; *sic passim*: 1 14. 6 18. 9 6. 29 15. 30 7. 19. 33 32. 34 26. 36 14. 29. 38 24. 40 2. 41 20. 26. 42 6. 43 24. 44 4. 14. 45 14. 29. 48 11. 14. 26. 31. 49 7. 50 13. 52 3. 71 14. 75 5. 77 12. 81 5. 7. 11. 83 2. 84 11. 85 11. 16. 88 5. 92 6. 19. 94 5. 6. 98 7. 99 1. 14. 100 13. 101 7. 10. 18. 102 7. 104 16. 105 8. 106 6. 112 8. 116 12. 15. 117 16. 118 6. 9. 12. 18. 119 11. 17. 18. 120 1. 122 7. 128 12. 24. 130 2. 5. 131 1. 4. 133 3. 17. 135 23. 136 2. 18. 22. 137 19. *in deponentibus id non fit*: egressus urbe regia Theodoricus et ad suos revertens Hesperiam tendit 133 17.
temptare *absolute*: nec temptare in conflictu praevaluit 72 13 (*cf.* 50 16).
tendere: Scythia longe se tendens 61 19.
tenere *intransitive*: qui orientali plaga tenebat 78 6. — teneri = *custodiri*: tenta a germano est 42 15.
tenor: pari tenore 15 31. 98 15. 114 21. 121 14. 127 7. 138 9; simili tenore 116 5.
terere (= *spoliare*) Romam 118 7.
terra *vel* terrae *et* continens *passim et pars eius*, *ut* Germanorum 73 17, Scythicae 68 14, Syrorum 68 13.
terribilitas 91 1.
territare *v. frequentativa.*
testamentalis vox = *testamentum* 28 29. 29 15. 136 9.
testari: provinciarum testans (= *denuntians*) vastationem 115 15.
texere: omnem Gothorum texamus originem 121 10.
timor et tremor 110 5.
torquere: torti crine et nigro nascuntur 57 7.
tracula: plaustra et traculas vel quidquid vehiculi fuit 130 15. — *Cf.* tragula *apud Varronem l. L.* 5 139 *et Ducange s. v.* traga.
transfretare 54 17.
transfundere: divinas scripturas ex Hebreo sermone Greca lingua transfudit 36 2.
transigere *amnem*, *montem* 84 4. 133 23.
transmutare: senatores Campaniae terra transmutat 50 24.
tremulus: tremulis paludibus 60 18.
tribuere: index viae se tribuit (= *indicem viae se praebuit*) 90 2.
tribunus militum 43 16; tribunatus 80 4. 6 (*in Symmachianis*).
tributarius 73 21.
triduanus 54 3.
trinus: trino vocabulo 97 12; trino flore 123 4.
triquadrus 54 10. 56 3.
tristari: nemo tristetur 84 13.
trisulcus 58 6.
triumphus *v.* consul.
tropaeum 94 12. 135 18.
truncare: crinium parte truncata 124 2; = *capite plectere* 43 11. 47 6.
tumor: declivi tumore in editum collis ascendens 109 7.
tumulare: tumulatos cadaveribus campos 112 10; arma et cadavera in modum collium tumulata 130 8.
tunc *v.* dudum.
tutor regis 135 21. 23.
tyrannicus 43 29. 48 24. 117 11. 118 5. 133 12.
tyrannis 37 12. 38 4. 42 1. 43 19. 48 22. 51 19. 22. 85 7. 102 17. 133 8.
tyrannizare 39 27.
tyrannus, tyrannis *de usurpatoribus imperii* 38 29. 39 25. 40 29. 31. 42 11. 45 31. 46 5. 51 22. 85 7. 96 7. 9 *cet.*, *item de regibus ab imperatore regeve legitimo non agnitis Agrivulfo* 117 11, *Gelimero* 102 16, *Odoacro* 133 8. 12. tyrannus orbis *Attila* 107 4. *opp.* regnum legitimum 43 28.

vacillatio regni 120 19.
vacuus ab exercitu 49 29.
vadari = *vado traicere*: Danubium vadati 81 17.
vadum: *abl. pl.* vadibus 82 20.
valere *cum infinitivo*: 32 11. 66 13. 119 19. 122 3. 130 12.
vallare = *obsidere* 46 23. 48 30. 49 15.
vaporare 65 13. 68 9.
vastare exercitum 84 6.
uber: uberior fides 92 10.
ubi = *quo*: intulit bellum, ubi proficiscens 39 9; *sim.* 9 27. 42 4. 101 15. 136 4.
vectigal annuum *ab Attila exactum* 124 16.
vel = *et* 1 6. 4 17. 61 12.
velut = *ut*: velud Thyringi equis utuntur eximiis 59 4; *sim.* 61 3. 126 8.
venire: similiter suae fortunae posse venire 85 6.
verecundia = *ignominia* 72 4.
vergere: fluenta nimio cum sonu vergentia 130 20.
vero *post relativum* 60 12.
verticosus 62 12.
verumtamen *sine notione adversativa* 60 19.
vester *v.* vos.
vicino *pro adverbio* 37 31.
victitare *v. frequentativa.*
victualia *v.* dona.
vicus ad instar civitatis amplissimae 104 19.
virtus = *viri*, *robur*: cum omni virtute sua 76 7; = *miraculum*: in signis et virtutibus 5 14. 10 1.
ulcisci se de *aliquo* 29 19.
unde *non solum sensu locali pro* ex quo 36 4. 58 7. 90 5. 113 4. 130 20. 138 23, *sed item pro* per quem: pontem unde transiret 31 34; classem unde Indiae fines vastaret 34 37; *sim.* 60 16. — *pro* de quo gens unde agimus 78 4. 80 11. 127 12; unde loquimur 64 6; unde nobis sermo est 55 19. 58 14; dicere unde res non exigit 103 4. — *pro* a quo: unde cum excipi libenter optaret 106 18. — *pro* ubi: inde nobis cita(m) victoria(m) quaerere unde se continet bellum 110 24.
unire: consilia unita 127 14.
universitas = *mundus* 126 2.
unus = *quidam*: unam boculam 106 1. — unus . . . alter 35 23. 37 13. — unus . . . alius 134 17. 18. — unus post alium 6 22. 24. — unus post unum 98 7. 102 12.
unusquilibet = *aliquis* 64 1.
vocare: cadaber vocat in terra Chanaan 5 4 (*si lectio vera*).
vocitare *v. frequentativa.*
vos, vester *in allocutione* 1 3. 4. 5. 133 4 *sq.* (*singularis adest* 1 6 *sq.* 53 3 *sq.* 133 8 *sq.*).
votare *v. frequentativa.*
votivus = *desideratus* 69 13. 74 1. 93 19. 126 5.
urbs:
Roma caput orbis et domina 133 7, urbs Romana 41 5. 49 10. 138 8, urbs 48 32. 51 2. 3. 96 20. 97 13. 14. 98 16. 99 22. 120 11. 138 8.
Constantinopolis: urbs regia 46 18. 48 8. 86 1. 95 17. 133 17, urbs Constantinopolitana 41 4. 14. 128 16, urbs 45 9. 51 21. 87 4. 95 19 *bis*. 132 14. 20.
Ravenna: urbs regia 96 20. 133 23; urbs 49 16. 134 2.
Mediolanum urbs regia quondam 114 21.

urbs Anchiali 86 7. — Antiochia 49 28. 50 2. — Arevernas 119 19. — Aureliana 108 19. — Castramartena 126 18. — Consentia 99 12. — Isaurorum 46 11. — Marcianopolis 81 18. 21. 82 4. — Naissus 131 25. 132 4. — Odessus 73 6. — Philippopolis 84 4. — Thessalonica 132 7. — Ticinum 115 1.
urbes 50 23. urbibus *opponitur* oppida 50 2. 55 7; loca 54 14; populi 85 7.
usque: ad Hunnos usque 61 19; et usque ad *sequente accusativo* 1 14. 4 14. 8 2; et usque in *sequente accusativo* 4 22. 9 27; et usque *sequente accusativo* 3 11. 26. 4 6. 14. 7 14. 10 8; solo usque 46 11; et usque hactenus 9 27. 128 27; usque nunc 74 6. 126 10; nunc usque 127 4; et usque nunc 53 17; usque dum viveret 136 1.
ut *consecutivum cum indicativo* 13 16. 32 8 (ut *om. Florus*). 65 11. 74 13. 114 18; *cum coniunctivo et indicativo* 34 25. 130 7. — *omissum*: causa exegit . . . redeamus 80 12.
ut puta *pro utpote* (?) 81 9 (*cf. adn.*).
uterque = *ambo* 31 15. 41 1. 3. 11. 42 24. 47 25. 48 2. 3. 52 5. 60 19. 96 11. 98 7. 100 6. 101 5. 104 11. 13. 109 7. 121 3. 124 25. 134 20. 138 2. 18; utrique = *ambo* 2 4. 9 26. 27 1. 20. 28 24. 33 5 (*ex Floro*). 37 6. 38 24. 41 1. 22. 45 3. 83 9. 85 16. 108 9. 113 18. 121 11. 122 5. 123 12. 124 15. 127 15. 129 16. 130 22. utraque (*paludis et voraginis*) confusio 60 13. utrique *de tribus* 123 12.
utilitas animi corporisque 104 3.
utrum . . . an *pro* sive . . . sive 78 6.

Typis expresserunt Breitkopf et Haertel Lipsienses.



Blandedon cæclubuc Aurcacelbrumcæ
flebilcæcunctũmonorquaclle
Munurlnqruacũcabidcliacũquuc.
Cumineñro
GRAMATICIS GRECIS BRDIGALANSIBUS
Romulũporchor priurancominchi
annecpchcipumacorqruacci.
Xacrcurmuruumonorũmcnorachci
Grumaicorum
Sedulũcuncarrcaudiũdocẽdi
Frucaurqilus acnuurqrcmo
Scacqiunro docuclncuio
Commonorundi
Tcraisborũmihinonmuqiscera
Cacorinprimis docuclnunnis
Nctorũm uocũtudiruualoqendi
Scacrinculacu
Obracianc fẽ qiuclrdomẽcis
Turdiorũnrurnẽqiuusdisciplinis
Appuluacqracis puponlurucau
Noxiurorore
Qorlcuirscuerpcracoquuc corcpulchm
Tcccidcpendunacinorcoracos
Acmcucnocis acculiruppronum
Rcdduchonorem
[illegible]BRDIGALĒSI FILIONI
Facciqemcuchedrucem cuiurpurrdocñi
Nomẽgrumaicinẽcmcruirrepuacũe
Vocacibocumẽriplẽbonumicsodulis
Tucũdhoclproccrcmuqirracudio
Qodquũuirlmpcũmonũcũnobilcumaca
Imbiaci lnacrcomemorũdcurcs

GRAMATICIS LATINIS BRDIGALENSIBS philologis
Mcũ cũ qẽmqinici
Flebilisoffici
Rcligiosrhonor
Suggcracqpcdiũ
Qin quauirhumili
Scarpdocohuemoriaco
Ingcniurhominũ
Brdigulucrudib
Yaturlngcnius
Facuconcordi
Quiprofuqipuera
Qcauracrracdulam
Yrbcdiucuchedrũ
Nocrcqcuosrnẽ
Dmẽphodiciũ
Quibclmuedier
Inrocaulacracumẽ
Grumaicerracudiũ
Siamacminslnhis
huicmcupricipio
Cusdiacupumacis
pilopisIndcaulia
Scacumcũcaplucis
Scarpcruacrdridũ
Cmiacurumonicue
Brdigulacuchedrũ
Nuaiopobacnuia
Pomunciuacrumis
Rcligiorũscrimm
Commonorute
Grumaicũpuerie

mcorum quirapta pcnacommeic
cua
AMMONIO AMASTASIO
GRAMATICO PICTAVIENSI
Qitrudibpuamis
primacloměcaudubae
mcrũ qui rapta
Sucuropiogcniom
Sobrurscapuoroy
Docrinuqiquus
Mombinplucidis
Prolndcuacruamomcũ
Tumũubuiacenuom
Pordidiacinsmio
Scacumcnhunenoracp
Cõmonorumachonus
Picaonicequdcdia
Punqpcacunurauio
flcuilamurumclum
Tamonuacnuom
Nsnuqrumaicum
Burdiqulhuncgniacũ
Tiunraculiaumbiaio
Puupibiscanuom
Yicacũubiacũqcolens
Glomolũ qilam
Tapuenuecracuchedruc
Pcpumacracumulus
Nomẽcbruaqua
TACVLANO SONORIS
FILIO GRAMMAT
BVRDI

MONVMENTA
GERMANIAE
HISTORICA

INDE AB ANNO CHRISTI QVINGENTESIMO
VSQVE AD ANNVM MILLESIMVM
ET QVINGENTESIMVM

EDIDIT

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI

AVCTORVM ANTIQVISSIMORVM TOMI V PARS POSTERIOR

D. MAGNI AVSONII OPVSCVLA

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCLXXXIII

D. MAGNI AVSONII

OPVSCVLA

RECENSVIT

CAROLVS SCHENKL

ADIECTA EST TABVLA

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCLXXXIII



I.

De Ausonii vita

Ausonii vitam breviter enarraturo mihi ante omnia quibus usus sit ille nominibus exponendum esse videtur. nam quamquam eum nominatum esse Decimum Magnum Ausonium optimorum confirmatur librorum fide, tamen mendis, quae sunt in codicibus recentioribus, ea res obscurata est atque in dubium vocata. gravissimos igitur testes habemus codicem S. Galli 899 et Bruxellensem 5370, in quibus haec leguntur 'Decimi Magni Ausonii Mosella'[1]), atque eadem nomina quamquam primum leviter corruptum exhibet liber Parisinus 8500, in quo quinquies (VIIII, XX, E. XXIII in inscriptione, XVIIII et in inscriptione et in subscriptione)[2]) haec inveniuntur adiecta 'Decii Magni Ausonii'. cum Parisino autem consentit codex Vossianus Q 107, qui in carmine de urbibus nobilibus (XVIIII) eandem habet inscriptionem. denique alterum nomen servatum est in codice Magliabecchiano I 6, 29, in quo haec legitur inscriptio 'Quod compertum est ex libro magni Ausonii poete sequitur'. nihil autem tribuendum est eis codicibus, in quibus Paeonius dicitur Ausonius, veluti Escorialensi III S 25 eiusque fratri gemello, ex quo fluxit editio princeps. quod nomen inde ortum esse recte suspicati sunt Vinetus (p. 6 1 K), Barthius (Adv. VI 259),

1) adde inscriptiones Caesarum (XXI) in Laurentianis LXIIII 9, LXXXVIIII inf. 8, Neapolitano IIII C 25, Glasgoviensi V 3, 11, inscriptionem eglogae de ambiguitate eligendae vitae (XXVIIII) in Guelferbytano (Gud. 145) et Marciano (lat. cl. XII cod. 69). titulus, quem in praedio Iosephi Cassiani effossum amicus quidam indicavit Scaligero (lect. Aus. II 23), DEC. AVSON. COS. OLYMPIADE LXXXIII, quin a falsario confictus sit, dubitari non potest (cf. Brandes. Aus. quaest. spec. prim. Brunsvigae MDCCCLXXVI p. 8). Ausonii nomen, quamquam Latinum sonat, Gallicae tamen originis esse videtur, cf. Zeuss, Gr. celt.^{2} 734, Diefenbach, Celtica II 1, 313, Bacmeister, Alemannische Wanderungen I 36.

2) numeris quibus littera non est adiecta significavi Ausonii opuscula eo ordine, quo in hac editione digesta sunt; epistularum numeris E, epigrammatum e, eorum, quae appendice continentur, A adscripsi.

Boeckingius (in Mosellae ed. alt. p. 61), quod librarii ea, quae de patre suo medendi peritissimo ipse rettulerat Ausonius (XI 2, 11; XV 3, 13 sq.), temere transtulerunt in Ausonium filium. cuius rei luculenta sunt testimonia inscriptio codicis Perusini J 102 ('Ausonii burdigalae Sassatis medici ac poetae') atque ea, quae in Gratiarum actionis fronte leguntur in libris quibusdam. Paeonii autem in codice Vaticano 3152 corruptum est in Ponponii, in libris, quibus excerpta continentur ex carminum Ausonianorum corpore codicibus recentioribus tradito, veluti Marciano (lat. cl. XII cod. 8) et Guelferbytanis, in Theonii, quod sine dubio natum est ex coniectura, qua Teonii pro Peonii prave scriptum corrigere conatus est librarius, denique si Barthio fidem habere licet (ad Stat. Theb. III 436), in libro quodam, in quo inerant Fortunati Ausoniique quaedam, in Praeonii. unde iam patet non habere quo commendetur Brandesii coniecturam (p. 12), qua is et Paeonii et Theonii ex Aeonii orta esse suspicatus est, quod nomen ab Aemilia Aeonia matre poetam eodem modo accepisse putabat quo Magni cognomen ab Aemilio Magno Arborio avunculo[3]).

Natus est Ausonius Burdigalae ex patre Iulio Ausonio et matre Aemilia Aeonia (III 7; XVIIII 129; XV 3. 4). quo autem anno in lucem editus sit, cum certa desint indicia, coniectura tantum statui potest, ea tamen ita comparata, ut eis, quae poeta ipse de se tradidit, confirmetur. recte vero qui de ea re disputaverunt procedendum esse censuerunt in hac quaestione expedienda ab Iulio Ausonio patre, quippe de cuius vita accuratius nos edocuerit ipse filius (XI 2; XV 3). iam quo anno is mortem obierit, facile intellegitur ex eis, quae Decimus dixit in Epicedio in patrem (XI 2) v. 41 sq.

maximus ad summum columen pervenit honorum,
praefectus Gallis et Libyae et Latio

ac paulo post v. 45 sq.

huius ego et natum et generum pro consule vidi:
consul ut ipse foret, spes mihi certa fuit.

functus igitur eo tempore iam erat Decimus praefectura Italiae et Africae, fungebatur tum Galliarum praefectura, quam gessit annis CCCLXXVIII et CCCLXXVIIII (cf. VIII 8, 22, cod. Theod. VIII 5, 35), proconsules facti erant Africae provinciae Hesperius, Decimi filius, qui eam administravit annis CCCLXXVI et CCCLXXVII (cf. cod. Theod. XV 7, 3; XVI 5, 4; I 15, 8; VIII 5, 34), et Thalassius, Decimi gener, qui anno CCCLXXVIII Hesperio successit in Africae administratione (cf. cod. Theod. XI 36, 23—25; 30, 37), denique nondum consulatum adeptus erat Decimus, sed iam certa erat spes fore ut mox ad illud honorum fastigium eveheretur (cf. Brandes. p. 15, eph. gymn. Austr. XXXII 326 sqq.). quod cum factum sit anno CCCLXXVIIII[4]), patet Iulium Ausonium ante hunc annum atque intra anni ipsius antecedentis fines diem supremum obiisse. quot autem annos natus pater ex vita excesserit, cognoscitur ex duobus filii carminum locis: XV 3, 4 'undecies binas vixit olympiadas' et XI 2, 61,

3) cf. Peiper. Ann. phil. suppl. XI 197; defendit coniecturam suam Brandes. Ann. phil. 1881 p. 77 sqq.
4) cf. chronica Cassiodorii et Prosperi edita ab Mommseno in Actis soc. litt. sax. VIII 649, 672 et Marcellini chronicon in Mignii patr. lat. LI 917.

ubi eum senem annorum nonaginta mortuum esse traditur. quorum altero certus mihi videtur definiri annorum numerus, in altero rotundus qui dicitur inesse. quamquam obloquitur Brandesius (p. 16) et duplici confirmare studet ratione alteri loco maiorem vim tribuendam esse. at neque id, quod priore posuit loco, argumentum ad persuadendum aptum esse videtur, quo maiorem fidem habendam esse contendit Epicedii utpote patris imagini subscripti verbis, neque alterum ex universa Parentalium serie depromptum, in qua maiores natu eos, qui iuniores mortem obierunt, loco fere procedant (cf. XV 11, 1 sq.). nonne enim, etsi Iulium omnium, quos in Parentalibus commemoravit Decimus, maximum natu fuisse colligitur ex eis, quae XV 3, 1 sq. legimus 'quem ponere primum, etsi cunctetur filius, ordo iubet', ea, quae XV 6, 23 de Arborio avo Decimus tradidit 'tu novies denos vitam cum duxeris annos', eodem modo dicta esse possunt quo illa 'nonaginta annos' XI 2, 61 de Iulio Ausonio? quamquam igitur nolim premere verba 'undecies binas olympiadas' (egressus enim fortasse est Iulius hunc numerum vel mensibus aliquot vel toto adeo anno), tamen num verbis 'nonaginta annos' certus numerus significatus sit, magno opere dubito. quae cum ita sint, efficitur Iulium Ausonium, qui anno CCCLXXVIII obiit senex annorum fere duodenonaginta, natum esse anno fere CCLXXXX.

Iam vero in epistula prima, qua patrem de filio a se suscepto certiorem facit, Ausonius v. 13 sq. supparis se aetatis patri esse dicit ac fratris vicem habere posse. quibus verbis quamquam, id quod facile excusabis in poeta, sine dubio veritatem ipsam egressus est, tamen non inepta neque absona tibi haec videbuntur, si ea memoria repetieris, quae XI 2, 61 sq. de patre nonagenario Decimus rettulit, unde iam intellegas, quantus fuerit vigor, quanta iuventa in illo eo tempore, quo filio auctus est Decimus. sed si hoc loco poetarum more rem in maius extulit Ausonius, tamen facile credemus ei neganti tantum inter se et patrem intercessisse aetatis spatium, quanto patrum plerumque et filiorum aetates dirimi soleant (cf. v. 15 sq.). unde suspicari licet Iulium adulescentulum Aemiliam Aeoniam in matrimonium duxisse, annos natum fere undeviginti. quo ex matrimonio cum non Decimus primus ortus sit, sed Aemilia Melania soror eum praecesserit uno consule maior (cf. XV 31, 4), annus, quo lucem aspexit, Ausonius fuisse videtur trecentesimus decimus.

Cui rationi ea conveniunt, quae de Aemilio Magno Arborio avunculo rettulit Ausonius XV 5, 9 sq., se lactantem, puerum, iuvenemque virumque ab illo summa cura educatum atque institutum esse. reliquit autem Arborius Tolosam ac Constantinopolim migravit, ut Caesaris cuiusdam (Constantem eum fuisse, Constantini Magni filium, non sine magna veri specie coniecit Brandesius p. 20), studia regeret (XV 5, 15: XVI 17, 13 sqq.), anno fere CCCXXX. quo tempore cum viginti fere annos natus esset Decimus, recte se virum potuit dicere, praesertim cum non a veri similitudine abhorreat eum iam tum matrimonio secum iunxisse Attusiam Lucanam Sabinam [5].

---

5) cf. Paullini Pellaei carm. euch. v. 176 sqq., ubi is se annos natum viginti uxorem duxisse narrat. — Professorum Burdigalensium commemorationem post a. CCCLXXXV conscriptam esse ex eo intellegitur, quod XVI 6, 37 sq. supplicium de Priscillianis sumptum significatur (cf. H. Richter. Das weströmische Reich, p. 635), idemque opusculum cum Parentalibus arto vinculo coniunctum esse Ausonius ipse indicat (XVI 1, 1). si igitur Parentalia a. CCCLXXXIIII composita sunt, Sabina, quae annis triginta sex ante quam Parentalia scripsit Auso-

Iure igitur in gratiarum actione de consulatu, quae dicta est Treveris mense Augusto anni CCCLXXVIIII apud imperatorem Gratianum, se utpote septuaginta fere annos natum iam senectute confectum dicere potuit Ausonius (VIII 5, 17; 6, 12: 18, 20) atque in Protreptico ad nepotulum suum misso, qui uno fere anno post conscriptus est, de senii molestiis conqueri (XIII 1, 13; 2, 35).

Iulius Ausonius Cossione Vasatum oriundus ex familia si non illustri, tamen honesta (III 5; XI 2, 4; VIII 8, 3), cum Burdigalam se contulisset, et medendi peritia et sapientia morumque integritate tantam sibi famam conciliavit, ut non solum adscriberetur in senatum Burdigalensem, sed etiam in curiam Romanam et senatum adlegeretur atque praefecti Illyrico nomine ornaretur[6]) (XI 2, 5 sq. 52; XV 3, 9 sqq.). pecuniae non cupidus modicas tantum, sed quae sibi suisque sufficerent opes comparavit (XI 2, 7: XII 2, 9). uxorem duxit Aemiliam Aeoniam Aquis Tarbellicis natam, Caecilii Argicii Arborii, nobilissimi inter Haeduos viri, filiam, qui cum Victorini et Tetricorum temporibus omnibus bonis amissis in Aquitaniam se recepisset, ibi in Tarbella civitate matrimonio secum iunxerat Aemiliam Corinthiam Mauram, non fortunae muneribus, sed pudicitia ac severitate ornatam (XV 6, 7 sqq.; 7, 5 sqq.).

His igitur ortus parentibus Decimus non tam matris quam aviae cura educatus est, quae, cum avus astrologiae gnarus sideribus nataliciis animadversis et notatis magnam de puero spem concepisset, summa in ea re usus est diligentia ita, ut disciplinae austeritatem eis, quibus aetas puerilis gaudet, blanditiis sapienter temperaret (XV 6, 17 sqq.; 7, 9 sq.). adiuvabant autem eam sumptusque de suis etsi angustis rebus praebebant Aemilia Hilaria matertera et Iulia Cataphronia amita, virgines devotae, atque Aemilia Dryadia matertera, quae summo puerum amore amplexae quasi materna cura fovebant (XV 8, 11 sq.; 28, 5 sq.; 27, 9 sqq.). iam cum ex feminarum tutela exiisset, litteris Latinis institutus est a Macrino grammatico (XVI 11, 12 sq.), Graecis a Romulo, Corinthio, Menestheo, ita tamen ut in Graecis parum proficeret, id quod ipse testatur ingenii sui tarditatem accusans (XVI 9, 1 sqq., 9 sqq.). plurimum autem debuit Aemilii Magni Arborii avunculi curae, qui eum iam puerulum, cum in avi domo educaretur, informavit ac non multo post Tolosae cathedram nanctus eo vocavit, ut ipse eum dicendi praeceptis institueret, patria quasi caritate puerum complexus ita, ut cum ipse liberis careret, hunc sibi sufficere dictitaret, atque ex ingenii scintillulis, quae iam tum in illo emicabant, magno eum decori suis futurum esse auguratus (XV 5, 19 sqq.).

Postquam igitur decem fere annos Tolosae, quam altricem suam vocat (XVIIII 98), in avunculi disciplina transegit Ausonius, eo ipso anno, quo Arborius Constantinopolim migravit, in patriam reversus ad ea, quae iam Arborio duce coluerat, studia oratoria incubuit, magistris in ea re usus Luciolo rhetore (XVI 4, 1) et Tiberio Victore Minervio oratore (XVI 2, 11). quae studia cum per aliquot annos continuavisset,

---

nius ex vita excesserat annos duodetriginta nata (XV 11, 8. 25), in lucem edita est a. CCCXVIIII. quam si quindecim annos natam Ausonio nupsisse statuimus, is tum iam aetatis annum vicesimum quartum egressus erat, id quod horum temporum consuetudini minus convenire videtur. sed nihil obstat, quo minus inter Parentalia et Professorum Burdigalensium commemorationem aliquot annos intercessisse putemus.

6) quem honorem eum a Valentiniano I. accepisse suspicor.

Arborii secutus exemplum grammaticam coepit profiteri Burdigalae (III 18), quam cathedram, cum rhetoricae docendae munus ad eum delata esset, Acilio Glabrioni iuniori tradidit (XVI 25, 5 sq.). simul quamquam rarius, sed non sine laude in causis forensibus versatus esse videtur (III 17; E. XII 28). cum igitur per triginta annos docendi functus esset munere atque in ea re non tenuem quidem gloriam, sed modicum sane sibi quaestum comparavisset (III 21 sqq., E. XII 28 sq.), ab imperatore Valentiniano, ut Gratiani filii ingenium moresque formaret, electus est. id quod factum esse adparet inter annos CCCLXIII, quo imperator creatus est Valentinianus, et CCCLXVIII, quo Ausonius imperatorem eiusque filium, qui iam anno ante Augustus declaratus erat, in expeditione Alamannica comitatus est (XVIII 2, 422; XXVI 1, 12; E. IIII 1. 81). veri simile tamen est Ausonium iam ante annum CCCLXVII accitum esse (cf. VIIII 25). quod autem hoc munere ornatus est, id non tam ad famam, quam sibi docendo comparaverat, sed ad gloriam carminibus partam referendum esse videtur[7]), nisi forte in ea re momenti cuiusdam Arborii, quem Constantis studia rexisse supra diximus, fuit memoria. ceterum Ausonius ipse se in Gratiano instituendo primum grammatici, deinde rhetoris locum obtinuisse testatur (III 25 sqq.).

Functus autem est eo munere Ausonius ita, ut Gratiani indolem sane egregiam optimis excoleret artibus atque ad omne honestum conformaret. ac si Gratianus honorifice inter imperatores eius saeculi memoratur, id sine dubio magna ex parte debetur Ausonio. quamquam non negaverim Gratiano alio etiam opus fuisse institutore, qui mollem eius animum firmaret obduraretque ac, ne obnoxius fieret aliorum voluntati, quam maxime caveret. sed id non Ausonii fuisse utpote hominis placidi, lenis, a rebus publicis remoti atque in umbraculo versari soliti facile intellegitur. fecit tamen quod potuit ac certe ad eius potissimum disciplinam referendum est, quod alumnus eius propter vitae sanctimoniam, animi benignitatem, mansuetudinem, clementiam et ab aequalibus praedicabatur, veluti ab Ammiano Marcellino (XXXI 10, 18), et ab huius aetatis scriptoribus eximiis effertur laudibus[8]).

Ac gratos sane Valentiniani Gratianique in se animos expertus est Ausonius. etenim a Valentiniano comes factus est ac non multo post, cum iam Gratianus Augustus creatus esset, quaestor sacri palatii (VIII 2, 19 sq.; 18, 24; E. XVIII 3). deinde Valentiniano mortuo, qui obiit a. d. XV. kal. Decembres anni CCCLXXV, praefecturam Italiae et Africae ad Ausonium detulit Gratianus a. ut videtur CCCLXXVI (XI 2, 42) et paulo post a. CCCLXXVIII praefecturam Galliarum (XI 2, 42; VIII 2, 9. 20; 8, 22), denique eodem anno exeunte consulem designavit praeceptorem gratus discipulus, quo in magistratu ille collegam habuit Q. Clodium Hermogenianum Olybrium, prior ipse consul nuncupatus (III 37; VIII 3, 4; 9, 16; 12, 2. 13; XIII 2, 93; cf. Cassiod. chron. ed. Mommsen Act. soc. litt. sax. VIII 649; Marcell. chron. 917). adde quod multi in filium eius generumque collati sunt honores. nam Hesperius filius, postquam

7) nam Valentinianus quamquam atrox homo et truculentus, tamen non abhorrebat ab artium elegantiorum cultu carminumque studio atque in conviviis et recitabat quae ipse composuerat carmina ludicra et audiebat benigne ab aliis facta (cf. XXVIII 1, 10 sqq., H. Richter., Das weströmische Reich 274).

8) cf. H. Richter. 295 sqq., A. Buse. Paulin von Nola und seine Zeit I 72.

a. CCCLXXV vicarius Macedoniae fuit, anno insequenti proconsul Africae factus est et tribus annis post praefectus praet. Italiae, denique eodem anno patri, quem tum Galliarum praefectura functum esse supra diximus, collega additus (VIII 2, 9. 21), ut eum in hac provincia administranda sua adiuvaret opera[9]). Thalassius autem, Ausonii gener, Hesperio, cum is per duos annos Africae curam gessisset, in proconsulatu successit.

Sed non diu post consulatum prospera illa, quam gratae discipuli debebat voluntati, fortuna usus est Ausonius. nam quattuor annis post Gratianus armis opibusque exutus a Maximo Lugduni interemptus est. quam calamitatem vehementissime doluisse Ausonium atque iniquissimo tulisse animo hominis nefarii dominationem facile intellegas: tamen ex carminibus Ausonii quae fuerit rerum condicio temporibus illis non colligitur, nisi quod ex epistula II comperimus eum a. CCCLXXXIII cum Hesperio Treveris fuisse ibique filio Maximi ut videtur iussu profecto aliquamdiu remansisse. tandem a. CCCLXXXVIII Theodosius bello persecutus est Maximum, quem devictum Aquileiam compulit inclusumque oppido repentino impetu capto ad supplicium dedit. quam ob rem Aquileiam celebrat Ausonius (XVIIII 67 sqq.), quod laeta spectatrix tanti triumphi punivit Ausonio Rutupinum marte latronem.

Eo tempore Ausonius iam duodeoctoginta annos natus renuntiaverat negotiis publicis atque ad otium confugerat, quo Burdigalae, in nido senectae (XVIII 2, 449), fruebatur, dum aut in oppido ipso commorabatur aut in praediis, et in Lucaniaco (E. V 36; E. XXII 1, 8; 2, 43; e. 30, 7; Paulin. carm. X 256)[10]) et in eis, quae erant in Novaro pago (E. XXV 95, cf. E. VIII 3; E. XI 23; E. XII 5; E. XIIII 2; E. XV 11), et in villula, quam a patre acceperat (XII 2)[11]). neque Theodosius, quamquam plurimi eum aestimavit, id quod testatus est epistula ad Ausonium scripta (I), id agebat, ut senem spectatum satis et iam rude donatum iterum antiquo includeret ludo.

Hoc igitur otio post Theodosii victoriam per aliquot certe annos usus est Ausonius, id quod ex litterarum commercio, quod eo tempore cum Pontio Meropio Anicio Paulino habuit, intellegitur. is enim natus Burdigalae a. CCCLIII ex familia senatoria, quae et nobilitate et opibus florebat, magistro usus est Ausonio, qui eximia pueri indole cognita eum iam amicitia, quae inter utriusque parentes intercedebat, sibi coniunctum summo amplexus est amore. unde etiam in palatium sacrum evocatus non destitit omnibus modis iuvare adulescentem ac, quamquam Paulinus iam natalium splendore commendabatur Gratiano, tamen sua quoque cura effecisse videtur, ut is per singulos honorum gradus celeriter ad summum fastigium, consulatum, quo iam ante annum CCCLXXVIIII functus est (E. XX 3)[12]), ascenderet. sed non ea erat Paulini mens, ut

9) ad praefecturam Galliarum ab Ausonio administratam referenda sunt quae in Symmachi ad Ausonium epistulis I 42, 2; 31, 3 leguntur, unde patet Ausonium id munus tamquam imparem tanto oneri ferendo brevi deposuisse.

10) videtur id praedium ab Attusio Lucano Talisio, Ausonii socero, vel ab Attusia Lucana Sabina, eius uxore, nomen accepisse. situm fuisse id coniecit Fr. Ducaeus (adn. in Paulin. epist. XI) ad sinistram Duranii in mare delabentis ripam, ubi nunc est pagus Lugagnac.

11) cf. Paulin. carm. X 242 cumque Maioralici tua prodigis otia thermis.

12) cf. A. Buse. I 360.

vitae publicae strepitu delectaretur. quam ob rem in summa dignitate collocatus tamen non multo post civilibus renuntiavit officiis ac Burdigalam se contulit, ut vitam quietam ageret doctrinae studiis penitus deditam. crescebat autem in dies sacrorum Christianorum in animo eius ardor ita, ut iam sacro lustratus fonte se a coetu hominumque frequentia in solitudinem recipere constitueret. secessit igitur cum Therasia uxore a. CCCLXXXX Barcinonem, ubi per quattuor annos commoratus eam vitae agendae rationem amplexus est, ut in rerum divinarum contemplatione atque hominum pauperum miseriis leniendis omnem poneret operam[13]). aegre vero tulit Ausonius se iucundissima amici carissimi consuetudine privatum esse atque aegrius etiam id, quod ne saepius quidem compellatus litteris Paulinus rescripsit atque amicitiae vinculum dirupisse videbatur.

Sed hac occasione utar, ut quae inter mutuas Ausonii et Paulini epistulas rationes intercedant explicem. qua de re cum dissentiam ex parte ab eis, quae Ebertus I 287 sqq. disseruit, paulo longiore disputatione opus esse videtur. ac primum inquirendum est, quibus Ausonii litteris Paulinus carmine decimo responderit. tres enim ab amico se accepisse dicit epistulas v. 7 sq., quarum una sine dubio ea fuit, quae in hac editione est vicesima quarta, id quod iam ex eo intellegitur, quod Paulinus verbo primo 'Quarta' huius epistulae initium designat. adde quod inter se respondent apud Paulinum v. 5 'salutifero libello' et apud Ausonium v. 4 'salutigeris libellis'. sed quo modo quaeso queri potuit Paulinus de Ausonii, qui tres ad eum misisset epistulas, cessatione? non igitur tamquam Paulini ipsius verba accipiendi sunt versus sex inde a primo in huius epistula, sed potius Ausonii blande amicum obiurgantis, quamquam hi versus non ab Ausonio ipso profecti sunt, sed a Paulino ita concinnati, ut eis non singula verba, sed sententiam eorum, quae legerat in Ausonii epistula, redderet. post versum sextum autem fortasse quaedam interciderunt, cum quae secuntur cum his versibus vix bene consociari possint. iam quod Paulinus paulo post (v. 9 sqq.) dicit Ausonium subamara quaedam et aspera dulcibus blandisque miscuisse, id quam maxime cadit in epistulam illam Ausonianam. denique Paulinus aperte his versibus 104 (156 sqq., 191), 106, 108, 109 sqq., 162 (196), 163 (197), 203, 223 sq. hos significat in Ausonii epistula versus 72, 49, 52 sqq., 73, 71, 69, 51, 57 sqq. unde iam quin Paulinus epistulam XXIIII quam maxime ante oculos habuerit, omnino dubitari non potest. alterius epistulae Ausonianae unum est in hoc carmine vestigium, dico versum 192, quo designantur ea, quae in epistulae XXIII v. 31 de Therasia facete quidem, sed ita ut aculeos impingeret Ausonius dixerat. tertiae quae eo tempore ad Paulinum missa etiam nunc extat epistulae XXV nulla in hoc carmine est significatio. nam quae intercedit inter v. 232 sq. et epistulae Ausonianae v. 88 sq. similitudo (cf. Peiper. 326) eo explicatur, quod Ausonius in hac epistula Paulini carmen respexit. id quod facile intellegitur eis, quae Ausonius dixit vv. 87 sqq., cum Paulini carminis vv. 221 sqq. collatis. quae si recte disputata sunt, verba Ausonii (E. XXIIII 1) 'Quarta tibi haec notos detexit epistula questus' ita

13) cf. A. Buse. I 153 sqq.; Ebert. Allgemeine Geschichte der Litteratur des Mittelalters im Abendlande I 284 sqq.

explicanda sunt, ut statuamus ex epistulis Ausonii unam non in Paulini venisse manus, alteram, quam ille acceperat, temporum iniuria nobis ereptam esse. ac videntur singulae epistulae ita inter se excepisse, ut duas, de quibus modo locuti sumus, sequeretur XXIII, hanc XXIIII. num autem in eis, quae ad nos non pervenerunt, ea scripta fuerint, quae apud Paulinum leguntur v. 103 (cf. Peiper. 326), ego quidem dubito; nihil aliud enim his verbis continetur nisi eorum, quae in carminis initio dicta sunt, repetitio. neque quicquam lucramur ex epistulae XXIII in codice Vossiano 111 inscriptione, in qua illud 'subinde' sine dubio haustum est ex primo huius epistulae verbo 'Proxima'. sed iam accedamus ad alteram Paulini epistulam (carmen XI), qua eum respondisse Ausonii epistulae, quae in hac editione est vicesima quinta, inter omnes constat. nam vv. 4, 30, 32, 34, 39 sq. designantur verba, quibus in epistulae suae initio usus est Ausonius, atque in primis illa ab equis iugalibus desumpta similitudo. has igitur Ausonii et Paulini epistulas Ebertus et Peiperus ante ceteras, de quibus modo locuti sumus, compositas esse statuunt. sed num tu putas Ausonium statim in amicum cessantem tam acerbis dictis invectum esse, quorum duritatem Paulinus, dum amico respondet, tam graviter conqueritur (v. 5)[14]. et quo quaeso loco in illa Ausonii epistula significatur intermissum esse ab amico litterarum commercium? at certe priusquam Ausonius discussum esse diceret amicitiae vinculum, debebat lenioribus uti verbis, querelas iacere de diuturno amici silentio, blande obiurgare cessantem, quae omnia in epistulis XXIII et XXIIII inveniuntur, in XXV ne verbo quidem commemorantur. adde quod nec in Paulini responso ulla extat cessationis excusatio; nam quae leguntur in vv. 2 sq. 'placitamque latebris desidiam exprobras', ea spectant vitam, quam tum Paulinus agebat ab hominum coetu remotam atque ab negotiis publicis litterarumque studiis alienam, et eis, quae antecedunt, 'Continuata meae durare silentia linguae te numquam tacito memoras' nihil nisi querelarum, quas in prioribus litteris Ausonius fuderat, inest significatio. certe non in hac, sed in altera epistula Paulinus de ea, quam amplexus erat, vitae ratione exposuit ac quibus causis adductus esset, ut hanc praeferret, explicavit. quae cum ita sint, statuendum est Ausonium, cum post quattuor litteras ad amicum cessantem missas accepisset tandem responsum, quod carmine X continetur, nequaquam eo laetatum esse, sed aegerrime adeo tulisse amici, qui ad pristinam vitam se rediturum esse praefracte negaret, recusationem. speraverat enim suavi litterarum commercio instituto se Paulino persuasurum esse, ut Hispania relicta Burdigalam ad suos reverteretur. qua spe deiectus, cum illum in sententia sua vitaeque consilio perseverare intellexisset, iam fortioribus remediis utendum esse ratus scripsit epistulam vicesimam quintam, qua se praecisurum esse amicitiam minatus est, nisi mutato consilio domum rediisset Paulinus seque amicis suis reddidisset. cui epistulae, quam a minando orsus Ausonius paulatim ad summam amoris et desiderii significationem traduxit, cum Paulinus respondisset carmine XI, in quo ut summa eius in Ausonium pietas elucet, ita stabilis

14) Ausonium, cum in epistulae XXIII v. 3 dixit 'blanda obiurgatio', respexisse epistulam XXV, quod Peiperus p. 327 opinatur, ab omni veri specie abhorret. id quod iam ex eo, quod Paulinus de hac epistula tulit, iudicio facile intellegitur.

in proposito permansio, Ausonius omni amici recuperandi spe abiecta a litteris ad eum dandis abstinuisse videtur.

Iam cum Paulinus a. CCCLXXXVIIII atque ut videtur ante aestatem [15] huius anni in Hispaniam secesserit, carmen X aestate anni CCCLXXXXIII scriptum est atque eodem anno, antequam in Barcinonensi civitate presbyteratus ei oblatus est die, quo sollemnia Christi natalicia celebrata sunt [16], carmen XI. itaque ad huius anni exitum Ausonium vitam produxisse certo scimus, sed quo tempore mortem obierit, plane ignoramus.

Haec igitur de vita Ausonii. quo facilius autem intellegeretur, qua necessitudine et cognati et adfines, quorum is in Parentalibus mentionem fecit, cum illo coniuncti fuissent, in hac, quae sequitur, tabula singula eorum nomina adscripsi ita, ut simul cognationis et adfinitatis gradus in eis digerendis rationem haberem.

---

15) Paulin. carm. X 1 Quarta redit duris haec iam messoribus aestas, cf. Buse. 140, Ebert. 285. quod si v. 103 dicit Paulinus 'Defore me patriis tota trieteride terris', Ausonii verba in epistula, quae intercidit, significare videtur.

16) cf. Buse. 192.



*) Memorabilis profecto XIII 2, 44 est codicis *T* (Vossiani Q 107) scriptura 'praefectus genitor, proconsul avunculus'. nam si id quod ceteri libri praebent 'proconsul genitor, praefectus avunculus' amplectimur, statuendum est Ausonium verbis 'proconsul genitor' Thalassium, Ausonii pueri vitricum, significavisse (cf. quae Brandes. Eph. gymn. Austr. XXXII 326 adn. 8 de hac re disputavit). sed mirum certe 'genitor' de vitrico dictum neque plane excusatur haec res eo, quod Paulinus in epistula (c. X 109) Ausonium genitorem appellavit. qui cur hoc nomine usus sit, ipse paulo post vv. 148 sqq. exponit. haec igitur difficultas expediatur codicis *T* scriptura recepta. nec quicquam impedit, quo minus id carmen a. CCCLXXXVIIII, antequam praefectus Italiae factus est Hesperius, scriptum esse statuamus. Hesperium enim non statim, postquam proconsulatu Africae functus est, Italiae praefecturam nanctum esse ex eis, quae leguntur XI 2, 45, intellegitur. ac primum, quod traditum nobis est, ad Hesperium praef. praet. rescriptum datum est die VI ante nonas Iulias anni CCCLXXVIIII (cod. Theod. VII 18, 2). praefectus genitor autem intellegi potest Euromius, quem praefectum fuisse ipse refert Ausonius (XV 16, 9). quae etsi nequaquam per se improbanda sunt, tamen nolim librorum ceterorum fide spreta unum codicem *T* sequi, cuius scriptura aut ex socordia librarii aut quod magis veri simile est ex corrigendi studio originem traxit. adde quod haud probabile est Ausonium Thalassii, quem XI 2, 45 honorifice memorat, nullam omnino hoc loco mentionem fecisse.

II.

Quibus temporibus Ausonii carmina scripta sint

His quae modo de vita Ausonii exposui, ut certum disputationi, quam mox instituam, fundamentum substruatur, brevem de temporibus, quibus singula opuscula ab Ausonio conscripta sunt, dissertationem subnectam. qua in re quam lubrica via saepe mihi ingrediendum sit, non ignoro; nam quamquam in libellis Ausonii nonnullis non desunt satis certa temporum indicia, tamen in aliis res est plane incerta, in aliis dubia et quae coniecturis tantum quodam modo constitui possit. sed ut brevitati consulam, iam hanc tibi carminum, de quorum temporibus aut certi aliquid aut quod saltem veri speciem habeat statui potest, tabulam proponam ita, ut simul quae ad rem confirmandam necessaria esse videntur adiciam[1]).

circa annum CCCXXXX scripta est epistula I ad patrem de suscepto filio; ante Sabinae mortem epigrammata XVII, XVIII, XXV, XXVI, XXVII

ante a. CCCLXVII composita esse videtur Ephemeris (IIII); nam quin Ausonius Versibus paschalibus (VIIII) imitatus sit orationem, quae est in Ephemeride (3), ego quidem non dubito (cf. Vers. pasch. vv. 1. 7. 12. 14 sq. 16. 20. 21. 31 cum his orationis vv. 27. 38. 35. 33 sq. (78.) 9. 48. 16. 80). atque intima quadam necessitudine inter se coniuncta esse haec carmina iam intellexit Ebertus I 287 adn. 3[2])

non multo post a. CCCLXVII scripti sunt Versus paschales (VIIII), cf. v. 25; hoc enim anno a. d. VIIII. kal. Septembres Gratianus Augustus declaratus est

a. CCCLXVIII vel insequenti scripta est epistula ad Theonem (cf. vv. 1 et 81, unde intellegitur 'militantes' in v. 81 non habere, quo offendamur); eodem fere tempore ut videtur in expeditione militari (cf. XXVI 1, 12) Cento nuptialis iussu imperatoris Valentiniani (XXVIII 1, 7 sqq.) concinnatus est, praefatio autem ad Paulum aliquot annis post ('quondam' 9) conscripta[3]). idem fortasse de Gripho (XXVI) licet statuere. ad eundem annum referenda sunt epigrammata IIII et V, quibus victoria de Alamannis reportata celebratur

a. CCCLXX compositus est Mosella (XVIII 2), qua de re vide quae Boeckingius exposuit ed. alt. p. 97[4]), atque eodem fere tempore scripta sunt carmina in Bissulae honorem (XXV), sed aliquot annis post edita et ad Paulum missa

a. CCCLXXI adscribenda est epistula ad Probum (XVI); nam v. 20 diserte Gratiani et Probi consulatus significatur

---

1) cf. Brandes. Ann. philol. 1881 p. 60 sq.

2) num hac re subsidium quoddam paretur coniecturae, quam dubitanter proposui, in inscriptione Versuum paschalium illud 'proco' in 'ex tempore' mutandum esse, videant alii. quod si premendus est v. 67 orationis, Ephemeris primis Ausonii carminibus adnumeranda est.

3) Ausonius in hac praefatione ita loquitur de Valentiniano, ut eum tum iam non in vivis fuisse suspicari liceat. accedit quod Valentinianus XXVIII 1, 8 sanctus vocatur. unde praefationem illam post a. CCCLXXV scriptam esse adparet (cf. Brandes. p. 60 adn. 1).

4) unum obstat Boeckingii coniecturae, dico illud 'nati' in v. 450, quod in Ven.[4] mutatum est in 'natus'. nam si recte se habet 'nati', id nulla alia ratione explicari potest, nisi ut statuamus Ausonium hoc verbo et Gratianum et Valentinianum iuniorem significavisse. certe ea, quam Boeckingius proposuit, huius loci explicatio reicienda est. at quid quaeso impedit, quominus putemus Ausonium Valentiniano nato, ut blandiretur imperatori ac quasi divinaret se ut Gratiani ita Valentiniani quoque curam suscepturum esse, mentionem eius in carmen iam absolutum ac perfectum intulisse. ceterum quamquam Ausonius cum Gratiano Treveris versatus est, cum 'profligati venit laurea belli' (XVIII 2, 425), tamen ante cum alumno suo imperatorem comitatus in castris commorari potuit (cf. E. XVII 18 sqq.). haec addidi propter ea, quae Voelkerus Symb. Bonn. p. 450 disputavit.

ante a. CCCLXXV scripta est epistula ad Vrsulum (XVIII, cf. v. 3), inter hunc annum et CCCLXXXIII epigrammata, quibus Gratiani laudes continentur, I. III. VII et e. VI in Valentinianum puerum a. CCCLXXI natum

ad a. CCCLXXVIIII, quo consulatum gessit Ausonius, referendae sunt Precationes (VI et VII) et Gratiarum actio (VIII). eidem anno vel ei, qui praecessit, adscribendum est Epicedium in patrem (XI 2, cf. v. 46), a. CCCLXXVIIII carmen de herediolo (XII, cf. praef.)[5]. — eodem anno vel CCCLXXX scripta est epistula XVII, qua Ausonius Symmachi litteris Capua ad se datis (I 31) respondit. nam Symmachi epistula ad id tempus referenda est, quo Ausonius praefecturam Galliarum deposuerat (cf. Symm. I 31, p. 17, 15 S. 'ergo tali negotio expende otium tuum'). iam conferas Symmachi epistulam (III 6), qua ille Iuliano, qui eum de fratris morte per litteras consolatus erat, respondit. obiit autem Celsinus Titianus, Symmachi frater, sub finem anni CCCLXXX. qua in epistula cum aperte imitatus sit Symmachus (p. 71, 32) verba, quae in Ausonii epistula (XVII 1) leguntur 'quam delenifica et quam suada facundia', ea, quae de tempore, quo scripta est epistula XVII, dixi, satis confirmantur

a. fere CCCLXXX scriptus est Protrepticus (XIII); cf. Brandes. l. c. p. 60 adn. 2,

inter a. CCCLXXX et CCCLXXXIII praefatio ad lectorem (III), cf. v. 34 et 37,

a. CCCLXXXII epigramma de fastis (XXII) tertium. primum ad Hesperium Ausonius misit anno CCCLXXVIIII (cf. 9); postea (a. CCCLXXXIII) in Hesperii locum Gregorii substituit nomen (cf. Brandes. l. c. p. 61 adn. 3),

a. CCCLXXXIII iam devicto, sed incertum utrum etiamtum vivo an iam occiso Gratiano epistula II (cf. Brandes. l. c. p. 68 adn. 10),

post a. CCCLXXXV, id quod iam supra diximus, Professorum Burdigalensium commemoratio (XVI). Parentalia autem et Epitaphia (XV et XVII), etsi ea quodam vinculo cum carmine illo coniunxit Ausonius (cf. XVI 1, 1; XVII 1), non eodem anno orta esse, sed longiore quodam temporis intervallo a Prof. Burd. commemoratione distare videntur,

post a. CCCLXXXVIII carmen quod inscribitur Ordo urbium nobilium (XVIIII, cf. vv. 68 sqq.) et epistula ad Theodosium (II)[6]

a. CCCLXXXX Genethliacon ad nepotem (XIIII) composuit Ausonius (cf. Brandes. l. c. p. 60 adn. 2) et ad Latinum Drepanium Pacatum proconsulem misit Ludum septem sapientum (XX) et Technopaegnion (XXVII 1). sed num haec carmina eo demum anno conscripta sint, dubitare licet. certe Technopaegnion non solum Pacato, sed etiam Paulino dedicatum est (XXVII 2). qui cum iam a. CCCLXXXVIIII in Hispaniam secesserit, haud facile credas Ausonium uno anno post, cum Paulinus intermisso litterarum commercio animum ac cogitationes suas ab eius modi rebus avocasset, ad eum carmen illud misisse, cum praesertim in epistula, quam praefixit, earum rerum, de quibus tum litteris ad amicum missis querebatur, ne verbo qui-

5) Ausonium etiam post annum, quo consulatum gessit, se consulem dicere potuisse apertum est. quam ob rem ex eo, quod se consulem nominat in libello aliquo, minime colligi potest illum ad ipsum annum CCCLXXVIIII referendum esse. id quod pertinet ad epistulas VI (cf. v. 1), XIII (cf. v. 1), quod carmen titulus epistulae quartae decimae esse videtur, XV (cf. v. 30), XX (cf. vv. 3 sqq.). ac confirmatur ea res, si quid video, epistulis XIIII et XII, quae eodem fere tempore conscriptae (cf. XIIII 2, XII 5) haud paucis annis distant ab Ausonii consulatu. nam quo modo Gratiano imperante ea scribere potuerit Ausonius, quae leguntur in epistula duodecima (dico versus illos 32 sqq., quibus et suas et Pauli fortunas describit), ego quidem non intellego. at potuit certe post Gratiani cladem facultatibus suis haud leviter adtritis. accedit summae senectutis in vv. 31 sqq. commemoratio.

6) hoc carmen et epistulam Theodosii (I) fortasse post a. CCCLXXXXIIII, quo anno Eugenio devicto Valentiniani iunioris caedem ultus est Theodosius, conscripta esse suspicatus est Brandesius l. c. p. 61 adn. 4. quamquam in eo, quod Ausonius Theodosium patrem Romanum appellavit (II 21), certum huius temporis non inest indicium. nam hoc nomine etiam post victoriam de Maximo reportatam ornare potuit Ausonius Theodosium ac multo veri similius est hunc iam post poenas a Maximo repetitas honorificas illas ad Gratiani praeceptorem et amicum litteras misisse.

dem mentio fiat. quam ob rem veri simillimum est Technopaegnion iam aliquot annis ante conditum ac Paulini nomine ornatum a. CCCLXXXX Pacato dedicatum esse (cf. Brandes. l. c. p. 62 adn. 5)

inter a. CCCLXXXX et CCCLXXXXIII scriptae sunt epistulae XXIII et XXIIII

a. CCCLXXXXIII epistula XXV.

III.

Quinam ex aequalibus aut posterioribus scriptoribus Ausonii eiusque carminum mentionem fecerint

Ausonii opuscula quantis laudibus ab aequalibus eius ornata sint, facile, si vel obiter libellos ab eo conscriptos perlustraveris, intelleges. nam etsi, ut erat eius aetatis mos, saepissime detraxit de libris suis, id non aliam ob causam fecit, nisi ut ea re quam maximas aliorum laudationes provocaret. ac scimus Valentinianum et Gratianum magni aestimavisse Ausonii poemata; Theodosius in epistula ad Ausonium missa eum, ut sibi carmina sua legenda mittat, flagitat ac magis etiam se eum admirari dicit quam Augustum summos aetatis suae poetas. iam quid dicam de Symmacho, viro si quis alius ea aetate litterato? quantis ille laudibus extollit Ausonii ingenium, artem, eloquentiam! non enim dubitat Ausonium cum Marone et Tullio conferre (epist. I 14, 5; 31, 1) identidemque orat, ut quae nova condiderit carmina secum communicet vel adeo librum aliquem sibi dedicet (epist. I 18, p. 12, 7 S.; 31, 2 et 3). Symmacho adde Paulinum, qui in prooemio poematis de regibus Ausonii ingenium summis extulit laudibus (E. XVIIII 32 sqq.) atque in altera epistula ad Ausonium missa (c. XI 38 sq.) illum eodem modo quo Symmachus cum Marone et Tullio contulit his usus verbis: 'vix Tullius et Maro tecum sustineant aequale iugum'. atque ut Symmachus et Paulinus multis locis flosculos ex Ausonii libellis delibatos in usum suum converterunt, ita Claudianum et Rutilium Namatianum Ausonii poemata lectitavisse ac locis quibusdam imitatos esse constat. sed in hanc rem accuratius inquirant alii; ego locos eius modi, qui mihi horum poetarum carmina legenti occurrerunt, in commentariis et in indice primo significavi. denique hoc loco commemorandi sunt Sidonius Apollinaris, qui Ausonium, popularem suum, summis poetis adscribere non dubitavit (cf. epist. IIII 14 ad Polemium: 'nam tuorum pueritiae conparatus non solum Cornelios oratores, sed Ausonios quoque poetas vincere potes') ac compluribus locis Ausonii carmina imitando expressit, Ennodius, cuius in epistulis et carminibus certa quaedam eius imitationis inveniuntur vestigia, Fulgentius, de quo infra accuratius disputabitur [1]).

Saeculis proximis neminem, qui Ausonii mentionem fecerit, compertum habemus praeter grammaticum, qui librum de dubiis nominibus (cf. Keil. Gramm. lat. V 571 sqq.) conscripsit. hunc librum non ante saeculum septimum medium ortum esse ex eo colligitur, quod pp. 582, 19. 588, 14. 589, 30. 593, 5 loci quidam Isidori et Venantii [2])

---

1) Sidonii, Ennodii, Fulgentii locos in commentariis et indice primo commemoravi. ceterum non dubito, quin, si quis accuratius Sidonii epistulas et carmina inspexerit, plures eius modi locos inventurus sit.

2) nulla ego in Venantii carminibus imitationis Ausonii repperi vestigia. sed ut diligentius in eam rem inquiratur, quam maxime opus esse videtur.

commemorantur. ac Gallum fuisse grammaticum illum non sine veri specie coniecit Peiperus l. c. p. 297. is igitur Ausonii exemplo usus est eo, quod nunc habemus, aliquanto integriore; tres enim versus (pp. 579, 3. 582, 27. 589, 6) ex carminibus Ausonianis adtulit, qui in codicibus nostris non leguntur. unde iam pro certo habendum est his temporibus in Gallia in quadam curia canonicorum vel monasterio integrum opusculorum Ausonianorum exemplar fuisse [3]).

IIII.

De codicibus, quibus opuscula Ausoniana continentur

Duo sunt codicum genera, quibus Ausonii opuscula ad nostram memoriam pervenerunt. utroque non omnes Ausonii libelli continentur, sed excerpta ex corpore ampliore. atque in prioris generis codicibus omnibus eadem opuscula leguntur; alterum genus quos continet libellos in compluribus codicibus exhibet dispersos. unde iam patet omnibus demum, quae singuli codices propria ac peculiaria habent, in unum congregatis corpus Ausonianum quodam modo restitui posse.

3) conferas quae de hac re uberius disputavit Peiperus l. c. quae apud Suidam I 866 B. de Ausonio leguntur: Αὐσόνιος σοφιστὴς γεγραφὼς ἐπιστολὰς καὶ ἄλλα τινὰ πρὸς Νόννον aut eius, quo Suidas usus est auctore, aut Suidae ipsius culpa foede sunt corrupta. nihil aliud enim his subesse videtur nisi Αὐσ. σ. γ. ἐπ. πρὸς [Παυλῖνον] Νώλανον καὶ ἄλλα τινά. unde iam adparet eum, qui haec conscripsit, in primis epistularum XXIII. XXIIII. XXV rationem habuisse.

Interciderunt igitur ex opusculis Ausonianis carmina quaedam et fasti, quos tamen in corpus opusculorum receptos esse haud veri simile est. hic locus monere videtur, ut de lapide ad Lupiacum (Loupiac) in loco sexaginta fere milia passuum a Burdigala distante a. MDCCCLXVIII effosso mentionem faciam. quo loco olim villam fuisse marmoris frustis, columnis, pavimentis tessellatis ibi repertis comprobatur (cf. Acad. de Bordeaux, Compte rendu des séances, a. 1868—1869, 20 Août, 12. et 26. Nov. 1868, 27. Mai 1869, Comptes-rendus de l'acad. des inscr. VII. N. S. Iul. et Sept., Rev. epigr. du midi de la France N. 2). leguntur autem in lapide illo haec:



quae in dextra parte adposui frustula post a. 1869 in eodem loco effossa sunt. alterum fortasse cum eis, quae in v. 6 leguntur, ita coniungi potest, ut CVNDAE efficiatur, alterum, quod in summo lapide positum fuisse videtur, num ad hunc titulum pertineat, dubitari potest. R. Dezeimeris, qui in actis academiae Burdigalensis de hoc lapide disputavit, in loco illo ad Lupiacum sito, cum eius natura ac condicio magno opere cum eis conveniat, quae Ausonius XII 2, 21 sqq. rettulit, villulam poetae fuisse suspicatur, Lucaniacum autem apud vicum, qui nunc Saint-Georges de Montagne vocatur. exornavisse autem Ausonium villam suam imaginibus propinquorum et amicorum eisque versus subscripsisse (cf. XI 1, 8). unde iam suspicari licere hunc titulum ad Leontii Lascivi (cf. vv. 1 et 8; XVI 8) imaginem pertinere monometris anapaesticis conscriptum, quos deinde Ausonium in strophae sapphicae formam redegisse. haec igitur Dezeimeris. ac titulum ad Leontium Lascivum referendum esse satis probabile est; ceterae autem coniecturae quam infirmo nitantur fundamento, ipse vides. neque ex hoc fragmento de sententia vel forma carminis certi quicquam constitui potest.

In priore codicum genere, quod littera ω significavi, hi libelli iique hoc ordine leguntur: Duo codicum genera. libri ω

epigrammata 1, 2 (desunt v. 1—5), 3 (deest v. 6), 4, 6, 7, [epit. XVII 30], 8, 41, [de fastis XXII 1, 3, 4], 5, 9, 10, 11, [epit. XVII 34], 12—25, 28, 29, 31—35, [epit. XVII 31], 26, 27, 36, 37, 39, 40, 42—44, 46—48, [epit. XVII 35], [epit. XVII 29], 50 (desunt vv. 3—6), 51—63, 64 (deest v. 6), 65—71, 74—79, 45, 80—95, 38, 96, 97, 30, 98—106

Versus paschales (VIIII)

epistulae VIII, X, XI (post verba 'semel erubescerem', cf. v. 16, insertum est ex Bissula carmen 'Ad lectorem huius libelli' XXV 3), XVIIII, XVIII, XXI, XXII, XV, XVI, XII, XIII, XIIII

monosticha de aerumnis Herculis (XXXIII)

Caesares (XXI 1; 2, 53—76)

epigramma 107

Eglogarum libelli (V) carmen undecimum

epigrammata 108—114

Gratiarum actio (VIII)

Technopaegnion (XXVII 2—11, 13), Griphus (XXVI), Cento nuptialis (XXVIII)

epistulae IIII (desunt vv. 69 et 87) et XX

Precatio matutina (oratio in Ephemeride IIII 3), desunt vv. 8—16

Epicedion (XI 2; omissa est praefatio; desunt vv. 13—16, 19—26, 29—34, 39 et 40, 43)

Protrepticus (XIII; in praefatione omissa sunt verba 'est . . . indicaturo' v. 5, 'in his . . . ut' v. 7, 'ut graciles . . . ut' v. 19; in cod. Vossiano Q 107 praeterea: 'vincto pectore)'

Cupido cruciatus (XXIIII; deest v. 25)

Bissula (XXV), carmine illo ad lectorem excepto, quod epistulae undecimae insertum esse supra diximus.

Hic igitur opusculorum singulorum in omnibus, qui huius generis sunt, codicibus est ordo ac condicio. epigrammata quaedam male cum aliis coniuncta, alia epistulasque quasdam librariorum socordia aut temeritate in duas vel plures adeo partes discissa esse non est quod accuratius hoc loco exponam, cum de his rebus satis dictum sit in commentariis atque in aliis codicibus alia eius modi vitia inveniantur.

Quod si tabulam, quam modo proposuimus, perlustraveris, inesse in hac opusculorum serie iusti ordinis, quo olim disposita erant, vestigia intelleges, sed hunc ordinem ab eo, qui hos libellos ex ampliore opusculorum Ausonianorum corpore decerptos in florilegii modum composuit, multis locis turbatum esse. id quod vel ex epigrammatum libro male disposito et dilacerato, ex epistulis temere coniectis neque in unum consociatis colligitur. quod autem dixi hac sylloge excerpta ex corpore ampliore contineri, id confirmatur eo, quod in illa Oratio sola legitur ex Ephemeride deprompta. nam Orationem iam ante conscriptam Ephemeridi multis annis post compositae insertam esse, id quod suspicatus est Brandesius p. 73, minimam habet veri speciem. immo multo veri similius est precationem illam ex Ephemeride decerptam esse eodem modo, quo carmen illud cum Paulini oratione coniunctum in Parisino 7588 legitur. adde quod Brandesii coniecturae obstat inscriptio Orationis in ω 'Precatio matutina' (in Cantabrigiensi, cf. p. XXIX, 'Oratio matutina'); nam illud 'matutina', nisi id carmen ex Ephemeride depromptum esse statuas, explicari non potest.

Sed iam nos ad singulos libros describendos convertamus, in quibus principem locum tenent Leidensis et Magliabecchianus. codex Leidensis, Vossianus Q 107, quondam Voss. lat. 191, scriptus saeculo XV, chartaceus est, formae quadratae mi- cod. Vossianus Q 107, Tiltanus (*T*)

noris, foliorum LXXXVIII ita dispositorum, ut quiniones quinque excipiat quaternio, hunc duo quiniones sequantur, agmen denique claudat senio. quinionis primi folium primum, quo continebantur epigrammata e. 1, 2 (vv. 6—8). 3. 4. 6. 7, epit. XVII 30, 1—3, intercidit; sed codice integro etiamtum usus est Vinetus, id quod ex scripturis, quas enotavit ille: e. 3, 3 'grandis', 5 'mirantur', e. 4, 7 'fractos] stratos' intellegitur. f. 2—57^{v} continentur Ausonii opuscula eodem, quem supra descripsimus, ordine, nisi quod e. 54 omissum est et post e. 92 repetitum e. 41, ita tamen, ut in v. 3 eadem fere, quae in codice Vossiano 111, legantur 'hec sibi constat'. in Protreptico (XIII 2) post v. 45 alter insertus est noviciae originis 'Perlege quodcunque est memorabile ut tibi prosit'. post E. XIIII haec leguntur: 'Finit epistolarum liber', quae subscriptio quoque in Vatt. 1611 et 3152, Vrbinate 649, Magliabecchiano VII 8, 315, Laurentiano LI 13 legitur. ita tamen, ut 'primus' addatur. tituli paucis tantum epigrammatis (94. 38. 96. 30. 98—114) altera manu, quae eiusdem fere fuit aetatis, adiecti sunt, in ceteris desunt. verba Graeca, quae librarius omiserat spatiis indicatis, manus tertia, quae aliquanto recentior esse videtur[1]), ex parte, ut spatium suppetebat, supplevit, id quod facile cognosces, si f. 4^{v} inspexeris, cuius in margine imo adscriptum est e. 31: non vero supplevit e. 32 et 90 et, quo loco spatium relictum non erat, epistulae XIIII vv. 25—30. excerptis Ausonianis librarius foliis undecim vacuis relictis f. 68^{r}—88^{v} adiecerat 'C. Calphurnii carmen bucolicum'; non multo post autem foliis illis vacuis ita usus est, ut quae in alio codice[2]) reppererat carmina Ausoniana, dico epistulam XXIIII (f. 58^{r}—59^{v} med.) et excerpta ex poemate de urbibus nobilibus (XVIIII) (f. 60^{r}—62^{r}), adiungeret. quibus in describendis litterarum formas, quae erant in codice illo satis antiquo litteris Langobardicis exarato, quodam modo imitari conatus est (cf. Peiper. 198). denique in f. 62^{r}—63^{v} epistulas XII et XIII, quibus spatium non reliquerat, adscripsit.

Hunc codicem eundem esse ac librum Ioannis Tilii, quo in editione sua adornanda usus est Vinetus, ex eo, quod scripturae codicis Tiliani cum Vossiano quam maxime conspirant, suspicatus est Tollius. nec, quin vera sit haec coniectura, dubitare licet. nam si quae discrepantia invenitur, ea inde orta est, quod Vinetus aut neglegentius enotavit Tiliani scripturas, veluti XXII 1, 10, quo loco in Tiliano se legisse testatur 'explicet', in Vossiano est 'applicet', aut cum editionum veterum lectionibus confudit, veluti in inscriptione E. XVIIII 'poematouis' legi in Tiliano dicit, quod sine dubio operarum mendo ortum est ex 'poemation'; at in Vossiano est 'poemat 'poemation' in editionibus quibusdam legitur ex Veneta altera receptum. acceperat autem hunc librum Vinetus a Ioanne Tilio (Du Tillet), qui episcopus fuit Brionensis, post Meldensis. ac Ios. Scaligerum etiam codice illo usum esse eis edocemur, quae leguntur in editione Commeliana, quam curavit Scaliger, Heidelbergae a. MDLXXXVIII in lucem emissa: 'Omnia ex duobus antiquis et pluribus novis exemplaribus recog-

1) ad epigramma LV hac manu adscripta sunt Anth. Pal. XVI 162 et carmen epigrammati 160 adiunctum.

2) fortasse epistula XXIIII et excerpta ex poemate de urbibus nobilibus ex diversis codicibus profecta sunt; cf. Peiper. 199 et ea, quae infra (p. XL) de codice Eustorgiano exposuimus.

nita: quorum veterum exemplarium alterum Io. Tilii Engolismensis, alterum Steph. Charpini Lugdunensis fuit'[3]).

Tiliano adiungamus alterum et ipsum magnae auctoritatis librum, dico codicem, qui nunc in bybliotheca Magliabecchiana, quae est Florentiae, servatur, numeris I 6, 29 insignitus: olim fuit monasterii divi Marci 524[4]). membranaceus est, formae maximae, foliorum 142, olim 160, id quod colligitur ex eis, quae in f. 1^{r} leguntur '289 Carte cLx', saeculo XIIII ut videtur medio scriptus. dispositus est hic liber ita, ut post folium unum praefixum quiniones duodecim excipiant quaternio unus, quiniones duo, quorum alter finitur hoc Technopaegnii versu 'Cinta mari tellus creat Ypocratem Co' (XXVII 11, 6), denique folium unum, in quo Bissula (XXV) legitur, carmine ultimo, distichon dico ad pictorem, omisso. continentur hoc codice f. 1^{r}—116^{v} Ennodii opuscula, f. 117 et 118 Ausonii Caesares (XXI 1; 2, 1—80), qui ex alio fluxerunt codice, denique post tria folia vacua (119—121) Ausonii opuscula eodem quem supra significavimus ordine f. 122—142. interciderunt igitur Technopaegnii versus inde a XXVII 11, 6 et quae secuntur carmina usque ad Bissulam; praeterea quinionis undecimi quattuor folia ultima exscissa sunt ita, ut iam Ennodii opuscula his finiantur verbis: 'Ille nec legem patitur sepulcri nec mala vite' (p. 405, 16 sq. H.) et quaternionis, qui eum excipit, tria inde a primo ita, ut nunc f. 117, in quo Caesares scriptos esse diximus, primum locum obtineat. quibus in foliis post Ennodii quaedam Mosellam et epistulam Symmachi (XVIII 1) scripta fuisse ex eis, quae mox expositurі sumus, intellegetur. in f. 122^{r} haec leguntur 'Quod compertum est ex libro magni Ausonii poete sequitur', et f. 142^{v} 'De hoc opere corrupto ut plurimum nil ulterius reperi (*m*^{2} repperi) et ideo explicit', quibus manu saeculi XVI haec adiecta sunt 'Opus corruptum est et desunt multa fragmenta Τεμεισφαρεμπατηκωσμε...' (litterae ultimae plane obscurae). verba Graeca in hoc codice leguntur omnia; deest e. 83. cod. Magliabecchianus I 6, 29 (*M*)

Dolendum profecto esset huius codicis et vetustioris et boni partem interiisse, nisi praesto esset alter, quo haec iactura quodam modo compensetur, dico Laurentianum, pl. LI c. XIII (cf. Bandini. II 151), membr., Mediceorum insignibus in fronte ornatum, formae maximae, foll. 201. qui liber a quo et quo anno scriptus sit, intellegitur ex eis, quae subscriptioni ex Magliabecchiano repetitae adiecta sunt 'Alexander Verrazanus MCCCCLXXXX'. continentur hoc libro f. 1—150 Martianus Capella, f. 151 sqq. Ausonii Mosella, versu ultimo omisso (inscribitur 'Incipit fragmentum Ausonii poetae', subscriptum 'Explicit Moysella Ausonii'), epistula Symmachi (XVIII 1), Caesares (XXI 1; 2, 1—80), denique Ausonii opuscula. verba Graeca omissa sunt spatiis indicatis. is igitur codex descriptus est ex Magliabecchiano etiamtum integro, id quod facile intellegitur vel subscriptione vel folio aliquo collatis. unde iam patet maxime commendari eam coniecturam, quam supra proposui, in Magliabecchiano olim ante Caesares Mosellam et Symmachi epistulam fuisse. ac confirmatur ea res codice Harleiano 2578, chart., formae quadratae maioris, foll. 301, saec. XV exeunte scripto. cod. Laurentianus LI 13 (*L*)

cod. Harleianus 2578 (*h*^{2})

3) cf. C. O. Axt, Quaestiones Ausonianae, Lipsiae 1873 p. 12.

4) cf. Montfaucon. bibl. 424 D. in folio praefixo haec leguntur: 'Iste liber est conuentus sc. marie de florentia ordinis praedicatorum quem huic a cosmo de medicis'.

cuius libri quamquam accuratam habeo descriptionem ab Henrico filio confectam, tamen quae continentur eo quam brevissime indicabo. post varia opera, ex quibus 'Calphurnii bucolica' (cum rerum indice f. 25^{r}—57^{r}) commemoro[5]), secuntur f. 169—177^{r} indices rerum et verborum ad Ausonium, f. 177^{v}—182 index carminum Ausonianorum, cuius in fine haec sunt adiecta 'Finiunt ea Ausonii fragmenta, quae inuid^{i}a cuncta corrodens uetustas ad manus meas uenire permisit', f. 183^{v}—248^{v} Ausonii opuscula (inscripta 'Ausonii paeonii poetae disertissimi epigrammatum liber primus dimidiatus. Prohemium', subscriptum 'Hec sunt ea ausonii fragmenta quae sunt scripta in codicibus impressis. quibus apposui alia quedam eiusdem quae leguntur in uetusto codice ex bibliotheca diui marci florentiae'), f. 249—260 Mosella, Symmachi epistula, Caesares (XXI 1; 2, 1—80), quibus addidit librarius ea quae supra scripserat 'Finiunt . . . permisit' repetita et adscripsit 'opus imperfectum', denique f. 261 sqq. Probae Faltoniae Cento et Gregorii Tiferni poetae illustris opuscula. iam ex hac descriptione et scripturis, quas ex Harleiano in commentariis ad Gratiarum actionem proposui, facile intellegitur excerpta Ausoniana descripta esse ex editione principe. sed in margine haud raro lectiones litteris 'al.' significatae inveniuntur, quae fere omnes ex eodem Magliabecchiano depromptae sunt, ex quo Mosellam, Symmachi epistulam, Caesares se descripsisse librarius ipse indicavit. verum apographum Harleianum in his opusculis nequaquam bonitate par est Laurentiano; multae enim in Mosella et Caesaribus sunt lacunae, quas inde ortas esse adparet, quod librarius haud versatus in codicibus legendis Magliabecchiani scripturam, quamquam nullas ea legenti difficultates parat, non intellexit.

Hoc loco simul de quattuor exponam codicibus, quibus ex Ausonii Caesaribus monosticha et tetrastichorum vv. 1—81 continentur, dico Laurentianos duos 64, 9, saec. XIIII, in quo leguntur Sidonii Apollinaris carmina, 89, inf. 8, Neapolitanum musei publ. CXXV (Ianelli; IIII C 25), denique Glasgoviensem mus. Hunter. V 3, 11, qui saeculo quinto decimo exarati (in Laurent. 89, inf. 8 adscriptum est 'θεῷ δόξα 3. Ianuarii 1457', in Neapolitano 'θῶ δόξα XI. Martii 1466') Suetonii Caesares continent. inscriptiones hae sunt: in Laurentianis: 'Sydonii uersus in principio libri. Isti uersus al. leguntur Decimi Magni Ausonii Musellae' (in Laur. 64, 9 verba 'in principio . . . Musellae' manu altera adiecta sunt), in Neapolitano: 'Sydonii uersus in principio libri. alii dn̄t Decimi Magni Ausonii Musellae', in Glasgoviensi denique: 'Suetonii uersus. in principio libri aliter leguntur. Decimi magni Ausonii musillae'. hi igitur libri, de quibus post accuratius exponam, ex eodem exemplari, quo Caesares in Magliabecchiano, profecti sunt.

Vossianum, Magliabecchianum, Laurentianos 51, 13. 64, 9 ipse excussi, ex Harleiano Gratiarum actionem contulit I. H. Nolte, quaedam enotavit Henricus filius, qui simul Neapolitanum et Glasgoviensem inspexit; Laurentiani 89, inf. 8 collationem H. Vitellii debeo beneficio.

Iam ad ceteros huius generis codices, qui omnes saeculi quinti decimi sunt, enumerandos ac breviter describendos adgrediar. sunt autem hi:

5) cf. Baehrens. Poet. lat. min. III 65 sq.

codex Patavinus, qui extat in ecclesiae cathedralis Patavinae bybliotheca, chart., formae maximae, foll. 33, insignitus numero C 64. duo in hoc libro consociati sunt codices, quos olim disiunctos fuisse ex eis, quae I. P. Thomasinus Bibl. Pat. f. 8 col. 2 et Iustus Fontaninus Hist. lit. Aquilei. l. I c. III p. 49 rettulerunt, intellegitur. atque altero, qui nunc complectitur f. 1—6, continentur Maximiani elegiae, quae inscribuntur 'Maximiani poetae illustris opusculum de eius Vita et Senectute', altero, f. 7r—26r, Ausonii opuscula, quae secuntur paginae undecim vacuae. excerptis illis neque inscriptio ulla adiecta est (manu demum recentioris aetatis in f. 7r adscriptum est 'Ausonius' alteraque manu 'Opera') neque subscriptio. quamquam autem hic liber ex duobus codicibus consociatus est, tamen, quin uterque ab eodem librario scriptus sit, omnino dubitari non potest. ad eundem teste Morellio, qui indicem huius bybliothecae confecit, referendi sunt codices C 74. 75. 77, D 43. ac libros C 74 et 75 exaravisse Petrum Baroccium intellegitur ex eis, quae ille in fine eorum adscripsit 'ego petrus baroccius patritius uenetus incoepi . . . absolui', adiectis simul dierum, quibus usus erat in his libris conscribendis, numeris et in codice 74 anno, qui fuit MCCCCLXVIIII. natus is Venetiis a. MCCCCXXXXI episcopus creatus est Belunensis a. MCCCCLXVIIII, deinde Patavinus a. MCCCCLXXXXVII, quo munere cum per viginti fere annos egregie functus esset, obiit a. MDVII ineunte (cf. P. Bembi Hist. Ven. l. VII). descripsit hunc codicem accuratissime F. Corradini, professor Patavinus, atque in usum meum contulit verba Graeca, quae in hoc codice leguntur omnia, et Gratiarum actionem. praeterea Th. Mommsen scripturas in epigrammatis aliquot, in Precatione matutina, denique in epistulis IIII. XVI. XXII enotavit. cod. Patavinus bybl. eccl. cath. C 64 (*p*).

codex Perusinus bybliothecae publicae J 102 (n. 15922), chart., formae oblongae; foll. 143. fuit olim, id quod ex inscriptione in f. 1r intellegitur, monasterii S. Petri Perusini, signatus numero 124. quam rem insuper sua manu testatus est Simon Franciscus, notarius monasterii sancti Petri, cui is liber obvenerat ex testamento Francisci Maturantii. continentur eo f. 1r—52r Ausonii opuscula, quorum in fronte haec scripta sunt: 'Ausonii burdigalae Sassatis Medici ac poetae praeceptoris Gratiani Imperatoris Epigrammata et Epistolae non nullae incipiunt', in fine 'τέλοσ σὺν τῷ θεῷ ὑπὸ νεανίσκου τινὸς (νεανίσκου τινὸς in ras. manu alia; deletum est sine dubio scribae nomen) περουσίνου γραφέντος ἐν τῇ ὀυϊκεντία: — Finiunt ea Ausonii Fragmenta quae inuida cuncta corrodens uetustas ad manus nostras uenire permisit'. Ausonium excipiunt Prudentius, Serenus Sammonicus, alia. in margine manu eadem nonnumquam coniecturae adspersae sunt. post f. 5 intercidit unum folium, quo continebantur e. XVIIII vv. 4—12, e. XX—XXIII, XXIIII vv. 1—10; in e. 2 v. 5 'Est iocus in nostris, sunt seria multa libellis' manu recentiori adiectus est. verba Graeca hoc codice continentur omnia. accurate eum descripsit G. Loewe et praeter Graeca contulit Gratiarum actionem. cod. Perusinus J 102 (*p*²)

codex Regius bybliothecae musei Britannici, Kings-Ms. 31, membr., foll. 52. continentur eo sola Ausonii opuscula. in fronte libri haec leguntur 'Ausonii Poetae Disertissimi Liber Foeliciter Incipit', in fine 'ΔΟξΑ Hyadrę Die XXII Martii 1475. Compleui'. ex Graecis desunt E. XII vv. 30—45, E. XIII, E. XIIII 25—33. de- cod. regius, mus. Brit. Kings-Ms. 31 (*k*)

scripsit hunc codicem I. H. Nolte atque epigrammata quaedam et Gratiarum actionem contulit. Graeca examinavit E. M. Thompson.

cod. Ashburnhamensis (Libri, 1732)

codex Ashburnhamensis, membr., formae quadratae, foll. 56. fuit quondam in amplo codicum thesauro, quem famosus ille Librius possedit, signatus num. 1732. qui codices magno pretio coempti in bybliothecam Ashburnhamensem illati sunt. unde autem Librius hunc codicem comparaverit, haud difficile colligitur. etenim in Maffei libro, quem ille inscripsit 'Indice delli libri, che si ritrovano nella raccolta del nobil. sgr. Giulio Saibante, patrizio Veronese'. Veronae a. MDCCXXXIIII in lucem edito p. 191 inter alios libros manu scriptos commemoratur Ausonii codex, quem Maffeus his verbis descripsit: 'Ausonii fragmenta omnia, quae ad nos pervenere, membr. saec. XIIII formae quartae'. cum igitur libri Saibantini a. MDCCCXXXIII Parisiis auctione publice constituta venierint ita, ut codices quidam in bybliothecam musei Britannici inferrentur[6], maior autem pars in Librii, de quo supra diximus, manus perveniret, iam inde suspicari licet codicem Saibantinum et Ashburnhamensem, qui et ipse membranaceus est ac formae quadratae, unum eundemque esse. ac confirmatur haec res eo, quod in Ashburnhamensi Ausonianis haec sunt subscripta: 'Expliciunt ea Ausonii fragmenta, quae inuida cuncta corrodens uetustas ad manus nostras uenire permisit'. verba Graeca, quae in hoc codice omiserat librarius spatiis indicatis, suppleta sunt manu altera paulo recentiore. subscriptioni illi, quam supra commemoravi, manu saec. XVI adiecta sunt excerpta eadem ex carmine de urbibus nobilibus (XVIIII), quae in Tiliano leguntur. descriptionem huius codicis eo tempore, quo iam maior huius editionis pars typis expressa erat, mecum communicavit Aem. Baehrens intercedente L. Mendelssohnio, qui simul scripturas quasdam ex Gratiarum actione et epistula XII enotavit, unde iam pro certo adfirmare licet Ashburnhamensem ex editione principe descriptum non esse.

cod. Vaticanus 3152 (r²)

Vaticanus 3152, chart., formae oblongae, foll. 81. continentur hoc codice: f. 1—18 Titi Calphurnii Siculi carmen bucolicum, 19—22 Celii Cipriani episcopi carthaginensis versus (carmina V et VI H.), 23—25 Lactantii Firmiani de ortu et obitu Foenicis carmen elegantissimum, denique post quinque folia vacua (26—30) f. 31—81 excerpta ex Ausonio (inscribuntur: 'Ausonii Ponponii Liber Primus incipit feliciter': subscriptum post ultimum Bissulae carmen (XXV 7) 'Explicit liber ausonii protreptici Pom') [7]. ex Graecis omissa sunt E. XII 14—45, E. XIII, E. XIIII 25—33. manus altera bono codice qualis est Magliabecchianus usa in margine adiecit titulos et scripturas nonnullas atque in textu ipso quaedam correxit. maiorem huius libri partem ipse contuli, locos quosdam inspexit G. Meyncke.

cod. Vaticanus 1611 (r)

Vaticanus 1611, chart., formae quadratae minoris, foll. 220. insunt Propertius, Tibullus, denique f. 151 sqq. Ausonii opuscula (inscribuntur: 'Ausonii poetae uiri consularis epigrammatum et aepistolarum fragmenta': in fine subscriptio adiecta non est), quibus manus recentior epitaphia quaedam, Angeli, Aemilii, Porcii adscripsit. Graeca omissa sunt spatiis relictis. in e. 4 omissi sunt vv. 7 et 8: deest e. 83: non desunt

6) cf. Mon. Germ. St. Langob. p. 41 adn. 2.

7) quae Peiperus 201 de epigrammatis 13. 30. 43. 60. Caes. (XXI) 2, 53—76 omissis dicit, falsa sunt.

e. 108 et carmen XVII 35 (cf. Peiper. 202). ceterum turbatus est epigrammatum ordo foliis quibusdam transpositis, quod vitium ipse librarius in marginibus foll. 151^{v}, 154^{r}, 155^{v} correxit. ipse contuli.

codex Vrbinas 649, membr., formae maximae, foll. 176. continentur eo f. 1—70^{r} Statii Silvae, 71—123^{r} Ausonii opuscula, quorum in fronte haec leguntur 'Ausonii Poetae Liber primus incipit', in fine non est subscriptio, denique f. 123^{v} Sidonius Apollinaris. Graeca desunt spatiis plerumque indicatis. inspexit A. Mau[8]). Vrbinati iam adiungam fratres eius gemellos duos, dico Barberinum 1472 (VIIII 19), membr., formae oblongae maioris, nitidissime scriptum, quo sola excerpta ex Ausonio continentur (in folio primo haec scripta sunt: 'Ausonii Peonii poetae disertissimi Epigrammaton liber primus', in fine non est subscriptio; ipse inspexi) et Magliabecchianum alterum VII 8, 315, membr., formae oblongae maioris, foll. 135. insunt f. 1—60^{r} Ausonii opuscula hac inscriptione adiecta 'Caii Solii Sidonii Apollinaris Panagiricorum liber incipit', 60^{r}—62^{r} index in carmina Ausonii manu saec. XVII confectus et inscriptus 'C. Solii Sidonii Apollinaris Panagiricorum Index', denique f. 63 et 64^{r} vacuis relictis f. 64^{v} index in Sidonium eadem manu exaratus et sic inscriptus 'Index Poematum Ausonii' et f. 65^{r} sqq. Ausonii opuscula his in fronte adiectis: 'Ausonii Poetae Liber Foeliciter Incipit'. ipse quaedam ex eo contuli, alia excussit H. Morf, nunc professor Bernensis. hi igitur codices cum Vrbinate ita conspirant, ut facile appareat omnes ex eodem libro descriptos esse.

cod. Vrbinas 649 (*u*)

cod. Barberinus 1472 (VIIII 19) (*b*)

cod. Magliabecchianus VII 8, 315 (*m*)

codex Laurentianus pl. XXXIII c. XVIIII, chart., formae oblongae, foll. 60; sola Ausonii opuscula continet. titulos librarius omisit omnes spatiis indicatis minio postea supplendos; eodem modo Graeca omissa sunt. desunt e. 78. 83, e. 4 vv. 7 et 8, e. 22 vv. 5 et 6, e. 68 vv. 7 et 8. is qui hunc codicem conscripsit vetustum scribendi genus adfectavit: plurimis enim locis 'quom', 'quoi' quaeque sunt similia intulit simulque ineptissimis commentis textum inquinavit. ipse contuli hunc librum, locos quosdam a me rogatus iterum inspexit H. Vitelli[9]).

cod. Laurentianus XXXIII 19 (*l*)

8) praeter hos codices et Vrbinatem lat. 45 (p. XLIII) et Reginenses, de quibus post dicemus, in bybliotheca Vaticana omnino non repperi Ausoniana, nisi quod in Vaticanis 1909. 1911. 3683, qui omnes sunt saec. XVI, leguntur monosticha de Caesaribus.

9) hunc codicem contulisse Nicolaum (non Danielem, id quod opinatur Peiperus p. 203) Heinsium exemplari editionis Charpinianae, quo in ea re usus est, edocemur. quod exemplar nunc in bybliotheca Leidensi extat, numeris 758 F 11 signatum. contulit autem Heinsius epigrammatum partem maximam; deinde cum intellexisset Laurentianum nullius omnino pretii esse, libri totius excutiendi consilium abiecit. quod autem Peiperus dicit Heinsium epigrammata festinanter contulisse, id collatione illa accuratius perlustrata nequaquam comprobatur. immo bene plerumque eum officio suo functum esse adfirmo. nam si e. 30 deesse dixit, id facile explicatur eo, quod id carmen in codd. ω nonum demum inde ab ultimo, quod est ante Versus paschales, locum obtinet. neque e. 25 et 45, sed inscriptiones tantum eorum deesse significavit. denique his locis, quos notavit Peiperus l. c. adn. 21, Heinsium recte codicis scripturas indicavisse testor ita, ut non meis solum, sed etiam H. Vitellii oculis fidem habeam: e. 27, 3 'dissimulabo', e. 54, 3 'Hos', quod quidem extat in codice, sed tam ambigue scriptum, ut facile 'Nos', quod legit ille, elicias, 60, 2 'abstulit', 62, 1 'Hacdum ... vesperas' (sed non animadvertit Heinsius scriptum fuisse 'Necdum' idque m. alt. mutatum in 'acdum' et H adiectum esse), 69, 4 'auspicium', 70, 1 'extremo', 71, 6 'missu', 87, 1 'castus'. quamquam non nego nonnumquam erravisse Heinsium, veluti 1, 8, ubi legitur '*umnosque' littera c erasa, ex quo fecit ille 'vinnosque'. sed de Heinsii in codicibus conferendis fide ac diligentia haec sufficiant. — hoc loco repetam id, quod Politianus in Miscellaneorum capite XXXVIIII tradidit, in bybliotheca sancti spiritus Florentiae ipsius aetate servatum esse Ausonii codicem a Ioanne Bocatio exaratum.

editio princeps (*E*)

His codicibus iam adiungam editionem principem, quae prodiit Venetiis a. MCCCCLXXII, curata a Bartholomaeo Girardino[10]). continentur ea: f. 1^{r}—5^{v} praefatiuncula ac tabula eorum, quae in hoc libro leguntur, f. 6^{r}—49^{r} Ausonii opuscula, f. 50^{r}—56^{v} 'Publii Ouidii Nasonis poetae Consolatio ad Liuiam Augustam de morte Drusii', f. 57^{r}—68^{r} 'Probae Centonae Clariss. feminae excerptum e Maronis carminibus ad testimonium ueteris nouique testamenti opusculum', f. 68^{r}—83^{r} 'Titi Calphurnii poetae Siculi bucolicum carmen', denique f. 84^{r}—99^{r} 'Publii Graegorii Tiferni poetae illustris carmina'. Ausonii carmina in tabula inscribuntur: 'Ausonii Peonii poetae lepidiss. atque festiui epigrammatῶν dimidiatus liber', f. 6^{r} 'Ausonii peonii poetae disertissimi epigrammatῶν liber primus'. f. 49^{v} haec subscripta sunt: 'Expliciunt ea Ausonii fragmenta: Quae inuidia (in tabula f. 3^{v}, ubi haec eadem leguntur, impressum est 'inuida') cuncta corrodens ad manus nostras uenire permisit. τέλος. B. G.'. Graeca extant in hac editione, nisi quod in E. XII verba quaedam atque eadem sunt omissa quae in Tiliano. post e. 92 repetitum est e. 41 eodem modo, quo in Tiliano; denique post XIII 2, 45 idem qui in Tiliano versus legitur 'Perlege quodcunque est memorabile ut tibi prosit'. ipse contuli.

cod. Escorialensis III S 25 (*ε*)

Cum editione principe conspirat quam maxime codex Escorialensis III S 25, membr., formae oblongae, foll. 85, cuius in folio primo haec scripta sunt 'D. D. A. Romae die Iu. a. 1625'. continentur eo sola Ausonii opuscula, quorum in fronte haec leguntur 'Ausonii peonii poete disertissimi liber primus incipit', in fine eadem quae in editione principe est subscriptio. tanta autem inter hunc librum et editionem illam intercedit similitudo[11]), ut facile suspicari possis eum ex Veneta descriptum esse. sed adversatur id, quod post e. 92 non legitur e. 41 repetitum; accedunt scripturae quaedam discrepantes in Gratiarum actione. unde iam colligitur hunc codicem et Venetam ex eodem libro fluxisse. Graeca desunt omnia spatiis quae sufficiunt relictis. descripsit hunc librum accurate et quasdam scripturas enotavit Adalberto et Ottone Kelleris intercedentibus Hermannus Knust, Gratiarum actionem contulit G. Loewe.

Restat, ut de duobus libris breviter mentionem faciam, dico Ravennatem 134 H 2, ex duobus codicibus consociatum, quorum altero praeter alios libellos Ausonii opuscula et Publii Gregorii Tiferni carmina continentur, ex editione Veneta descriptum (inspexit eum a me rogatus C. de Holzinger) et Valentianum, qui Valentiae extat in bybliotheca publica, numero 146 insignitus. saeculi XV eum esse G. Loewe me edocuit catalogo codicum Valentianorum, qui in bybliotheca publica Matritensi extat, inspecto.

Codices excerptorum. Parisinus 18275 (*p*^{3})

Corpus illud opusculorum Ausonianorum, quod in codicibus *ω* legitur, iam saeculo tertio decimo delectu facto in epitomen coactum esse edocemur codice Parisino, numero 18275 signato, saec. XIII, membr., formae oblongae, foll. 56. insunt praeter alia, veluti Fulgentium et Martialis Xenia[12]), f. 55^{r}—56^{r} excerpta ex Ausonio, quae

10) accuratius hanc editionem descripsit Peiperus 195.

11) post XIII 2, 45 idem qui in Veneta versus legitur.

12) accuratius descripsit hunc librum Peiperus 275. carmen quod legitur f. 56^{a} 'Cerula quae . . . piper' Martialis est, XIII 5.

secuntur excerpta ex Martialis epigrammatis (I 4; 8 vv. 5 sq.; 9; 15 vv. 11 sq.; 18; 19; 23; 26 vv. 1 sq.; IIII 12; III 88; 89; I 34, 1—8; 37; 56; 57 vv. 1 sq.; III 79; 80; 85; 86 vv. 1 sq.; I 65; 73; 91; 110; 112; II 9; 12; 25; 40 vv. 1 sq., 7 sq.; 87; III 1—3). florilegium Ausonianum, quod inscribitur 'In Ausonio', haec continet: e. 7; e. 8, vv. 7 sq. (adscriptum 'contra nimis elatos'); e. 9, 11, epit. XVII 34, e. 12, 18, 21, 34, epit. XVII 31, vv. 7—10, epit. XVII 29, vv. 1 sq., e. 68, 45, 82—86, 93—95, E. XIIII 23 sq., 'monostica de erumnis Herculis' (XXXIII), monosticha de Caesaribus (XXI 1), Protreptici (XIII 2) vv. 1—7. 26—28, Precationis matutinae (IIII 3) vv. 59—78 et 58, 'monostica de temporibus' (V 11). conspirant haec excerpta plerumque cum Magliabecchiano. contulit ea A. Schoene, codicem diligentissime descripsit A. Kunz.

Parisino quattuor addo codices, in quibus similis inest carminum delectus, ita in scripturis consentientes, ut eos ex exemplari, quod cognatione quadam coniunctum erat cum Magliabecchiano et Regio, fluxisse intellegas. quamquam non idem omnibus pretium statuendum est; nam meliores sunt sine dubio Gudianus et Barberinus duobus reliquis, Barberinus autem superat Gudianum, qui si non eodem modo ut reliqui tamen certe mendis haud paucis est inquinatus. sunt autem hi:

cod. Barberinus 815 (VIIII 4) (b^2)

cod. Barberinus 815 (VIIII 4), chart., formae quadratae, ex duobus codicibus consociatus; continentur enim eo f. 1—10 Statii Thebaidos libri V saec. XIIII scripti, f. 19^r—30^r excerpta ex Ausonio manu saec. XVI exarata hoc ordine: Cento nuptialis (XXVIII), Bissula (XXV 1, 2, 4—7), Griphus (XXVI), e. 1, 2 vv. 6—8, 3, 4, 6, 7, epit. XVII 30, e. 8, epigr. de fastis XXII 1, 3, 4, e. 5, 9, 11, 12, 16—19, epit. XVII 34, e. 41, 40, 42—44, 46—48, 51, 34, 52, 53—63, 30, 10, 102, 100, 101, 98, 99, 103—106, 67, 68, 21, 39, 93, 45, 80, 82. conspirat plerumque cum Magliabecchiano.

Guelferbytani August. 10, 9 (g) et Gud. 145 (g^2)

Guelferbytani duo, Augustanus 10, 9 et Gudianus 145, chartacei, formae quadratae, saec. XV, alter foll. 58, alter foll. 11. eadem utroque excerpta ex Ausonio continentur: e. 4, 6, 7, epit. XVII 30, e. 8, 41, de fastis XXI 1, e. 9, 10, epit. XVII 34, e. 12, 18, 19, 39, 51, 52, 65—67, 78, 81, 21, 82—84, 88, E. X, Bissulae (XXV) carmina 6 et 7, Cupido cruciatus (XXIIII), Cento nuptialis (XXVIII). Augustanus, qui praeter Ausoniana Martialis epigrammata quaedam et Priapea et poetarum recentiorum Italorum poemata vernacula continet, Ausoniana exhibet f. 36^r—46^v, sic inscripta 'Ausonij Theomii ex opere fragmentum'; in f. ultimo eadem, quae in libri Vorauensis n. 111 saec. XIII florilegio (cf. Wattenbach. N. A. II 403, Melet. Vind. II 299) f. 51^r leguntur, scripta sunt epigrammata, 86 et 85, ita, ut alteri 'Ausonius', alteri 'Idem' praefixum sit. in Gudiano, qui sola excerpta exhibet, haec inscriptio extat: 'Hec sunt carmina quae reperiuntur de omni opere Ausonij Theonij', in fine haec subscriptio: 'Explicit. Am̄ Iadrę VIIII° kł Augusti 1445. ego Baptista dedus Feltreñ dum cancellarius essem M^r. capitañ Iadrę transscripsi'. in f. 11^r m. alt. scripta est egloga de ambiguitate vitae eligendae (XXVIIII). conspirant hi codices plerumque cum Regio (cf. Brandes. Quaest. Aus. 9, adn. 6, Peiper. 276).

cod. S. Marci App. cl. XII s. (α)

cod. S. Marci App. cl. XII cod. 8, chart., formae oblongae, saec. XV exeunte scriptus. exhibet inter alia f. 93^r—99^r excerpta ex Ausonio, sic inscripta: 'Ausonii Theonii poete prestantissimi carmina ex omni opere suo deflorati': e. 4, epit. XVII 30, e. 8, 41, de fastis XXII 1, e. 9, 10, epit. XVII 34, e. 12, 6, 18, 19, 39, 51,

52, 66, 7, 65, 67, 80, 81, 78, 21, 82, 83, 84, 88, Bissulae (XXV) carmina 6 et 7, e. 40, E. X, excerpta ex praefatione Centonis nuptialis (XXVIII 1), e. 85, 86, 53, 55, 80, 100—102, 71, 103, 105, 104, 106, 45. scripturae consentiunt cum eis, quae in Guelferbytanis leguntur, quamquam multis mendis inquinatae sunt ac nonnumquam temere immutatae. quattuor hos codices ipse contuli[13]).

Iam si quaeris, quae sit singulorum quos modo recensui librorum condicio atque auctoritas, id pro certo constitui potest eos, quamquam ex uno eodemque codice non ita antiquo (eaedem enim in omnibus inveniuntur lacunae, veluti in Precatione, Epicedio, Protreptici praefatione, Cupidine cruciato, cf. v. 25, e. 50)[14]) fluxerunt, tamen hoc ordine collocandos esse. primum sibi sine dubio vindicat locum Tilianus, quamquam non est liber mendis atque adeo librariorum commentis temere illatis. hunc igitur potissimum in scriptura constituenda ducem sequamur oportet.

---

13) hoc loco breviter commemorabo codices quosdam, in quibus singula Ausonii carmina leguntur ex libris, qui ad hoc genus referendi sunt, desumpta: Bernensem 211 saec. XV exeuntis, qui f. 155^{r} exhibet e. 10 'Echo ad pictorem' (consentit cum Magliabecchiano et Regio, cf. v. 8 'Si quam'), Monacensem cl. 7471 saec. XV vel XVI, cuius in f. 62^{v} legitur XVII 29 'Ausonius de Cynico diogene', Ambrosianum E. 74 sup., cuius in integumento ipso haec adscripsit manus saec. XVI potius quam XV: e. 56 et 57 in unum carmen coniuncta ('in Buculam Myronis'), e. 9 vv. 1—4. 7 et 8 ('in uxorem moecham zelotypam'), e. 21 ('idem in avarum'), Barberinum 2127 (VIII 42), saec. XVI, qui f. 226^{r} habet 'Ausonii uersus supra duodecim Caesares', (XXI 1), f. 307^{v} e. 85 et 86, f. 318^{v} V 11 (inscriptum 'Ausonii Peonii'), denique Laurentianum LXXXI 42, saec. XVI, in quo f. 42^{r} haec extant sic inscripta 'Ausonii poete uenustissimi epigrammata': e. 56, 40, 4 vv. 1—4 (v. 4 'armiferos'), 7 (v. 1 'uulnus', non 'letum', v. 2 'habent' non 'agunt'), f. 48^{v} e. 39 ('Epigramma ausonii poetae'), 17 ('Idem'; v. 4 'Tanta sibi est nostra'), e. 52 (v. 1 'Uenerem uidit Saturnia Pallas', 2 'Et certemus', 3 'quid me temeraria spernis', 4 'tempore inermis eram'), e. 21 (v. 2 'deponīt', in mg. 'deposuit'), unde quanta fuerit librariorum licentia et temeritas, facile intellegitur. Bernensem contulit G. Rettig, Monacensem C. Halm, Ambrosianum Th. Mommsen, ceteros ipse inspexi.

Ex codicibus impressis fluxerunt:

Ambrosianus P 83 sup. (*a*)

Ambrosianus P 83 sup. chart., saec. XVI, in quo inter varia Marulli, Politiani, Strozzii, Campani quaedam Ausonii leguntur hac inscriptione 'Ausonio' adiecta: e. 11, 41, 10, 20, 28, 32, 42, 43, 47, 48, 50, 54—58, A. V 27—29, e. 59—63, 67, 70, 30, 98—101, A. V 2, 21, 22, 8, 23, 25, e. 25—27, carmen de urbibus nobilibus (XVIIII), e. 22, 23, 3, 7, epit. XVII 30, 34, 31, 35, e. 12, 36, 53, 80, 81, E. XVIII 14—24. descriptus est ex editione Aldina.

Parisinus 8284 (*p*^{1})

Parisinus 8284, olim Telleriano-Remensis 168, membr., saec. XVI, foll. 25. continentur eo f. 1^{r}—19^{v} Martialis epigrammata quaedam, f. 20^{r}—24^{r} excerpta ex Ausonio: XXVIII 3 (inde a v. 7), e. 8, 9, 10, epit. XVII 34, e. 12, 13, 16, 18, 21, 36, 50, 53, 55, 56, 81, 80, 85, 86, 100, 101, A. V 34, 5, 6, 14, 9. secuntur carmina quaedam poetarum Gallorum, quae Francisci primi, Galliae regis, aetate conscripta sunt. ex eodem quo Ambrosianus fonte fluxisse videtur. utrumque ipse excussi.

Basiliensis F. VIIII 62, chart., saec. XVI, quo continentur excerpta ex variis scriptoribus Latinis et Graecis. f. 50—60 leguntur Ausoniana. descriptum eum esse ex editione Basiliensi suspicatus est L. Sieberus, bybliothecae Basiliensis praefectus, id quod, cum codicem ipsum inspexissem a Siebero summa cum liberalitate ad me transmissum, facile intellexi, in primis ex eo, quod E. X 41 legitur καθενόπλια, quae scriptura in Basiliensi sola invenitur.

his adiungam orationis in Ephemeride (IIII 3) exemplaria in tribus codicibus: Ambrosiano F 36 sup. chart. saec. XVI f. 81^{r}, Vratislaviensi IIII F 36 chart. saec. XV f. 102, Reginensi 29 chart. saec. XVI f. 261^{v}. quae apographa omnia ex libro impresso (cf. v. 58 'huic') fluxerunt. sed non eadem res est in Marciano App. cl. XIIII 230, chart., saec. XVI (hunc codicem constituit I. Morellius singulis libellis in unum corpus consociatis a. MDCCLXXXI), ubi f. 1^{r} oratio legitur. nam v. 41 ille cum Laurentiano LI, 13 exhibet 'aera', 47 'mixteque', 79 'nec' cum *T*. Ambrosianum et Marcianum ipse contuli, Reginensem G. Meyncke, Vratislaviensem M. Hertz excusserunt.

14) cum in E. VIII ultimus versus excidisset, librarius quidam lacunam explevit versu E. XV 37 accito, ita tamen, ut 'parvola' in 'vel vola' mutaret. qui versus nunc in omnibus libris, qui sunt generis *ω*, legitur.

secundum locum tenet Magliabecchianus, quocum arta necessitudine coniunctus est Regius. qui codices quamquam propria habent ac peculiaria quaedam bona, tamen inferiores sunt Tiliano. ceteri mixtum quoddam scripturae genus exhibent ita, ut modo cum Tiliano, modo cum Magliabecchiano faciant. ad Tilianum propius accedunt, ut iam siglis quae supra proposui utar, p^2eE Ashburnhamensis; reliquos $blmpuvv^2$ ex communi fonte profectos esse eo, quod eaedem in omnibus extant lacunae (veluti, ut unum exemplum proponam, in Gratiarum actionis cap. I vv. 4—7 verba 'verum . . . ago' omissa sunt), facile colligitur. horum igitur in re critica perexiguus est usus.

Cantabrigiensis bybl. univ. Kk. V 34 (*C*)

Diximus codices ω omnes ex uno eodemque libro non ita antiquo derivatos esse. quae res satis comprobatur eis, quae iam de codice Cantabrigiensi bybl. univ. Kk. V 34 (2076) exponemus. membranaceus is est, formae quadratae maioris, foll. 47, saeculi noni vel decimi. descriptus est accuratius in catalogo mss. univ. Cant. III 703 sqq. (cf. Mus. Rhen. I 135 [F. Ritschelii opusc. III 840 sq.], M. Hauptii opusc. II 27, O. Ribbeckii App. Verg. p. 35, Munronis Aetnae edit. p. 29, Zangemeister. Sitzungsb. der Wiener Akad. LXXXIIII 550). continet f. 1^r—3^v Orationem (IIII 3) et f. 3^v—6^v haec Technopaegnii (XXVII) capita: 9, vv. 19 sqq.; 10; 11; 13; 3; 4 (omissa praefatiuncula); 5—8; 9 vv. 1—18. quod si scripturas huius libri cum eis, quae in ω leguntur, contuleris, facile intelleges Cantabrigiensem ad idem codicum genus referendum esse. sed quam misere corrupti sint codices ω, ex eo cognoscitur, quod in *C* versus aliquot leguntur in ω omissi, veluti IIII 3, 8—15, XXVII 7, 4; 9, 15 et 23 [15]; 11, 12; 13, 8; adde quod *C* locis quibusdam easdem scripturas, quas Vossianus 111 praebet, servavit in ceteris depravatas, veluti IIII 3, 51 'archanis', XXVII 3, 3 'finita', 10, 1 'flore parum', 11, 13 'quid', 13, 1 'qui', 7 'an latii', et XXVII 13 inscriptionem 'Grammaticomestix' in ω omissam. quamquam etiam *C* sua eaque haud levia habet vitia, veluti IIII 3, 6 'contraque', 34 'infecit', XXVII 4, 13 'prohibet lex' (cf. Peiper. 284 adn. 155). magno opere autem conspirat *C* cum Magliabecchiano, id quod concedes his scripturis inspectis: IIII 3, 41 'aera', XXVII 3, 1 'fors', 5 (inscr.) 'De membris', 8 (inscr.) 'De cibis', 9, 4 'periurium', 26 'secus', 10 (inscr.) 'De vere', 13, 2 'nequam quoque' (nequaquam *T*); adde inscriptionem 'de gentibus' ante 9, 19. sed maxime certe memorabiles sunt duplices in *C* scripturae. nam versus IIII 3, 84 bis legitur in *C*: 'Consona quem celebrat modulato carmine plebes' (quae est scriptura codicum ω) et 'Consona quem celebrant modulati carminẹa Dauid' (quae est libri Vossiani 111 lectio); idem valet de versu XXVII 9, 24 'Vellera depectit nemoralia vestifluus Ser', quem quamquam cum Vossiano 111 suo loco exhibet *C*, tamen cum ω praebet post 10, 5 alteram eius formam 'Iam pelago volitat mercator vestifluus Ser'. adde quod in *C* 9, 22 'ferus' ('servus' ω) legitur supra scripto 'ł pellax' (sic Voss. 111) et 10, 3 'passura' (sic ω) supra adiecto 'ł fusura' (sic Voss. 111); cf. 7, 3 'consi^{ors}'. unde iam adparet eum, qui hunc librum scripsit, aut certe eum, qui haec carmina excerpsit, exemplar simillimum codici Vossiano 111 ad manus habuisse. contulit hunc codicem Mommseno intercedente C. Liebermann.

15) qui versus in *C* hoc modo exhibetur 'Audaces Licii nullo tamen in pretio Car.' et sic puto eum in archetypo codicum *C* et ω olim scriptum fuisse.

His, quae modo de codicibus ω exposuimus, iam de editionibus veteribus, quae principem secutae sunt, pauca adiciamus. de quibus cum accuratius disputaverit Peiperus 206 sqq., non meum esse videtur quae ille de his libris rettulit hoc loco repetere. ac primo loco commemoranda est nobis editio Mediolanensis, quae a. MCCCCLXXXX in lucem prodiit ab Iul. Aem. Ferrario curata. quo in libro ultimo eadem ex carmine de urbibus nobilibus (XVIIII) excerpta, quae in Tiliano, leguntur, a Georgio Merula, Ferrarii praeceptore, in bybliotheca divi Eustorgii[16]) indagata (cf. praef.). memorabilis certe est Tiliani et Eustorgiani consensus, qua de re exposuit Peiperus 213 sqq. tamen num idem sit Tilianus atque Eustorgianus, dubitare licet, cum praesertim in Tiliano epistula XXIIII legatur, quae in ed. Mediolanensi non reperitur. quae cum ita sint, potius is, qui Tilianum exaravit, E. XII, cuius scriptura in editione Mediolanensi conspirat cum Tiliano, et excerpta ex carmine de urbibus nobilibus ex Eustorgiano descripsisse videtur. deinde breviter exponatur necesse est de editione Veneta, quae a. MCCCCLXXXXVI in lucem emissa est, ab H. Avantio adornata. in huius enim libri fine leguntur epigrammata XVIII (A. V 1—18), quae a Francisco Nurcisio, qui Catharinae, Cypri reginae, fuit a secretis, Mediolani reperta Bartholomaeus Merula cum Avantio communicaverat. haec igitur carmina, quae Nurcisius tamquam Ausoniana Merulae tradidit, nihil ad Ausonium pertinere tam certis argumentis demonstravit Peiperus 226 sqq., ut ne verbum quidem addere liceat; novicia sunt, unum (e. 1) fortasse antiquum, ex lapide descriptum. ceterum nisi fraus subest Nurcisii vel Merulae, statuendum est Nurcisium haec epigrammata a poeta recenti conscripta in codice quodam post excerpta ex Ausonio repperisse atque ea re deceptum pro Ausonianis habuisse. tertio loco editionis ab Thadaeo Vgoleto curatae, quae prodiit Parmae a MCCCCLXXXXVIIII, mentionem faciam. quo in libro primum edita sunt Ludus septem sapientum (XX), Ordo urbium nobilium integer (XVIIII), ex codice Tristani Chalci desumpta, Periochae (A. I), quas se ab Antonio Bernerio accepisse dicit Vgoletus, Mosella (deest versus ultimus), carmen Anth. lat. 263 R (A. V 34), E. XXIIII, Sententiae septem sapientum (A. III 1, 2), Tetrasticha imperatorum (XXI 2, 1—52; 77 sqq.), carmen Anth. lat. 679 R, denique in libro ultimo epigrammata quindecim (A. V 19—33). Ludum, Catalogum, Periochas ex Parisino 8500 fluxisse scripturae consensu edocemur, Mosellam et Caes. tetrast. vv. 1—52, 77—80 descripsit Vgoletus ex Laurentiano LI 13, tetrast. vv. 81 sqq. ex libro Parisino 4887 simillimo, Sententias septem sapientum ex Laurentiano XXXVII 25, denique E. XXIIII ex Laurentiano XXIII 20. epigrammata illa, quorum septem (19—25) e bybliotheca Georgii Alexandrini emanasse dicit[17]), ab Ausonio aliena esse evicit Peiperus l. c. sed si de Nurcisii vel B. Merulae fraude adhuc suspicio, in Vgoleto iam certa res est. etenim non dubitavit ille epigrammata Anth. lat. 263 et 679 ad Ausonium referre, etsi alterum nulla prorsus, alterum ea tantum ratione coniunctum erat cum Ausonio, quod Vgoletus eum carmen de quattuor anni temporibus conscripsisse sciebat; simili modo Sententias septem sapientum (A. III 1) nulla alia de causa Ausonio adtribuit

editiones veteres: Mediolanensis (*Med.*)

Veneta 1496 (*Ven.*3)

Parmensis 1499 (*Vg.*)

16) quae fuit Mediolani in fratrum Dominicanorum monasterio.

17) 'quae feruntur emanasse e bibliotheca G. Alexandrini'.

nisi quod eum Ludum composuisse compererat. sed accedunt alia ac graviora argumenta. non enim pudebat Vgoletum commenta sua inepta atque inficeta pro Ausonianis venditare. sic Sententiis septem sapientum adiunxit epigramma (A. III 2) pessime a se ex Graeco translatum, e. 50, quod imperfectum esse recte intellexerat, explevit quattuor versibus adiectis, atque idem fecit in e. 87, quod non esse integrum ratus item quattuor addidit versus ex carmine Anth. Pal. XI 254 petitos; denique in Cupidine cruciato XXIIII 2 post v. 24, ubi desiderari quaedam cognoverat, unum versum inseruit ad Ovidii exemplar confictum. quam ob rem quin epigrammata illa atque etiam ea, quae feruntur emanasse e bybliotheca G. Alexandrini, ab Vgoleto ipso profecta sint, equidem non dubito. id quod praeter ea comprobatur Anici Probini in titulo epigrammatis A. V 20 commemoratione; nomen enim illud finxit Vgoletus memor eorum, quae legerat apud Claudianum, quem ipse quattuor annis ante ediderat, et chronicis fortasse de Ausonii in consulatu collega edoctus. haec igitur de Vgoleti fraude sufficiant.

quarto loco describam editionem Venetam a. MDVII in lucem emissam, qua H. Avantius alteram Ausonii recensionem exhibuit. hoc in libro primum editae sunt Theodosii ad Ausonium et Ausonii ad Theodosium epistulae (I, II), Pythagoricon (XXVIIII), Genethliacon (XIIII), E. XVII, XXIII, XXV, denique epigramma de matre Augusti (A. V 35). atque epigramma illud unde petierit Avantius, ego quidem ignoro. videtur fragmentum carminis cuiusdam esse, quo nisi fallor Livia celebrabatur; sed frustra Ovidium et Consolationem, quae ad eum falso refertur, evolvi. id tamen certum est ab Ausonio hos versus profectos non esse. cetera praeter Pythagoricon Avantius desumpsit ex apographo Parisini 8500, Pythagoricon ex Guelferbytano altero (Gud. 145); in epistula XXV autem praeter Parisinum adhibuit alterum codicem, Vossiano 111 simillimum; nam ex tali demum lacunas, quae sunt in *P*, vv. 53, 79, 89—92, explere potuit (cf. Peiper. 342). Veneta 1507 (*Ven.*)

huic editioni adiungam Ascensianam ab Hieronymo Aleandro curatam[18]). castigatus est in hoc libro Mosella atque ultimo versu adiecto in integrum restitutus, qua in re usus est Aleander codice 'e bibliotheca divi victoris in suburbano parisiis eruto'[19]). ex eodem codice edidit eglogam de rosis (A. II) atque Ausonio adtribuit. ceterum librum illum, si scripturas eius in carmine de rosis inspexeris, neque ita antiquum neque bonum fuisse facile intelleges. Parisina 1511/13 (*Par.*)

Iuntinam, quae quamquam eodem anno quo Aldina in publicum emissa est, tamen prior illa lucem adspexisse videtur. nam si Mosellam exceperis, in ceteris carminibus editionis utriusque non est consensus. quam ob rem statuendum est Avantium, cum Aldinam parabat, Iuntinam in Mosella emendando in auxilium vocasse. id quod facile intellegitur his scripturis, quae in utraque editione leguntur, inspectis: 11 'Nouomagum', 185 'ferunt', 210 'Veseui', 224 'rediget', 261 'Cuique', 289 'chalcedonio', 312 'quadro cui in', 324 'Villa', 336 'nutantia', 345 'hic', 'afforet', 360 'allabere', 407 'Britanos', 461 'Saxona', 465 'Tagum'. videtur autem is, qui Iuntina 1517 (*Iunt.*)

18) usus sum ea editione, quae prodiit Parisiis a. MDXIII.

19) vide quae de hac re p. XXXVI in excursu de apographis codicis Lugdunensis exposuimus.

in Iuntina Mosellam recensuit, librum similem Rhenaugiensi (cf. 312) ad manus habuisse[20]).

Aldina 1517 (*Ald.*) denique Aldinam a. MDXVII ab H. Avantio curatam, de qua vide quae Peiperus 212 exposuit.

Alterum genus codicum. cod. Vossianus 111 (*V*) Sed iam ad alterum genus codicum veniamus. qua in re tractanda primum de codice Vossiano fol. 111, qui nunc Lugduni Batavorum in bybliotheca universitatis servatur, agamus necesse est[21]). membranaceus is est, formae maximae, foliorum 40, saeculo VIIII. ineunte scriptura langobardica exaratus. novem olim constabat quaternionibus, id quod ex siglis in ff. 8^{v}, 16^{v}, 24^{v}, 32^{v}, 40^{v} ultimis adscriptis cognoscitur; nunc, cum quaterniones quattuor priores exciderint, quinque tantum restant. in quaternione sexto, qui nunc est alter, quartum excissum est folium, quo continebantur XVI 17—23, quod folium eo tempore, quo parata est editio Lugdunensis, cum toto corpore coniunctum suum locum obtinebat. singulae paginae columnas habent binas versuum XXXII, nisi quod in f. 10^{v} quattuor, in f. 11^{r} tres sunt columnae. tituli minio sunt picti. continentur autem hoc codice:

f. 1 Ausonii ad lectorem, Syagrium, Theodosium praefationes (III, II); prima inscribitur '†Abhinc Ausonii Opuscula. Ausonius Lectori Salutem'
1^{v} Ephemeris (IIII)
3^{r} Eglogarum libelli (V) carmina 1—10, 12—16
4^{v} Monosticha de aerumnis Herculis (XVIIII)
4^{v} Eglogarum libelli carmina 17—19
4^{v} Precationes Ausonii consulis designati (VI et VII)
5^{v} Parentalia (XV)
9^{r} Professorum Burdigalensium commemoratio (XVI)
12^{r} Epitaphia (XVII 1—34); post XVII 29 inserta sunt epigrammata 49 et 50
14^{r} Ausonius Drepanio (XXIII)
14^{v} Pythagoricon, De viro bono, Ναὶ καὶ οὔ. Πυθαγορικόν, De aetatibus Hesiodion (XXVIIII —XXXII), De ratione librae, De ratione puerperii maturi (XXXIII, XXXIIII)
15^{r} De Herediolo (XII)
16^{r} Versus paschales, Oratio consulis Ausonii, Epicedion in patrem (VIIII—XI)
17^{v} Ordo urbium nobilium (XVIIII)
18^{v} Technopaegnion (XXVII)
20^{v} Ludus septem sapientum (XX)
22^{r} Caesares (XXI)
23^{v} de fastis (XXII 1 et 2)
23^{v} Griphus (XXVI)
25^{r} Symmachus Ausonio (epist. I 31), Ausonius Symmacho (E. XVII), Symmachus Ausonio (epist. I 25)
26^{r} epistulae VIII, VIIII, IIII—VI, III, I, II
28^{v} Genethliacon, Protrepticus (XIIII, XIII)
30^{r} epistulae XXIIII, XXV, XXIII

20) non igitur recte se habent quae Peiperus p. 218 sqq. disputavit.

21) descripsit hunc librum pretiosissimum Montfaucon. bibl. bibll. man. I 680 n. 2546; cf. catal. bibl. publ. Lugd. 376, L. Mueller. Ann. phil. 1866, 394 (mus. Rhen. XVIIII 114 sqq.), A. Riese Anth. Lat. II praef. XVI sqq., C. O. Axt. Quaest. Auson. 3 sqq., H. I. Mueller. in progr. gymn. Friderici-Werderani Berolinensis 1866, 24, Peiper. l. c. 256 sqq. sed accuratissimam eius descriptionem dedit A. Holder schedis, quae codici nunc praefixae sunt, conscriptis. ipse bis hunc librum contuli; praeterea Holderi collatione usus sum, quam ille liberalissime mecum communicavit.

32r Paulini epistulae ad Ausonium (c. XI 1—48 M., c. X vv. 103—331, 1—102)
34r Oratio Paulini (c. IIII M.)
35r epigrammata 35, 8, 9, 71, 72, 73, 40, 44, 41, 47, 48, 42, 43, 21, 84—89, 95, 68
36r Paulini ad Gestidium et Nicetam epistulae (cc. I, II, XVII M.)
37 carmina quaedam Anthologiae latinae 648—657c R.

Correctus est hic liber manibus duabus, altera antiquiore, altera recentiore. quarum illa non solum singulas litteras vel syllabas immutavit scriptura antiqua plerumque erasa, sed etiam locos evanidos refinxit ac nonnumquam suis scripturis illatis oblevit ita, ut manus antiquae vestigia omnino obruerentur. cuius rei luculentum exemplum habes versus epitaphii Achillis (XVII 5) 3 et 4, qui iam nullo pacto in integrum restitui possunt. alterum exemplum est v. 22 in Ephemeridis carmine altero (IIII 2), quem talem, qualis manu altera scriptus est, ab Ausonio profectum esse haud veri simile est. tertia manus leviores fere scripturas intulit; sic, ubi n per compendium exaratum est, hanc litteram supra adiecit, veluti 'cān̄cro', et compendio q^{s}, si id vim habet pronominis 'quae', supra vocalem a adscripsit[22]).

Fuit autem is codex olim in bybliotheca monasterii ordinis S. Benedicti, in Barbarae insula siti, quae est in Arare flumine apud Lugdunum oppidum, hoc tempore Ile-Barbe dicta. atque ibi hunc librum Sannazarius (Actius Sincerus) iam ante annum MDII inspexit[23]). qui non totum descripsit librum, sed quosdam ex eo de-

22) de scriptura Vossiani non est quod post L. Muellerum et Peiperum accuratius disseram. quam ob rem breviter tantum eas res, quae gravissimae esse videntur, enarrabo. scriptum legitur plerumque 'mici' (rarius 'mihi'), 'nicil' (et 'nihil'), saepius cs pro x, veluti 'ancsia'; i omissum est in 'Spania, ste, stud, stinc' et quae sunt similia, g nonnumquam positum pro i, veluti 'gaceo, geiunia', contra i pro g, veluti 'ienuisse, quinquetenis (quinqueienis)', frequentissime u pro b, veluti 'reuoluuilis, nouilitas, uerua, uellum, siui (cf. V 1, 8; XX 185; e. 41, 3), nouis (XVI 2, 38; e. 35, 15)', quae plerumque manus altera correxit, contra b pro u, veluti 'abus, octabus, nibe, brebis', ita tamen ut haud raro in litterae b capite lineola transversa ad dextram paululum adsurgens manu ut videtur tertia adiecta inveniatur. pro 'cum, cur' leguntur saepe 'quum (qum), quur', 'quoquat' (VI 15; XXVII 13, 4) pro 'coquat', contra 'licor' (V 17, 13; 'liquor' XXVII 8, 12), 'locor' (IIII 5, 4; XV 7, 12; 'loquor' E. VIIII 42), 'condam' (IIII 1, 13; XV 4, 8 al.; 'quondam' XVI 2, 3 et 25 al.), 'cotiens' (II 16; IIII 7, 12; XV 1, 2; plerumque 'quotiens'), 'oblicos' (IIII 7, 34; 'obliqua' V 1, 4; XXXV 17; 'aequos' XV 26, 1)'. littera h saepissime aut neglecta est a librario, veluti 'abeo, abito, uius', sed plerumque manu altera adiuncta, aut temere adscripta, veluti 'honus, honeratus, hortus (ortus)'. his adde aę et oę pro ae et oe scripta, virgula manu altera adiecta, ꝑ saepissime pro 'per' scriptum, quod inde a f. 26r demum solito compendio significatur, i longum non solum in primis, sed etiam mediis vocabulis adhibitum. littera m plerumque hoc compendio ~ indicatur, veluti 'incũbunt', sed inde a f. 27 interdum id compendium vim habet litterae n (veluti 'tegũt'), quae etiam altero siglo ⌐ scribitur (veluti 'nũc'). quod si littera i omissa additur manu prima aut loco alterius litterae falso scriptae restituitur, ea plerumque furculae figuram habet ita, ut similis sit litterae y. ceterum ut scripturam tibi ipsi liceat oculis cognoscere, in fronte huius libri tabulam habes adiectam, in qua folium 11r (continentur eo XVI 8, 16 — 11, 56) photographiae quae dicitur ope depictum est.

23) nam Pontanus, qui mense Augusto anni MDIII obiit, schedas, quas Sannazarius e Gallia secum Neapolim rettulerat, cum ipse Neapoli versaretur, perlustravit; cf. M. Haupt. in Gratii editione p. XXII. de eis, quae Sannazarius in Gallia invenit, conferas P. Summontii, cui ille quos congesserat thesauros in lucem emittendos tradiderat, ad F. Pudericum, patricium Neapolitanum, epistulam (Pontani opp. a Summontio edita Ven. ap. Ald. 1518, vol. II 102v, Haupt. XXIII, Addizioni copiose di Lionardo Nicodemo alla bibl. Napoletana del dott. N. Toppi in Napoli 1683 p. 31 col. 1): 'Advexit (Sannazarius) nuper ex Haeduorum usque finibus atque e Turonibus dona quaedam mirum in modum placitura litteratis viris, Martialis, Ausonii et Solini codices, novae atque incognitae emendationis tamque a nostris diversos, ut hos certo ac legitimo partu natos, reliquos vero liceat spurios existimare'. — anno demum MDLVIII Lugduni apud Ioannem Tornaesium prodiit editio a Stephano Charpino vel potius a R. Constantino curata, qua quae in Vossiano leguntur Ausoniana omnia in lucem prolata sunt. mirum autem est in hoc libro epigramma legi de Didone (A. V 36) carmini de Niobe (XVII 28) adiunctum, quod unde petierint editores, ignoramus. certe id neque in Vossiano invenitur neque omnino antiquum est, sed a novicio quodam poeta compositum.

cerpsit flosculos ac simul scripturas, quibus opusculis, quae in editionibus eius aetatis manca ac corrupta circumferebantur, emendandis subsidium pararetur, enotavit. haec igitur excerpta ille secum in Italiam rettulit.

Vossiani apographa. cod. Vindobonensis 3261

Duo extant Sannazarii excerptorum apographa. inter quae priorem locum obtinet codex Vindobonensis 3261 / φ 335, chart., foll. 81, saec. XVI. continentur hoc libro, quem post Endlicherum accuratius descripsit Peiperus 345 sqq.:

f. 1r Pontani ad Sincerum epistula (cf. Gratii editionem a M. Hauptio curatam XXIII), f. 3 Ausonii iunioris carmen Lugduni inventum (III 1—8, 13—18, 23—38, II 9—12, XV 4, 3—6; 10, 5 et 6, 9 et 10, XVI 2, 31—34; 4, 11 et 12; 21, 7—14; 25, 9 et 10; 26, 7 —10, quod commentum sane mirum non ipsi Sannazario tribuendum est, sed eorum stultitiae, qui schedulis eius male usi flosculos ab eo decerptos temere in unum corpus coniunxerunt); XVII 15 et 29; e. 49, 50; Pythagoricon (XXVIIII), De herediolo (XII), excerpta ex carmine de urbibus nobilibus XVIIII 167 et 168, 28—33, 73—80, Oratio Paulini Episcopi (IIII 3)[24]), E. XXIIII, XXV 1—102, XXIII, Paulini ad Ausonium epistulae (c. XI M. 1—48, X 20—102), excerpta ex Ludo septem sapientum XX 76 et 77, 91—128, 137, 139, 141, 143, 152, 158, 160, 228, 138, 140, 142, 144, 155, 159, 161, f. 20v 'Quo ordine Ausonii carmina disposita sint in codice vetusto lugdunensi qui ab Actio Sincero inventus est in Araris insula': quo in indice is, qui illum composuit, ordinem excerptorum a Sannazario confectorum secutus est, ita tamen ut haud pauca schedulis male dispositis turbaret; f. 22r 'Quae aut emendanda aut aliter scripta inveniantur quam in impressis': hoc in capite is, qui id conscripsit, diversas ab impressis scripturas enotare voluisse videtur[25]) nec tamen id consilium perfecit. solas enim quae sunt in Technopaegnio (XXVII) eius modi lectiones protulit. quamquam hoc negotio male sedulus functus est. modo enim Lugdunensis, modo alterius generis librorum, quod littera ω significavi, vel editionum scripturas enotavit aut adposuit. usus autem erat Sannazarius praeter Lugdunensem etiam Leidensi Q 33, id quod ex his scripturis supra positis intellegitur: XXVII 4, 7 mutuum (mutuo Leid.), 9, 12 Ibicus (Inditus Leid.), 15 picna (pugna Leid.), cf. Peiper. 347; f. 23r sqq. leguntur XXVII 12, 13 et 1 ex Lugdunensi descripta, locus ex Donati vita Vergilii (Schol. Bern. ed. Hagen p. 739 'Nisus . . . agricolis'), 'Epitaphium Archeli. Incerto Authore', Praefatio Aviani 'Avienus Theodosio', Ausonii ep. 71 ('In alio item codice in eadem bybliotheca inuento sic habetur')[26]), carmen Eugenii de litteris inventis (cf. Riese. A. L. II praef. XXXVI; inscribitur 'Ibidem'), Ausonii de duodecim signis (V 9), quod et ipsum ex alio codice est depromptum[27]). denique foliis aliquot vacuis interiectis secuntur f. 43 sqq. Ovidii Halieuticon, Nemesiani Cynegeticon, Ovidii epist. ex Ponto IIII 16, 33 sq., Gratii Cynegeticon.

Iam ex his, quae modo disputavimus, colligitur codicem ab ipso Sannazario conscriptum non esse. atque haec res confirmatur eis, quae Hauptius in praefatione ad Gratium p. XXV sqq. exposuit. unde iam patet inscriptionem quae est in folio praefixo 'Ausonii, Ovidij, Nemesiani et Gratti fragmenta, Actii Sinceri manu scripta' ab eo, qui Sannazarii schedas descripsit, profectam esse. ex eis, quae in eodem folio ultimo adiecta sunt, 'Martirani et doctorum Amicorum', colligitur eum, qui hunc librum possedit, Coriolanum Martiranum fuisse, qui episcopus S. Marci Venetiis obiit a. MDLVII.

apographum H. Aleandri. Mariangelus Accursius

Alterum apographum in Hieronymi Aleandri manus pervenit, qui a. MDXVI Parisiis in Italiam reversus per XXI fere annos bybliothecarii munere functus est in aedibus Vaticanis. quod apographum unde acceperit, ignoramus (cf. Peiper. 350); ab Aleandro autem ea, quae ex codice Lugdunensi enotavit in Diatribis Romae

24) Paulini et Ausonii orationibus propter initiorum similitudinem temere confusis.

25) id quod intellegitur ex his verbis in capitis illius initio positis 'Et primo In monosyllabis'.

26) conspirat is liber cum Lugdunensi.

27) scriptura non consentit cum Lugdunensi, cf. v. 11.

MDXXIIII in lucem emissis, se accepisse testatur Mariangelus Accursius. etenim p. 75, ubi de Precatione matutina (IIII 3) verba facit, haec dicit: 'In particula tamen manu scripti exemplaris, quam penes Hieronymum Aleandrum esse testati sumus, Paulinus Episcopus, non Ausonius eius author inscribitur'. ac paulo ante, ad quem locum ipse p. 75 revocat legentes, p. 58 haec leguntur: 'Ceterum in perveteri codicis fragmento, qui penes Hieronymum Aleandrum est, non ea solum invenimus . . . ., verum etiam desideratam hactenus in isdem monosyllabis praefatiunculam' (XXVII 1). tertius, quo Aleandri mentio fit, locus extat p. 110 'Pleraque igitur opuscula, quae Virgilio conspiratione omnium ascribuntur, epigramma videlicet de Aetatibus animalium, Vir bonus, Est et non . . . Ausonii lusus esse, non Virgilii fragmenta quaedam Longobardorum quandoque characteribus fidem faciunt. quorum inspiciendi, sed et invulgandi publicandique mihi facultatem fecit Hieronymus idem Aleander', quo ex loco adparet in Sannazarii schedis etiam de aetate et scriptura Lugdunensis quaedam tradita fuisse.

Quae Accursius ex schedis ab Aleandro secum communicatis protulit cum excerptis Vindobonensibus ita consentiunt, ut ex communi fonte utrumque apographum fluxisse facile intellegatur. leguntur enim apud eum carmen illud insulsum, quod in excerptis Vindobonensibus primum locum obtinet, quamquam Ausonii iunioris nomine non addito et omissis vv. II 9—12, quos aut non invenit in schedis aut ut ineptos seclusit, et cetera praeter XVII 29, Pythagoricon (XXVIIII), e. 49 et 50, quae aut neglecta sunt ab eo aut in schedis non extabant. ceterum modo Accursii modo Vindobonense apographum accuratius enotatas habet Lugdunensis scripturas, unde quo modo depravatae sint Sannazarii schedulae ab eis, qui illas descripserunt, cognoscitur. immutavisse autem Accursium ipsum huc illuc exemplaris, quo utebatur, scripturam ex eis, quae de altero Aleandri schedarum apographo exponemus, adparebit[28]).

exemplar Iuntinum

Continetur id apographum exemplari editionis Iuntinae, quod, cum Romae publico praeconi subiectum esset, in Truebneri, bibliopolae Argentoratensis, atque inde in meas manus pervenit. adiecta sunt huic exemplari folia aliquot chartacea, quo-

28) Accursius saepius praeter Lugdunensem exemplaria manu scripta vetusta commemoravit et ex eis scripturas quasdam protulit. atque usum esse eum Laurentiano 33, 19 inde adparet, quod in his scripturis sunt quaedam, quae in libro illo solo leguntur, veluti e. 4, 2 'laeto', XXVI 1, 17 'condemnationis'; aliae veluti supplementum illud XXVIII 2, 42 'qualisque videri' non solum in Laurentiano, sed etiam in aliis libris inveniuntur. praeter Laurentianum etiam excerptorum codicem talem, quales sunt Guelferbytani, adhibuisse videtur Accursius, conferas XXVIII 1, 31 'turturis'; XXIIII 2, 73 'lucentibus', quod etiam facili coniectura Accursium restituere potuisse non nego, est in Guelferbytano priore; 'pervenit' XXVI 1, 9 est in Barberino 815. quamquam ne nimiam fidem tribuamus Accursio, quam maxime cavendum est. nam scriptura 'ad arces', quam ad E. XVIIII 34 protulit verbis 'vetus lectio' adiectis, est in Veneta a. 1494. quod si ad e. 3, 6, qui versus intercidit in libris, dicit in vetustioribus quibusdam exemplaribus alterum haberi indicatum sibi esse: 'Quaeritur et fallit lumina plaga recens', verbo 'alterum' eum, qui in Veneta a. 1507 legitur 'Quas ferat a celeri vulnere dextra valens', significans, ea re magna de eius fide suspicio movetur. ac confirmatur ea his, quae de e. 2 rettulit. cuius cum in ω tantum vv. 6—8 legerentur, Avantius in Veneta a. 1507 hunc adiecit: 'Nostra simul certant variis epigrammata nugis', Accursius vero haec adnotavit: 'In secundo epigrammate diu versus hic desideratus creditur: Est iocus in nostris, sunt seria multa libellis'. utrumque igitur versum ab Accursio confictum esse suspicari licet. in periochis apographo codicis Parisini 8500 usus est accuratiore eo, quod accepit Vgoletus a Bernerio, sed a docto homine hinc illinc correcto. quamquam num omnes, quas protulit Accursius, scripturae re vera in illo fuerint, dubitare licet. magnam enim veri speciem habet Accursium etiam eas, quas ipse excogitaverat, coniecturas pro codicis scripturis venditavisse (cf. Peiper. 352 sq.).

rum novem exhibent excerpta ex libro Lugdunensi, in f. 24 sq. legitur manu altera exaratum poema, quod inscribitur 'Luciani carmina heroica in amoré'. leguntur autem excerpta illa, quibus praemittuntur verba 'Ex antiquo codice' hoc ordine: Ausonii iunioris carmen (titulo non adiecto; post III 38 secuntur vv. II 9—12), De viro bono, πϋθαγορικὴ ἀξίωσις, Ναὶ καὶ ὀυ, πϋθαγορικόν, De Aetatib. Hesiodeion, carmen de herediolo, Eiusdem Ausonii Rosae, Technopaegnii praefatio ad Pacatum, quam sequitur disputatio de capitum singulorum in hoc carmine ordine, numeris quibus distincta sunt capita in Lugdunensi enotatis, denique Technopaegnii carmen XII et XIII. scripturae maximam partem congruunt cum Accursianis, sunt tamen quaedam, quae cum excerptis in libro Vindobonensi consentiant. iam ex his patet hoc apographum ex Aleandri schedis fluxisse. cuius rei alterum idque luculentum proferre possum argumentum. etenim Accursius p. 110 paulo post ea, quae supra exscripsimus, ita pergit: 'Quid quod vel opusculum, cui titulus Rosae quodque supra dictis iunctim legitur[29]), ex quibusdam exemplaribus Ausonii, non Maronis perhibetur'. quibus cum verbis iam ea conferas, quae in nostro exemplari post carmen de rosis leguntur: 'Vt credam ausonianam et non maronianam esse de Rosis elegeiam facit non modo vetustus codex e bibliotheca divi victoris (cf. Montfaucon. bibl. bibl. 1369) in suburbano parisiis erutus, in quo Ausonianae mosellae statim subditur hoc de rosis εἰδύλλϊον, verum etiam vocabula aliqua huic operi inserta ausonio maxime peculiaria, quae Vergilio, imo crediderim etiam vergiliano seculo ignota, ut est illud quadrua et Anticipare'[30]). quae tu a quo putabis profecta esse nisi ab ipso Aleandro? nec tamen hunc sua manu quae extant in exemplari Iuntino scripsisse puto, sed alium quemdam ex Aleandri schedis haec in Iuntinam transtulisse.

Sed iam post longum sane de apographis Lugdunensis excursum ad hunc codicem ipsum revertamur, ut quae sit eius fides et auctoritas inquiratur. etenim A. Riesius statuit (Anth. Lat. II praef. XVIII) syllogen in hoc codice exhiberi vel ab ipso Ausonio factam vel saltem ad eius voluntatem concinnatam. hanc sententiam comprobavit Peiperus (273) ita, ut opusculorum singulorum in hoc libro dispositionem aptissimam atque ipso scriptore dignissimam esse diceret[31]). nec dissentit a Riesio Brandesius nisi quod corpus opusculorum, quod Vossiano continetur, non ab Ausonio ipso, sed ab alio homine (Hesperium id fecisse suspicatur) constitutum esse existimat (Ann. phil. 1881, 65 sqq.). quam rem ut confirmet, nos ad inscriptionem epistulae II reicit (p. 62), quae haec est: 'Incipit pater ad filium. quᵛm temporibus tirannicis ipse treberis remansisset et filius ad patrem (a patre *Scal.*) profectus esset. hoc incoatum neque inpletum sic de litterariis (literariis *Scal.*) scriptum'. addere poterat inscriptionem carminis de herediolo (XII): 'Qum de palatio post multos annos hono-

29) dicit editionem Parisinam, in qua H. Aleander hoc carmen inter Ausoniana recepit his verbis adiectis 'Ausonii Rosae, quae perperam Maroni adscriptae ex fide vetusti codicis autori assignantur'.

30) ceterum nequaquam ea re probatur carmen de rosis ab Ausonio compositum esse. nihil aliud enim narrat Aleander nisi in quodam libro, id quod scripturis eius edocemur, nec ita antiquo nec bono Ausonii Mosellam carmen de rosis excepisse, sed Ausonii nomine in titulo non adiecto. neque vero is color et sermo est huius carminis, ut ab Ausonio profectum esse videatur.

31) 'Der Vossianus zeigt sich . . . als eine authentische Ausgabe . . . auch die Disposition im ganzen macht den Eindruck der Wahrheit und Unverfälschtheit'.

ratissimus quippe iam consul redisset ad patriam uillulam quam pater liquerat introgressus his uersibus lusit luciano (Luciliano *Scal.*) stilo'. ac certe manifestum est ex verbis 'de liturariis' et tertia quae dicitur persona, qua is, qui haec conscripsit, utitur, ea non ab Ausonio ipso, sed ab alio quodam, qui Ausonii schedas composuit, profecta esse (cf. V 17; XXII 1). haec igitur quin recte statuerit Brandesius, non dubito. et carmina quaedam ab Ausonio in schedis relicta esse nondum perfecta atque expolita idem ostendit dittographia in carmine professorum XXIII indicata (p. 63). nam tetrasticha illa vv. 5—8 et 9—12, id quod ex verbis 'quod ius pontificum' in utriusque initio positis intellegitur, nullo pacto in eodem carmine se excipere poterant. immo statuendum est poetam, cum unum in carmine pangendo conscripsisset, postea alterum in margine adiecisse, ut sibi in carmine limando unius alteriusve eligendi facultas esset. sed quamquam adsentior Brandesio, nolim tamen de Hesperio cogitare, qui, si ipse schedas a patre relictas collegisset ac disposuisset, certe non his verbis usus esset, sed accuratius et distinctius res indicavisset. immo hae inscriptiones mihi ab homine, qui etsi quodam cognationis vel familiaritatis vinculo cum Ausonio coniunctus erat, tamen aetate paulo longius distabat, profectae esse videntur. et si Vossianum, id quod egregiis eius scripturis confirmatur, ex fonte purissimo fluxisse contendo, tamen nequaquam opusculorum singulorum in eo dispositionem totam ad eum, qui hoc corpus concinnavit, referendam esse existimo, sed hoc etiam libro nihil aliud contineri censeo nisi excerpta eaque in scholae alicuius usum confecta. quam rem iam gravissimis opinor argumentis comprobabo.

carmen rhopalicum (X)

Ac primum, quod proferam, argumentum inde petam, quod in Ausonianis, quae leguntur in Vossiano, unum esse carmen ostendam Ausonio omnino indignum et posteriori demum aetati tribuendum, dico carmen decimum, orationem Ausonii consulis versibus rhopalicis conscriptam. quod carmen quamquam nunc a Peipero et Brandesio genuinum esse putatur, tamen eorum malo sententiae accedere, qui id ab Ausonio plane abiudicaverunt. primus igitur hoc de carmine illo tulit iudicium Scaliger, quem secuti postea editores id ex opusculis Ausonianis eiecerunt. Heinsius cum primum legit hoc carmen, suo more id emendare conatus est[32], sed quo minus totum eodem modo tractaret, deterritus esse videtur immani, quae non paucis locis in eo conspicitur, barbarie. adde quod L. Muellerus de re metr. p. 462 carmen illud foedum et barbarum dicere non dubitavit. et profecto, etsi fortasse contigerit feliciori cuidam ingenio tales corruptelas sanare, quales insunt in vv. 33 et 34, tamen non absterget is sordes illas atque illuviem, quae certe non extrinsecus illatae, sed omnino nativae sunt. non enim loqui, sed balbutire videtur poeta in hoc carmine, si modo qui tali ornetur nomine eum dignum esse censes. atque ut concedam dandum esse aliquid artificiosae carminis conformationi, tamen tanta in eo est obscuritas, tam absurdum ac contortum dicendi genus, ut a simplici illa et nitida, qua utitur Ausonius, oratione mirum quantum abhorreat. denique ut fuerit Ausonius vocabulorum novator, tamen in hoc carmine, etsi quae est eius compositio quodam modo ad vocabula novanda poeta provocabatur, nimia conspicitur in ea re sollertia atque adeo temeritas, ut

32) in exemplari editionis Lugdunensis, cuius supra mentionem feci; cf. adn. 9.

omittam quaedam vocabula non Ausonii, sed posterioris cuiusdam hominis aetatem redolere. quae autem leguntur in Epicedii praefatiuncula (XI 1, 2), ea certe non minore iure referri possunt ad Versus paschales quam ad orationem versibus rhopalicis compositam.

Et quis credat apto loco positum esse in hoc corpore carmen de aerumnis Herculis (XXXIII) Eglogarum libro, quo carmina de anno, mensibus, diebus, sideribus et quae sunt similia continentur, insertum, cum praesertim in aliis codicibus, de quibus mox exposituri sumus, multo aptius coniunctum sit cum carminibus de viro bono, ΝΑΙ ΚΑΙ ΟΥ, Hesiodio (XXX—XXXII)[33], quis credat nativum suum locum tenere carmina XXVI, XIIII, XIII temere illata in epistulas? atque ut concedas Paulini ad Ausonium epistulas in corpus Ausonianum recipiendas fuisse ita, ut cum Ausonii ad Paulinum epistulis coniungerentur, quid facias oratione Paulini post epistulas Paulini, sed ante Ausonii epigrammata collocata? concedo equidem hanc carminum dispositionem homini inepto tribui posse: at haec coniectura infirmo satis nititur fundamento ac, nisi certis argumentis comprobetur, vereor ut veri speciem habere videatur.

Sed si forte his argumentis a me prolatis nihil tribuis, iam mecum inquiras, quod fuerit eius, qui hoc corpus confecit, in ea re instituenda consilium. cur quaeso ille ea tantum, quae nunc leguntur in Vossiano, opuscula recepit? cur alia omisit eodem certe loco habenda aut maioris etiam aestimanda? quam rem ita explicat Brandesius, ut corpore illo, quod Vossianus exhibet, spicilegium quoddam contineri dicat, carmina ab Ausonio post annum CCCLXXXIII condita. quod spicilegium eo consilio institutum esse, ut corpori alteri opusculorum, quod ab Ausonio confectum erat, tamquam supplementum adderetur. codicibus ω autem nobis traditam esse syllogen carminum, quae ante annum CCCLXXXIII conscripta erant, ab homine quodam familiaritate cum Ausonio coniuncto concinnatam (p. 76). qua in disputatione quaedam insunt egregie inventa, de quibus post exponemus, sed ad sententiam de libri Vossiani origine confirmandam ea mihi minime apta esse videtur. nonne enim in libris ω Oratio legitur ex Ephemeride deprompta, quae praeter hoc carmen Vossiano solo exhibetur? ac quis fidem habebit Brandesii coniecturae supra commemoratae, qua Orationem antea conscriptam post ab Ausonio Ephemeridi insertam esse statuit (p. 73)? adde quod et in codicibus ω et in Vossiano alia etiam insunt carmina, veluti VIIII, XI, XIII, XXVI, XXVII, XXXIII, E. IIII, epigrammata quaedam, quod in Vossiano et excerptis ex corpore illo, cui tamquam spicilegium additam esse syllogen illam in Vossiano Brandesius dicit, veluti in Sangallensi 899, eadem carmina leguntur, dico XXX, XXXI, XXXII, XXXIII. cur igitur quaeso is, qui spicilegium composuit, repetiit haec carmina ex corpore illo, quod ei ad manus fuisse supra diximus?

Iam vero reputes animo nihil inesse in sylloge illa, quae Vossiano exhibetur,

33) versus 11 sqq. carminis huius olim ab eo secludendos ac fragmentum alterius carminis esse suspicatus sum ea re in primis motus, quod hi versus Vossiano solo exhibentur, in ceteris autem codicibus non leguntur (cf. Sitzungsber. der Wiener Akad. der Wiss. XXXXIII 68). atque hanc sententiam adsensu suo comprobavit Peiperus (p. 308 adn. 194). sed iam mihi res minus certa esse videtur. nam, etsi hi versus cum eis, qui antecedunt, non satis apte coniuncti sunt, tamen iam non negem vinculum quoddam inter hos et illos intercedere. ac facile sane fieri potuit, ut hi versus ob eam rem in ceteris libris omitterentur.

quod, ut Quintiliani utar verbis, pueris nolis interpretari[34]), ita ut is, qui hoc corpus confecit, legem illam, qua summam puero deberi reverentiam statuitur, diligenter observasse videatur, etsi in Ausonianis haud pauca sunt, quae huic legi quam maxime adversentur, priore codicum genere nobis tradita. reputes porro deesse in Vossiano, si pauca quaedam verba excipias, Graeca omnia. quae res non tam casui cuidam, sed consilio tribuenda esse videtur. haec argumenta si iam in unum collecta tibi proposueris, nonne mecum consenties statuente non tale, quod sibi mente finxerunt homines docti, corpus inesse in Vossiano, sed, id quod iam ante dixi, florilegium ex opusculis Ausonianis in scholae alicuius usum concinnatum. qua re certe non impedimur, quo minus putemus eum, qui hoc florilegium confecit, optimo codice, a quodam cognato vel propinquo Ausonii conscripto, usum ac plerumque etiam ordinem, quo singula opuscula in codice illo disposita erant, secutum esse, ita tamen, ut quaedam in hac re immutaret atque aliis carminibus omissis, aliis transpositis turbas excitaret. nec video, quid obstet, quominus in monasterio illo, quod in Barbarae insula Carolus Magnus condiderat, florilegium, quod complectebatur excerpta ex Ausonio adiectis simul quibusdam Symmachi Paulinique epistulis et carminibus Paulini, Petronii, Claudiani aliorumque confectum esse putemus, quo scholae, quae ibi florebat, discipuli[35]) uterentur. quae autem in Vossiani quaternionibus nunc deperditis scripta fuerint, num forte Sidonii Apollinaris quaedam, quem ut Ausonium inter poetas Gallos merito summo opere colebant eius aetatis homines, iam altis ei rei tenebris offusis nos latet.

Carmen vero illud rhopalicum aut iam antea in opuscula Ausoniana receptum erat aut demum, cum florilegium illud concinnaretur, adiectum est. ac certe non casu factum est, ut id carmen, quod et ipsum paschale est, post Versus paschales insereretur. neque abhorret a veri specie eum, qui hoc carmen condidit, quamquam aperta imitationis non insunt vestigia, Ausonii poemate, ut illud componeret, excitatum esse. quomodo autem factum sit, ut carmen inter Ausoniana reciperetur, facile explicetur, si statuamus id ab Ausonio quodam compositum esse. et commemoratur in epistula Hilarii papae (X, ed. Thiel. I 148) a. CCCCLXIIII ad episcopos provinciae Viennensis, Lugdunensis, Narbonensis primae et secundae, Alpinae missa Ausonius episcopus, quem nepotem Ausonii nepotis fuisse haud inepte suspicatus est Peiperus 319. certe huic aetati talique homini magis convenit carmen illud inficetum quam Ausonio poetae.

Sed iam Vossiano misso ad eum, qui in hoc genere secundum post Vossianum sibi vindicat locum, librum veniamus, dico Parisinum 8500, membr., formae maximae, foll. 105, saeculo XIIII exaratum. continentur hoc codice, quem accuratius descripsit Peiperus 221 sqq., praeter alia: f. 14^{r} Epistola Decii Magni Ausonii ad Drepannium proconsulem de ludo septem sapientum (XX), 16^{r} Periochae (A. I) nulla omnino inscriptione adiecta, 20^{v} Paulini ad Ausonium epistulae, 22^{v} Decii Magni Ausonii ad Paulinum epistulae XXIII, XXV, XXIIII, 24^{r} Symmachi ad Ausonium epistula I 31, cod. Parisinus 8500 (*P*)

34) nam illud in adulteram epigramma, dico nonum, non eius modi est, ut id pueris proponere magistri christiani verecundarentur. certe ne in editione quidem, quae in Delphini usum parata est, id carmen in appendicem relegatum videmus.

35) quamquam non is sum, qui negem hoc florilegium ante id tempus concinnari potuisse. ac fortasse illud iam saeculo quinto vel sexto in scholae alicuius cathedralis vel monasterialis usum confectum erat.

Ausonii ad Symmachum epist. (XVII), Symmachi ad Ausonium epist. I 25, 25^{r} epistula Theodosii Augusti (I), responsio Ausonii ad Theodosium (II), Griphus (XXVI), 26^{r} e. 35, quod in epigrammatum delectu in Vossiano primo loco collocatum est ('eiusdem προσοποιεια in chartam'), Protrepticus (XIII), Genethliacon (XIIII), egloga de ambiguitate vitae eligendae (XXVIIII), 28^{r} Versus pascales Decii Magni Ausonii (VIIII), 29^{r} Decii Magni Ausonii cathalogus urbium nobilium (XVIIII). hunc codicem eundem esse ac librum Tristani Chalci, a quo se Ludum et Catalogum urbium nobilium accepisse dicit Vgoletus, et scripturae docet consensus et ipse Chalcus testatur (Hist. patr. l. II ad a. 379 ap. Graev. Thes. ant. It. II 139), qui se ex vetusto codice, ex Ticinensi vicecomitum bybliotheca prolato, decem et octo absoluta Vrbium epigrammata edidisse gloriatur. unde simul comperimus hunc librum olim in bybliotheca. quae erat in castello Ticinensi[36], servatum esse. ex eodem codice, in quo solo leguntur, Periochas a Bernerio descriptas accepit Vgoletus. atque apographo illius usus est Avantius in eis, quae editioni alteri a. 1507 a se adornatae adiecit, carminibus et epistulis[37]. ceterum Parisinum et Vossianum ex communi fonte fluxisse scripturae in utroque consensus ostendit. inferior tamen Vossiano est Parisinus, quamquam sua propria ac pecularia bona habet. nam et compluribus locis germanas praebet scripturas et lacunas aliquot, quae sunt in Vossiano, explet versibus, qui in hoc librariorum socordia interciderunt, servatis. Ausoniana in hoc codice contulerunt I. Zechmeister et A. Schoene.

codex Eustorgianus

Ex eodem codice, quo Parisinus, manavit Eustorgianus, cuius supra (p. XXX) mentionem fecimus. id quod facile intelleges his scripturis, quae utrique communes

---

36) cf. Delisle Le Cabinet des manuscripts de la bibl. imp. I 125 sqq., III 347. hunc codicem significare videtur Matthaeus Bossius in epistula ad Angelum Politianum Veronae sexto kal. Martias a. MCCCCLXXXXIII scripta (cf. Familiares et secundae M. Bossi epistulae, Mantuae MCCCCLXXXXVIII f. 43^{v}), in qua se trans Alpes Florentiam Angelo misisse dicit Ausonium diu expetitum. nam quae in hac epistula leguntur: 'eundem vero ex notatione indice ad libri caput apposita mancum et truncum plerisque locis offendes plus quam caeteros. et cum his quae Ausonii sunt leges quoque nonnulla interiecta atque immixta Prudentii, ut consociatum sis habiturus utrumque disiecta per membra Ausonium atque Prudentium' cadunt in Parisinum, in quo f. 26^{v}—29^{r} Ausonii et Prudentii carmina inter se mixta exhibeantur. sed non conveniunt ea, quae Bossius paulo ante narrat de codice illo, veternosum eum dicens, ut vix legi possit, atramento subcroceo Longobardoque charactere conscriptum, carie tineaque obesum. unde suspicari liceat Bossium librum, ex quo descriptus est Parisinus, possedisse scriptura merovingica exaratum (cf. Peiper. 223).

Harleianus 2613 (*h*)

37) ex Parisino fluxit Harleianus 2613, chart., formae quadratae, foll. 44, saec. XV ab homine non indocto scriptus, qui in scribendo haud pauca menda exemplaris, quo utebatur, correxit, in ea re aut V ipso aut simili libro usus. accurate hunc librum descripsit Peiperus 224. ego non solum descriptionem habeo, quam confecit Henricus filius, sed etiam Ludum a Thompsono collatum. Avantio hunc codicem ad manus non fuisse non tam ex eo colligitur, quod in Harleiano Paulini epistulae I vv. 167—284 non leguntur, extant in Avantii editione (nam interciderunt hi versus eodem modo quo E. XXV 123 sqq. et E. XXIIII foliis deperditis), quam quod Avantius pro certis quae sunt in Harleiano emendationibus pravas Parisini exhibet scripturas. item ex Parisino manavit Harleianus 2599, chart., formae quadratae, foll. 136; in f. 84^{v} haec leguntur: 'kal. Marcij 1471 veronae Mihi Stephanus de novomonte scripsi', in folio praefixo 'Liber Hieronymi Acalđraris' (f. 136^{v} 'Liber hieronimi Acalđranji'). continentur eo post Ciceronis de officiis libros, excerpta ex Lactantio, Probae Faltoniae centones f. 98^{v}, Iuvenci prooemium, inscriptum: 'Versus decimi magni Ausonii' (quod in Veneta a. 1507 legitur his adiectis 'Ausonii carmen imperfectum'), denique post Prudentii carmina quaedam Versus pascales (VIIII) et Protreptici (XIII 2) vv. 1—13. Ausoniana contulerunt Thompson et Henricus filius. hunc librum ex Parisino descriptum esse scripturae in utroque consensu comprobatur. Avantium ex hoc codice Iuvenci prooemium tamquam ab Ausonio profectum editioni a se a. MDVII adornatae inseruisse intellexit Peiperus (279).

Harleianus 2599 (*h*^{3})

sunt, inspectis: 28 'gestis', 33 'perlabitur', 34 'omnigenus', 73 'prode' al. sed quamquam Parisinus in universum melior est Eustorgiano, tamen et hic nonnumquam contra Parisinum cum Vossiano genuinas praebet scripturas, veluti 30 'in mediae', 78 'Romani' al.; adde quod in Eustorgiano legitur v. 41 in Parisino omissus[38]).

Ex Parisino fluxerunt exemplaria carminis Pythagorici (XXVIIII) in Marciano lat. cl. XII 69 (cf. G. Goetz. Ann. phil. 1878, 768) et Guelferbytano altero (Gud. 145). quae res vel ex eo intellegitur, quod in utroque libro eadem, quae in Parisino, huius carminis appendix invenitur. ac Marcianus diligentius descriptus est ex Parisino, Guelferbytanus, quanta fuerit librariorum in eius modi excerptis immutandis licentia ac temeritas, luculenter ostendit.

Vossiano et Parisino duos adiungam codices ex eodem, quo illi, archetypo profectos:

Leidensem, Vossianum *Q* 33, de quo vide quae exposuerunt H. Keilius Gramm. lat. III 389 sqq., Riesius Anth. lat. II praef. 26 sq. in tertia huius libri parte, quae scripta est saeculo X, f. 112^{v}—113^{v} haec leguntur Technopaegnii (XXVII) capita: 1, 3—9. conspirat plerumque cum *V*, ita tamen, ut eum ex Vossiano non fluxisse colligatur. ceterum memorando dignum est, quod in *V* quaedam libri *Q* scripturae manu altera illatae inter versus adiectae sunt, veluti 4, 1 'subtexo' *V*, 'subtexto' *Q* et Magl. (*M*), 6, 8 'rex' *Vm*^{2}*Q*, 9, 20 'uictus^{rus}' *V*, 'uicturus' *Q*. contulit hunc librum G. du Rieu. Vossianus Q 33 (*Q*)

Parisinum 2772, saec. X—XI, quem descripsit Riesius Anth. lat. II praef. 10. in quo f. 76^{r} leguntur Technopaegnii capita 3, 4 (vv. 9—13), 5, hac inscriptione adiecta: 'Incipit techopegnii tes tus', f. 107^{v} carmen de signis et mensibus XII (V 9) ex alio fonte depromptum. consentit fere cum utroque Vossiano nec tamen ex alterutro profectus est (cf. Peiper. 282 sqq.). hunc librum excussit A. Schoene. Parisinus 2772 (*O*)

Haud mirandum est ex carminibus Ausonianis in primis Orationem (IIII 3) et epistulas ad Paulinum scriptas clericorum monachorumque oculos mentesque in se convertisse. nam cum Paulinus in sanctorum numerum relatus in ecclesiis maxima religione coleretur, in Ausonium etiam eius religionis aliquid redundabat, praesertim cum oratio illa, inter quam et Paulini precationem necessitudinem quandam intercedere neminem latebat, summum eius sacrorum christianorum studium prodere videretur. sive igitur Paulini carmina quaedam iam antiquitus cum Ausonianis coniuncta erant sive postea in ea illata sunt — nam haec res, si quando, Paulini demum operibus iusta ratione editis ad liquidum perduci poterit —, id quidem certum est, ut in Vossiano et Parisino Ausonii opusculis Paulini carmina quaedam adiecta leguntur, ita in non-

38) memorabilis est scripturae in v. 82 inter Vossianum et Parisinum Eustorgianumque discrepantia. quo in versu hi praebent 'Emerita', ille 'Hispalis'. ac Vossiano quin germana scriptura tradita sit, dubitare non licet (cf. 84 et Strab. III 141); 'Emerita' autem propter ea, quae in v. 3 leguntur 'aequoreus quam praeterlabitur amnis', quidam intulisse videtur, Anam hoc loco significari ratus (E. XXV 74), cum Ausonius de Baete locutus esset (Strab. III 142).

nullis Paulini codicibus Ausonii orationem et ad Paulinum epistulas inveniri. tres autem sunt potissimum eius modi libri:

Parisinus 7558 (*Π*) Parisinus 7558, saec. VIIII, cuius descriptionem ab E. Duemmlero confectam vide in N. Arch. IIII 299 sqq. leguntur in hoc libro: f. 90^{r} 'Incipit Oratio Sc̄i Paulini', 90^{v} 'Incipit Oratio Sc̄i Ausoni', 92^{v} 'Incipit Ausoni ad Pauliū' (E. XXIIII), 94^{r} 'Item Ausoni ad Paulinu' (E. XXIII), 94^{v} 'Ausonio Paulinus' (c. XI), 96^{r} 'Ausonio Paulinus' (c. X 103—331), 101^{v} 'Ad Paulinum Ausonius' (E. XXV 103—132), 102^{r} 'Ausonio Paulinus' (c. X 1—18), 102^{v} 'Ausonio Paulinus' (c. X 19—102).

Parisinus 2122 (*π*) Puteaneus, Parisinus 2122, saec. X. extant in eo inde a f. 90^{r}—92^{r} 'Incipiunt uersus Ausoni ad Paulinum' (E. XXIIII), 'Ausonio Paulinus' (c. X 19—102), 'Incip̄ Ausoni ad Paulinum' (E. XXIII), 'Ausonio Paulinus' (c. XI), 'Item Ausoni ad Paulinum' (E. XXV), 'Ausonio Paulinus' (c. X 103—331).

Bruxellensis 10703/5 (*β*) Bruxellensis 10703/5, saec. XII. in quo inde a f. 138^{v} eadem, quae in Puteaneo, quocum quam maxime conspirat, exhibentur. E. XXIIII inscribitur 'Incipiunt uersus Ausonii ad Paulinum', E. XXIII 'Incipiunt Ausonii ad Paulinum', E. XXV nullum lemma adiectum est[39]). Parisinum ipse contuli, Puteaneum et Bruxellensem excussit A. Schoene.

Qui libri cum locis quibusdam longe diversas a Vossiano et Parisino (*P*) lectiones praebeant et alii in aliis versus omissi sint, non ab re alienum esse puto, ut firmum disputationis de eorum fide ac ratione, quae inter eos et *VP* intercedit, fundamentum iaciatur, hac tabula scripturae discrepantiam illustrare:

		V	*P*	*Π*	*πβ*
E. XXIII	v. 3	tuam ... uocem		tuas ... musas	
	25	deinde		deinde	dum (resolutus *β*)
	27 sq.			*om.*	*om. π (in mg. inf. add. m*^{2}*)*
	33	altor	auctor	auctor	altor
E. XXIIII	12	Hyblaeis apibus saepes depasta susurrat		Somniferumque canit saepis depasta susurrum	
	14	Cumque suis loquitur tremulum coma pinea uentis		Atque arguta suis loquitur coma pinea uentis	
	16	Dindyma Gargarico		Dindymaque Idaeo	
	21 *et* 42	*om. P*			
	47	*om. V*			
	68	Solatur nostras echo resecuta loquellas		Solatur tacitas defixo in pectore curas	Solatur nostras et ore secuta loquelas
E. XXV				*1—103 om.*	
	5	*om. VP*			
	6—19				*om.*; *in β post v. 5 haec leguntur* 'Adtamen hec illi sedis ** sentencia mouit' (*del. m*^{2})

39) hunc librum eundem esse ac Gandavensem, quem Pulmannus in editione sua Antverpiae a. MDLXVIII in lucem emissa commemoravit, scripturae consensu demonstratur.

	V *P*	*Π*	*πβ*
20	Discutitur Pauline tamen nec culpa duorum		Discutimus. set tu tantum reus, ast ego semper (*om. v. 21*)
24	Vnum deficiente pari perferre sodalem		Deficiente alio solum perferre iugalem
31—33	*om. VP*		
53	*om. P*		*34—62 et 67—122 om.*
63—66	*om. VP*		
91 sq.	*om. P*		
109	rhamnusia	mens altera	
123	Et quando iste meas inpellet (impleuit *Π*) nuntius aures		En erit ut nostras hic nuncius excitet aures
128	*om. P*		
130	Totum occursantis populi praeuertitur agmen		Praeuertit cunctos ut te amplectatur amicos.

Quam tabulam si perlustraveris, vix puto cum Peipero (328) de duplici recensione epistulae XXV cogitabis, quarum una *VPΠ*, altera *πβ* exhibeatur. immo patet scripturam in *πβ* lacunis deformatam ac temere interpolatam esse. quis enim persuadebit sibi tali epistula, qualis in *πβ* legitur, Ausonium Paulini litteris respondisse ac post ex epistula illa exili sane, in qua singulae sententiae haud bene inter se cohaerent, alteram ampliorem atque ut ita dicam omnibus numeris absolutam fecisse? nam quod de sententiis male inter se conexis et aptis dixi, id, ut alia omittam, vel eo comprobatur, quod vv. 63—66 nullo pacto explicari possunt. quos versus si mecum post v. 62 collocaveris verbo 'inpie' in 'inpia' mutato, iam intelleges omnia praeclare consentire. non enim Paulinum impium dicit Ausonius, sed deam Rhamnusiam, quae in amicos summa pietate coniunctos tanta saevitia grassetur amicitiaeque vinculum, quo illi continentur, rumpere non verecundetur, id quod vel ex verbis 'te suadente' (v. 65) apparet, quae quomodo ad Paulinum referri possint, non video. si vero haec recte disputata esse concesseris, ceteris librorum *Ππβ* scripturis nihil tribues, praesertim cum *Π* et *πβ*, qui XXIII 3, XXIIII 12, 14, 16 conspirant, aliis locis veluti XXIII 33, XXIIII 68, XXV 109, 123, 130 quam maxime dissentiant. ac quanta fuerit librariorum in oratione immutanda temeritas, ex v. 68 epist. XXIIII cognoscitur, quem in *Π* talem legi supra diximus 'Solatur tacitas defixo in pectore curas', vel ex eo, quod E. XXIII 3 'tuam . . . uocem' inepte mutatum est in 'tuas . . . musas'. nec puto quisquam, si scripturas versus 12 epist. XXIIII in *VP* et *Ππβ* inspexerit, uter versus ab Ausonio profectus sit, dubitabit. nam librorum *VP* scriptura consentit cum versibus Vergilii (Egl. I 53 sqq.), quem Ausonius ut sescentis aliis hoc quoque loco imitatus est, codicum *Ππβ* autem lectio a monacho profecta est, qui apes Hyblaeas eadem ratione exterminavit, qua in *Π* E. XXV 109 'rhamnusia' in 'mens altera' mutatum est.

In Oratione autem *Π* cum *V* conspirat quam maxime, in primis in scriptura versuum 1 et 84, nisi quod in altero pro 'Consona' 'Mistica' praebet. cui scripturae certe non ineptae ne quid tribuas, ea, quae supra exposuimus, prohibent.

Nihil igitur impedit, quo minus et *VP* et *Πππβ*, quos libros arta inter se necessitudine coniunctos esse adparet, ex communi fonte fluxisse statuamus.

Cum *πβ* consentiunt codices saeculi XV, quibus continetur E. XXIIII, Laurentianus XXIII 20 (f. 135^{r}), Parisinus 9548 (f. 120^{v}), cod. bybl. Leopold. Strozz. 18, Vrbinas lat. 45, quibus accedunt Vat. lat. 524 saec. XVI et, de quo supra diximus, liber Tilianus f. 58^{r}. ac ceteri, quos littera *σ* significabo, inter se plane congruunt, dissentit paululum Tilianus. quae res ut intellegatur, has quaeso conferas scripturas: 4 'et scribens' *Πβσ*, 'rescribens' *πT*, 10 'redit et' *Πππβ*, 'reboat' *σ*, '(sermo redit nemorum uocalis imago) resultat' *T*, 28 'obnoxium' *πβσ*, 'obnixum' *ΠT*, 42 'nec' *σ*, 'et' *ΠππβT*. Laurentianum ipse contuli, ceteros I. Zechmeister inspexit.

Diximus supra Vossiano florilegium contineri in scholae alicuius usum concinnatum: nunc de altera eius modi anthologia nobis exponendum est, quae quando confecta sit, etsi demonstrari non potest, id tamen certum exploratumque habemus eam iam saeculo octavo extitisse. verum non uno codice omnia, quae olim florilegio illo continebantur, carmina nobis tradita sunt, sed dispersa nunc ea leguntur in libris compluribus, iam accuratius describendis (cf. Peiper. 298 sqq.). sunt autem hi:

cod. S. Galli 899 (*G*)

cod. S. Galli 899 saec. X, de quo vide quae exposuerunt Scherrer cat. 315, Duemmler Mitth. der Zuericher ant. Ges. XII 5, N. Arch. IIII 106 sqq., 276 sqq. aliique. leguntur in hoc libro: p. 2 Symmachi epistula I 14 (XVIII 1), 3 'De Pythagoricis diffinitionibus naikeoy' (XXXI), 4 'De aetatibus animantium Hesidion' (XXXII), 22 'Incipiunt excerpta de opusculis Decimi Magni Ausonii Mosella' (XVIII 2), 45 'Monastica de aerumnis Herculis' (XXXIII), 47 'De institutione uiri boni' (XXX), 48 e. 68[40]).

cod. Bruxellensis 5369/73 (*B*)

cod. Bruxellensis 5369/73, membr., formae quadratae, foll. 144, saec. XII (cf. Bull. de l'Acad. de Brux. X 2, 82 sqq., Bull. de la Commiss. royale d'hist. I. Ser. T. VII 261 sqq.). continet: f. 1—71^{v} Ovidii Fastos, 72^{r}—79^{v} Ausonii Mosellam (cuius eadem est inscriptio, quae in libro S. Galli), 79^{v} Symmachi epistulam I 14, 80^{r}—82^{v} Caesares (XXI), 82^{v} 'Monostica de ęrumnis Herculis', e. 2 (inscr. 'Commendatio codicis'), 82^{v} sqq. 'Gesta Tancredi regis'. hunc codicem eundem esse ac Gemblacensem, quo usus est Pulmannus, praeter scripturae consensum docent haec in ipso tegumento adiecta 'Provenant de l'abbaye de Gembla . . .'

codd. Parisinus 4887, Augustobonensis 887, Autesiodorenses 85 et 67 (*W*)

cod. Parisinus 4887, membr., saec. XII. exhibet inter varios scriptorum poetarumque christianorum libros f. 74^{v} Caesares, 75^{r} 'Herculis monosticha de erūpnis', 75^{v} 'De institutione uiri boni', 'De pitagoricis diffinitionibus ΝΑΥΚΗωγ', 'De aetatibus animantium ΗΗCγωΔγωΝ'. ex hoc codice descripti sunt Augustobonensis 887 (olim Clarom. Q 33), saec. XII, f. 161^{r} et Autesiodorensis 85, saec. XII, fol. altero quatern. XIIII, atque ex hoc alter Autesiodorensis 67 saec. XIII, f. antepenult. quos omnes

---

40) idem carmen, quod in epigrammatum delectu in *V* ultimum locum tenet, legitur in cod. S. Galli 397 saec. VIIII, f. 19^{v} ac Laurentianis 90 sup. 25 saec. XIII, f. 90^{v} et 33, 31 saec. XIIII, f. 36^{r} (subscriptum est 'Finit'; continetur hoc codice praeterea f. 36^{v} carmen XXXII), quorum scripturae consentiunt cum *G*. librum S. Galli 397 inspexit E. Arbenz, Laurentianos ipse contuli.

littera *W* significavi. — Librum S. Galli, Bruxellensem, Parisinum ipse contuli, ceteros excussit C. Graux, heu morte immatura litteris amicisque ereptus.

His, quos modo commemoravi, codicibus accedunt exemplar Mosellae et Caesarum (XXI 1 et 2, 1—80), quod nunc continetur Laurentiano LI 13 et olim, id quod supra (p. XXI) demonstravi, fuit in Magliabecchiano I 6, 29 (*M*), in quo nunc f. 117ʳ—118ᵛ tantum Caesares leguntur, deinde Caesarum (XXI 1 et 2, 1—81) exemplaria in Laurentiano 64, 9 saec. XIIII, Laur. 89 inf. 8, Neapolitani mus. publ. CXXV (IIII C 25), Glasgoviensi mus. Hunter. V 3, 11, qui libri omnes sunt saec. XV, liber monasterii divi Victoris, quod fuit in Parisiorum suburbio, quo codice praeter Mosellam et Rosas sine dubio etiam carmina de viro bono et de ΝΑΙ ΚΑΙ ΟΥ continebantur, Mellicensis saec. XI (cf. Melet. Vindob. I 64 sqq.), in quo ante Culicem, Diras, Copam, Rosas f. 221ᵛ Caesares (XXI 1 et 2, v. 1 sq.) et f. 222ʳ carmen 'de XII uirtutibus Herculis' leguntur[41]), denique libri, quibus Vergilii Iuvenalis ludi libellus traditus est, carmina de viro bono et de ΝΑΙ ΚΑΙ ΟΥ exhibentes.

Sed ut iam de singulis, quae hoc florilegium complectitur, carminibus accuratius exponamus, Mosella praeter hos, de quibus modo mentionem fecimus, libros legitur in Reginensi 1650, membr., foll. 111, saec. X[42]), f. 39ᵛ—40ʳ (extant in eo tantum vv. 1—180) et Rhenaugiensi, nunc Turicensi bybl. univ. LXII, membr., formae quadratae, foll. 285, saec. XII, f. 283—285[43]). primum autem in Mosella recensendo locum obtinet *G*, qui tanto opere etiam Bruxellensem etsi proximum bonitate superat, ut eum tamquam certissimum ducem nos sequi oporteat. quamquam non omnino desunt loci, ubi ceteris libris obtemperandum est, veluti, ut unum proponam exemplum, v. 93 'melioris', quod legitur in *G*, vitiosum est, ex v. 95 ortum aut ex Verg. Aen. IIII 221 desumptum, id quod Lucani loco (I 400), qui Ausonio ante oculos versatus est, egregie confirmatur. contra neglegentissime scripti sunt Reginensis, qui propius ceteris ad *G* accedit, Laurentianus LI 13, quem ex eodem quo Bruxellensis fonte fluxisse iisdem, quae sunt in utroque in Symmachi epistula, lacunis ostenditur, Rhenaugiensis, non solum eis, quae librariorum socordiae tribuenda sunt, vitiis, sed etiam pluribus quam *B* commentis temere illatis deformatus (cf. v. 13 'reserabat', 20 'villis' ('saxis' *B*), 51 'miramur', 77 'meatus', 87 'cibaria', 102 'mensę' al.). hos igitur libros et Bruxellensem ex eodem exemplari profectos esse scripturae consensus edocet (cf. 60 'fluenti', 93 'maioris', Reg. 'maiores', 178 'igneus'). ceterum Pulmannum, qui praeter Gemblacensem C. Cornelii Gualtheri Mosellam, librum antiquum, se adhibuisse dicit, non codice ipso usum esse, sed scripturis ex Sangallensi excerptis, quas Cornelius Gualtherus Wouters a comite Hermanno Nuenario acce-

41) liber Petavianus, ex quo Heinsius in exemplari Lugdunensi scripturas aliquot in Caesarum monostichis enotavit, praeter hoc carmen Vergilii Catalepta continebat. quem non eundem esse ac Parisinum 7927, id quod suspicatus est Peiperus 302, edocuit me A. Schoene, negans in Parisino Caesares inesse.

42) Reginensis haec complectitur: f. 1—10ᵛ commentarios in Orosium, 11ʳ—39ᵛ excerpta ex Prisciano, 39ᵛ—40ʳ fragmentum Mosellae inscriptione non adiecta, 40ᵛ fragmenta glossarii, 41ʳ—104 (hic alter codex est) Macrobii Sat. I—III, 105—111 (tertius hic codex) fragmenta interpretationis latinae Veteris Testamenti. — Mosellam in hoc libro contulit A. Mau, in Rhenaugiensi ipse excussi.

43) Rhenaugiensi haec continentur: f. 1—283 Prudentius, 283—285 Mosella, 285 Prooemium super XII lapides.

perat, recte intellexit Peiperus 217. quae res confirmatur his lectionibus a Pulmanno in margine editionis suae adiectis: 192 'propulit', 359 'gelbis', 365 'drahonum', 389 'quod', 452 'munera'. aliis locis, veluti 198 'confudit' ('confundit' *G*), 367 'mollis arauus' ('mole sarauus' *G*), erravit Pulmannus in scripturis indicandis Woutersii excerptis cum eis, quae ipse ex Gemblacensi enotaverat, confusis. Ermenricus autem monachus, qui anno fere DCCCL vitam S. Galli componere instituit atque in epistula ad Grimoldum archicapellanum scripta[44]), in primis in epigrammate, quod ultimo loco legitur, complures Mosellae versus in usum suum convertit (cf. H. E. Bonnell. Philol. VIII 440 sqq., M. Haupt Opusc. III 358), utrum librum codici *G* similem an alium, qui cum ceteris faciebat, habuerit, cum in eis, quibus in opusculo suo concinnando usus est, versibus gravior scripturae discrepantia non inveniatur, iam non diiudicare licet[45]).

Eis, quae modo de Mosellae libris disputavimus, quaedam de Caesaribus adiungamus. cuius carminis quae nunc supersunt omnia[46]) praeter *VBW* continet Reginensis 1283 (*Σ*), ex diversis plane particulis consociatus, in ff. 112^{v} et 113^{r} manu saec. XII scripta (inscr. 'Incipit epła. Ausonii ad Hesperium filium'; 'Ausonii' add. m. alt., sed eiusdem aetatis, quae in textu quoque menda quaedam correxit). contulerunt haec folia A. Mau et G. Studemund. libri *BWΣ* autem, ut cum *V* conspirant, id quod scripturis collatis facile intellegitur, ita artiore vinculo inter se coniuncti sunt, ex eodem exemplari corrupto lacunisque deformato profecti. eaedem enim in omnibus lacunae inveniuntur (cf. 1, 28, 30; 2, 23, quo in versu *BΣ* omittunt verba 'et crimina passus'; in *W* haec verba temere mutata sunt in 'et certa potestas') et scripturae a Vossiano discrepantes, veluti 2, 81 'sceleris' ('sceptris' *V*), qua re simul comprobatur eos ex *V* profectos non esse. latius autem serpentis corruptelae specimina in primis in *B* deprehenduntur, id quod his scripturis inspectis elucet: 1, 33 'expendit', 37 'de morte', 2, 1 'more', 12 'ore', 22 'imperii', 29 'teneri', 35 'erit' om., 38 'cęsar fueris', 49 'geminos', 91 'carens'. cum *WΣ* conspirat cod. Parisinus 9347 ('liber S. Remigii Rem̄. uol. IIII'), saec. VIIII, qui post Iuvenci, Sedulii aliorumque carmina et Q. Sereni Sammonici librum medicinalem f. 57 monosticha exhibet inscriptione non adiecta, quae excipiunt Aratoris Historia apostolica et Venantii Fortunati libri XI (cf. Leonis praef. VII), cum Bruxellensi vero, quamquam locis quibusdam cum *WΣ* facit, Magliabecch. I 6, 29, in quo f. 117^{r} monosticha et ex tetrastichis versus 1—80 inesse supra (p. XXI) diximus. qua in re in primis memorabiles sunt hi loci: 1, 8

---

44) cf. Ermenrici epistola ad Grimoldum archicapellanum ex cod. S. Galli 265 edidit E. Duemmler Hal. Sax. 1873 et Ebert II 181 sqq.

45) ne quis ex Boeckingii adnotatione ad v. 68 coniciat Heinsium veteri quodam Mosellae libro usum esse, scito Heinsium in exemplari Lugdunensi 'Lota vel Mo' scripsisse, itaque aut 'Lota' aut 'Mota' proposuisse, utrumque absurde.

46) utrum in Caesaribus, qui nunc desinunt in tetrastichorum carmine XXIIII medio, quaedam interciderint an Ausonius taedio adfectus aut morte impeditus opus abruperit, quis quaeso nunc diiudicet? quod in *V* post v. 98 duorum versuum spatio relicto legitur 'Conclusio', id fortasse ita explicari potest, ut statuamus olim 'Deest' vel 'Desideratur Conclusio' scriptum fuisse; nam et inscriptiones et subscriptiones in *V* haud raro depravatas ac mutilatas esse manifestum est. ii autem versus, quos se legisse dicit Dousa in veteri codice (cf. huius editionis p. 119), quin noviciae sint originis, dubitari non potest.

'regnat' om. *M*, s. v. legitur in *B*, 2, 38 'fueris cesar' *M*, 'cęsar fueris' *B*; cf. 2, 23. 40. 43. 49 al. huius igitur libri apographo, Laur. LI 13, in Caesaribus edendis usus est Vgoletus, ita tamen, ut altero libro, qui simillimus erat *W* (cf. 2, 81 'celeris' *W Ug.*), adhibito quaedam corrigeret et versus duodeviginti in *Mλ* omissos adiceret. ex libro arta necessitudine cum *B* coniuncto fluxerunt monosticha in Thuaneo, nunc Paris. 8069, saec. XI, f. 127, cuius libri accuratam descriptionem dedit Riesius Anth. lat. II praef. 14 sqq., et Petaviano ab N. Heinsio collato (cf. Ribbeck. App. Verg. p. 30), monosticha tetrastichorumque versus 1 et 2 in Mellicensi, de quo supra diximus. eaedem enim in utroque sunt lacunae (cf. 1, 28, 30), eaedem scripturae; quamquam menda quaedam, quae sunt in *B*, in his non inveniuntur, veluti 33 'expendit', 37 'de morte'. atque eiusdem familiae sunt Montispessulanus schol. med. H 4 saec. XII et Bruxellensis 10021 saec. XIIII exeuntis, quorum in foliis ultimis monosticha adiuncta sunt Sidonii Apollinaris carminibus, Bernensis 285 ('ex libris Bongarsii') saec. XII, in quo ea f. 96^{v} post eiusdem carmina leguntur. hos codices ex eodem exemplari manavisse scripturae consensus ostendit, cf. 1, 32 'capreis' ('capīs' Bern.), 33 'curia', 35 'propriorum pertulit enses', 36 'senex proprio prostratur othoni'; denique huc referendi sunt Parisinus 5801 saec. XII f. 122^{v} [47]), in quibus monosticha Suetonii Caesares secuntur, Parisinus 2782 saec. XII f. 103^{r} et Laurentianus 45, 26, saec. XII f. 114^{v}, in quibus ea cum Sidonii Apollinaris carminibus coniuncta inveniuntur. hi libri consentiunt in eo, quod v. 33 suo loco omissus in capitis de obitu imperatorum initio positus est ita immutatus 'Exegit poenas de cesare curia mollis', discrepant tamen in singulis ita, ut Parisini cum Thuaneo et Mellicensi faciant, Laurentianus ad Montepessulanum eiusque sodales propius accedat.

Lacunas, quas in libris praeter *V* extare supra diximus, homo quidam suo marte explere adgressus est. id quod iam ante saeculum undecimum factum esse inde colligitur, quod in Thuaneum haec commenta eiusdem fere saeculi, quo liber ille conscriptus est, manu illata sunt. is igitur codice Parisinis 2782, 5801, Laurentiano 45, 26 simillimo usus post v. 27 hunc inseruit 'Ostensus terris titus est breuitate bienni' et, cum in capitis de obitu imperatorum fronte iam versum 'Exegit poenas de cesare curia mollis' repperisset, Gai mentionem desiderans post v. 32 haec intulit 'Ter decies periit repetito uulnere gaius', denique post v. 25, quo loco unum versum deesse ceteris monostichorum capitibus collatis patet, hunc versum adiecit inepte confictum 'Interitus dignos uita properante probrosa'. eadem, quae in Thuaneo manu altera addita sunt, dico versus illos 'Ostensus . . . bienni', 'Exegit . . . mollis', 'Ter . . . gaius', 'Interitus . . . probrosa' leguntur in Parisino 5802, saec. XIII, f. 68^{v}, nisi quod loco versus 'Ostensus . . . bienni' in eo libro hoc commentum invenitur 'Heu tite monstrauit terris te uita biennis'. quem versum alteri adiunctum simul cum tribus reliquis exhibent Parisinus 6116, saec. XII, f. 122^{v} (inscr. 'Sidonii uersus'), Laurentianus 66, 39, saec. XII, f. 163^{r}, Bernensis 104 ('ex libris Petri Danielis') saec. XIIII, f. 131^{r} [48]),

47) in Par. 5801 tantum monosticha de obitu imperatorum et praefatio ad Hesperium (vv. 1—5) leguntur.

48) in his libris omnibus Ausonii versus Suetonii Caesaribus adiuncti sunt. in Laur. 64, 8 saec. XIII f. 72^{v} (inscr. 'Sydonii uersus'), in quo et ipso carmen de Caesaribus Suetonii librum sequitur, quattuor tantum ex versibus illis leguntur; deest enim versus 'Interitus . . . probrosa'.

denique codex membranaceus, cuius scripturas Heinsius in margine exemplaris Lugdunensis enotavit. ceterum in his libris omnibus eodem modo, quo in Mellicensi, praeter monosticha tetrastichorum versus 1 ('sequentes' Mell., 'secutos' cet.) et 2 leguntur.

His igitur praemissis de quattuor illis codicibus iam antea (p. XXII) commemoratis exponam, quibus monosticha et tetrastichorum versus 1—81 continentur, dico Laurentianos 64, 9 f. 112^{v}, 89 inf. 8 f. 112^{v}, Neapolitanum mus. publ. CXXV, Glasgoviensem mus. Hunter. V 3, 11. quos omnes ex eodem exemplari profectos esse totius scripturae consensus ostendit. adde quod eadem in omnibus est inscriptio, nisi quod in Glasgoviensi non 'Sydonii', sed 'Suetonii' legitur. hi igitur libri, quos littera *X* significabo, ex duabus partibus confecti sunt inter se diversis. nam monosticha et tetrastichorum versus 1 et 2 deprompta sunt ex codice libro Laurentiano 66, 39 eiusque sodalibus simillimo, id quod vel eo comprobatur, quod quinque illi versus novicii in omnibus leguntur (unus Glasgoviensis alterum de Tito versum in mg. m. alt. adiectum habet). accedit, quod et hi et illi libri in tetrastichorum versu primo eandem scripturam 'secutos' exhibent. ceteri versus, tetr. 3—81, descripti sunt ex codice, qui cum Magliabecchiano (f. 117^{r}) quam maxime conspirabat. quae res ut certis argumentis confirmetur, has quaeso inspicias scripturas: 2, 14 'gesserat' *X* ('gessit' om. 'in' *M*), 38 'fueris' *XM*, 41 'cominus usu' *XM*, 55 'sibi' *X* (om. *M* lacuna indicata; 'uiri' adscripsit manus saec. XV), 59 'parte', 'patrem' *XM*. — codices Parisinos contulit A. Schoene, Montepessulani scripturas O. Seeckii, Bruxellensis C. L. Ruelensii, praefecti bybliothecae, debeo liberalitati, ceteros libros praeter Laurentianum 89 inf. 8, Neapolitanum, Glasgoviensem, de quibus dixi p. XXII, ipse excussi.

Quodsi hanc de codicibus, in quibus Caesares leguntur, disputationem perlustraveris, adsentieris mihi puto neganti impedire quicquam, quo minus hos libros omnes ex uno eodemque exemplari fluxisse putemus. atque idem statuendum esset de libris ω, in quibus praeter monosticha tetrastichorum vv. 53—76 leguntur[49]), nisi unum obstaret, dico inscriptionem illam carminis tertii decimi tetrastichorum 'Nerva tetrarcha (tetrarca)', quae in *VBWΣ* legitur. hanc igitur Brandesius Ann. phil. 1881, 72 ex 'tetrasticha' ortam esse ratus suspicatus est Ausonium, cum post monosticha composita ceterorum post Domitianum imperatorum vitas moresque tetrastichis enarrare constituisset, carmina XIII—XVIII composuisse, deinde opere interrupto post multos annos ad eam rem rediisse ac tum carminibus I—XII et XVIIII—XXIIII conscriptis schedam, in qua carmina XIII—XVIII hac inscriptione 'Tetrasticha' adiecta legebantur, interposuisse. quae coniectura subtiliter sane excogitata est. nec quae sit alia eius rei explicandae ratio video. nam quominus coniciamus librarium, ut fere fieri solebat, in margine titulum huic capiti praefixum repetiisse, id impedit, quod haec inscriptio in ipso carmine, quod in ω tetrastichorum primum locum obtinet, invenitur.

---

49) nam conspirant plerumque cum *V*, quamquam quaedam inveniuntur in eis serpentis corruptelae grassantisque librariorum temeritatis vestigia, veluti 1, 40 'a morte' ω, 'orbis amor' *V*, 2, 63 'sociansque uirum documenta daturum' ω, 'cui iunctus erit documenta daturus' *V*, quo loco 'erit' recte se habet; nam si nobis mente fingimus Ausonium quasi monstrantem imperatorum imagines, non inepte ille dicere potuit 'cui iunctus erit', Antonini Pii vitam moresque carmine, quod sequebatur, enarraturus.

In carminibus XXX (De viro bono) et XXXI (NAI KAI OY) *G* et *W* plerumque consentiunt ita, ut, quin ad communem fontem redeant, omnino dubitari non possit. atque ex eodem fonte fluxerunt codices, quibus Vergilii qui dicitur Iuvenalis ludi libellus continetur (eos hoc loco littera *Z* significabo). id quod iam ex inscriptione carminis XXX ('De institutione uiri boni' *GWZ*, 'De uiro bono pytagorice ATIOACIC' *V*) et scripturis quibusdam, veluti XXXI v. 18 'conuenit' ('non' om.) intellegitur. maior autem codicum *Z* cum *W* quam cum *G* est cognatio. quam rem ut confirmem, te reicio ad v. 18 carminis XXX in *G* omissum, in *WZ* servatum. ne vero ex *W* hos libros profectos esse opinemur, praeter quasdam scripturae discrepantias id potissimum obstat, quod inter eos sunt codices quidam satis vetusti, in primis Bembinus saec. VIIII exaratus. hoc igitur certe saeculo iam florilegio illo, de quo supra diximus, discerpto ac poematis illis cum Vergilii quae dicuntur carminibus minoribus coniunctis constitutus erat liber ille Iuvenalis ludi (cf. Ribbeck. App. Verg. 24), quamquam patet nihil obstare, quo minus id iam ante hunc terminum factum esse statuamus. sed etsi arto cum *GW* coniuncti vinculo, tamen longe inferiores his sunt libri *Z*, non paucis scripturae vitiis inquinati (cf. XXX 12 'subter' *VGW*, 'subtus' *Z*, 13 om. *Z*, 14 'declinans' *VGW*, 'declinatis' vel 'declinat' *Z*). haec igitur de libris *Z*, de quibus accuratius exponere non huius loci esse puto. libris *GW* autem, quamquam differunt nonnumquam a Vossiano, non alteram horum carminum recensionem contineri, sed eandem omnibus originem esse totius scripturae consensus ostendit (cf. Peiper. 305). — in commentariis codicum *Z* scripturas a Ribbeckio, Riesio, Kleinio (mus. Rhen. XXIIII 607 sqq.) prolatas exhibui, adiunxi lectiones Parisini 17177 (cf. Baehrens. Poet. lat. min. II 10), quas enotavit A. Schoene, Vossiani Q 33 saec. X f. 132^{r}, quem contulit G. du Rieu, Vindobonensis 2521 saec. XII f. 142^{r}, quem ipse excussi, denique pauca ex Harleianis 2534, saec. XIII, f. 127^{r}, 3963, saec. XV, f. 249^{v} ab Henrico filio inspectis.

His pauca addam de Hesiodio (XXXII) et de carmine, quo Herculis labores enumerantur (XXXIII). atque Hesiodion in ceteris praeter Vossianum libris ex eodem exemplari profectum esse vel inde intellegitur, quod in eis v. 11 sqq. non leguntur. hos igitur versus is, qui florilegium illud concinnavit, cum ab hoc carmine alienos esse existimaret, omisit. adde quod et ex inscriptione et ex scriptura versus 10 ('secreta') summa librorum *GW*, Valencenensis 393, Helmstadiensis 332 similitudo conspicitur. nec tamen inter eos et *V* ullum, quod quidem alicuius momenti sit, discrimen intercedit. in carmine de Hercule *VGBW* ceterique, quos in commentariis enumeravi, non dissentiunt nisi in rebus levissimis. atque idem valet de codd. ω. nam si in Tiliano quaedam inveniuntur scripturae discrepantes, veluti 1 'laboris' (idem in Par. 18275 et deterioribus quibusdam extat), 5 'certamine', 6 'threitio', id nullam habet vim, cum in Magliabecchiano his locis eadem quae in *VGBW* legantur[50]).

50) in Hesiodio praeter Valencenenses adhibui Laurentianum 33, 31, Rehdigeranum S I 6, 17, Helmstadiensem 332, nunc Guelferbytanum, denique Arundelianum mus. Brit. 133 (Rehdigeranum contulit benigne M. Hertz, Helmstadiensem O. de Heinemann, Arundelianum H. Mueller-Struebing), in carmine de Herculis aerumnis Einsidlenses 326 et 302, Bernensem 250, Monacensem 14836 a G. Meiero, bybliothecae Einsidlensis praefecto, G. Rettigio, A. Holdero excussos.

Carmina II et VIIII Eglogarum libelli (*V*) iam saeculo octavo in kalendaria recepta fuisse libris eiusmodi, qui adhuc supersunt, edocemur. qua re factum est, ut Ausonii nominis in codicibus praeter *V* nullum vestigium inveniatur. accedit Bedae testimonium, qui in libri de temporum ratione c. XVI carmen VIIII adtulit his verbis adiectis 'sicut quidam veterum versibus explicavit heroicis', unde colligi potest eum scriptoris nomen iam non compertum habuisse. quanta autem fuerit hominum, qui talia poematia in usum suum deprompserunt, licentia, in carmine II vel maxime cognoscitur. quod carmen in omnibus praeter *V* libris turpiter deformatum legitur versu ultimo deperdito, quae lacuna partim altero novicio 'Imbrifer ast mensis tumque december adest', partim (in Durlacensi) versu duodecimo carminis 394 Anth. lat. expleta est. adde quod v. 9 soli Leidensis (Scal. 38) et Oxoniensis coll. S. Ioann. Bapt. XVII praeter Vossianum germanam scripturam 'opimat' servaverunt ceteris 'uegetat' vel 'uegitat' exhibentibus[51]. meliorem sortem expertum est carmen VIIII, quod non solum, si levissimas quasdam res excipias, intactum mansit si non in omnibus, at tamen in nonnullis id genus libris, sed etiam in quibusdam v. 11 veram scripturam 'nouembrem' ostendit. quodsi hoc carmen in Vindobonensis 3261 f. 26^{v} legitur ex alio libro, id quod ex scriptura versus undecimi colligitur, non ex Vossiano depromptum, hac tamen inscriptione adiecta 'Ausonij de duodecim signis', non inde sequitur Sannazarium Ausonii nomen in codice illo invenisse, sed potius statuendum est eum, cum id carmen in *V* legisset, huic apographo Ausonii nomen adiecisse. — codicum, quos in commentariis commemoravi, lectiones aut Riese in Anth. lat. editione protulit aut Ellis, Holder, Meyncke, Nolte, du Rieu, Schmitz, Schoene enotaverunt.

In epigrammate 68, quod in *VGω* legitur, *G* consentit cum *V* (cf. v. 8), quamquam scriptura in *G* locis quibusdam (cf. v. 3 et 5) deformata est. eodem modo cum *V* conspirat Vindobonensis 3261 f. 26^{r} in epigrammate 71, quod Sannazarius se ex libro eiusdem bybliothecae, in quo Vossianum invenit, descripsisse testatur. his addo Parisinum (Thuaneum) 8071, in quo f. 10^{r} leguntur epigrammata 89 et 88, quae utrum ex *ω* an ex altero carminum Ausonianorum corpore fluxerint, incertum est, et Riccardianum 907 saec. XVI, qui (fuit olim Bartholomaei Fontii) f. 182^{r} carmen XVII 28 et f. 183^{r} e. 21 exhibet, ex *V* ut videtur profecta.

cod. Regius (mus. Brit.) 15 B XVIIII (*R*)

Restat, ut breviter codicis Regii (mus. Brit.) 15 B XVIIII saec. VIII vel X mentionem faciam, quem librum accuratius descripserunt Zangemeisterus Sitzungsber. der Wien. Akad. LXXXIIII 513 sqq. et Baehrensius mus. Rhen. XXXI 93 sqq. leguntur in eo f. 83^{v} 'Versus de singulis mensibus' (V 2), f. 99^{r} 'Versus de diogene' (XVII 29, e. 49 et 50 in unum coniuncta), f. 102^{v} 'Mentio duodecim uersuum pre-

51) de carminibus, quibuscum haec egloga in codicibus coniuncta est, vide quae disputavit Baehrensius mus. Rhen. XXXI 97 sq., Poet. lat. min. I 202 sq. num autem ille recte suspicetur in hac sylloga quintum etiam Eglogarum carmen fuisse, id quod inde colligit, quod carminis Anth. lat. 394 inscriptio 'Item uersus de numero dierum singulorum mensium' similis est ei, quae est eglogae quintae ('Quoteni dies sunt mensuum singulorum'), in carmine autem illo de mensibus, non de dierum in singulis mensibus numero agitur, unde iam intercidisse ante id carmen eglogam quintam statuit, me dubitare fateor. certe ut praeter ea, quae Vossianus exhibet, alia de singulis mensibus carmina libris tradita sunt, ita etiam plura de dierum numero in singulis mensibus poemata antiquitus extitisse non a veri specie abhorret.

cipuarum uirtutum Herculis. siue epyθλφyoN. ipsius' (XXXIII). in carmine V 2 versum illum 'Imbrifer ast mensis tumque december adest' exhibet, in ceteris cum *V* conspirat, ita tamen, ut iam librariorum commenta in eum illata deprehendantur (cf. e. 50, 1). contulit hunc librum I. H. Nolte[52]).

Ceterum utrum carmina XVII 29, e. 49, 50, 71 in florilegio, quod nunc dispersum in *GBWZ* legitur, fuerint an ex eodem quo illud archetypo derivati sint, iam non diiudicare licet.

Quodsi ea, quae modo exposuimus, reputaveris, intelleges nullam omnino causam subesse, cur florilegium illud ex alio atque eo, unde originem suam traxit Vossianus, exemplari fluxisse statuamus. conspirant enim hi libri omnes in rebus gravioribus; quae autem scripturae discrepantiae sunt, eae librariis potius tribuendae esse videntur quam ex altera recensione manavisse.

Periochae solo codice Parisino 8500 nobis traditae sunt, in quo f. 16^{r}—20^{v} inter Ludum et Paulini ad Ausonium epistulas leguntur, nulla tamen inscriptione adiecta. nihil igitur ex ea re, quod Ludum secuntur, ad sententiam, qua volgo ab Ausonio eas profectas esse statuebant, comprobandam redundare facile intellegitur, praesertim cum Ausonii opuscula non semper continua serie se in hoc libro excipiant; veluti inter carmen XXVIIII et Versus paschales f. 27 inserti sunt versus aliquot Prudentii (Apoth. 782 sqq.). sed memorabile profecto est, quod in periocha alterius libri Iliadis versus tertius 'Caelestes hominumque genus superabile curis' conspirat cum eo, qui est epistulae XVIIII quintus 'Iam volucres hominumque genus superabile curis'. iam cum Ausonius saepius versus suos in aliis carminibus repetat[53]), inde fortasse colligas hunc libellum ad eum referendum esse; sed multo veri similior mihi alia coniectura esse videtur. etenim ut Ausonius E. XVIIII 1 sqq. Senecae in ludi de morte Claudii c. 2 versus imitatus est, ita Fulgentius Myth. I 616 sqq. S. hunc Ausonii locum imitando expressit. adde quod ille eodem loco ea, quae Ausonius XXVIII 4, 8 de Sulpiciae opusculo dixit, diserte significat. iam cum dicendi genus in Periochis ad id, quo Fulgentius usus est, potius quam ad Ausonianum accedat et in Parisino ante Ausonii Ludum f. 3^{v}—14^{r} Mythologiarum libri a Fulgentio conscripti legantur, malim cum Peipero 314 eum libellum huic tribuere. sed ut accuratius in eam rem inquiramus, non huius loci esse videtur.

Quo facilius autem, quibus libris singula Ausonii opuscula tradita sint, intellegatur, quamquam id siglis codicum in margine adiectis significavi, tamen tabulam, qua ea res illustratur, adiungam:

---

52) Cum codice Regio conspirat quam maxime Trevericus, qui est in bybliotheca urbica, signatus numero 1464, saec. XI. quo de libro egit P. Langen in symb. philol. Bonnens. in honorem F. Ritschelii collecta p. 263. leguntur in eius f. 116^{r} carmina XVII 29, e. 49 et 50. ipse contuli.

53) cf. III 35 sq. et XI 2, 41 sq.; V 2, 9 et 9, 9; VI 7 et VII 1; XV 4, 3 sq. et 18, 4 al.

B: Bruxell. 5370, *C*: Cantabrig. Kk V 34, *G*: liber S. Galli 899, *λ*: Laur. LI 13, *P*: Par. 8500, *Π*: Par. 7558, *R*: cod. Regius (mus. Brit.) 15 B XVIIII, *T*: Vossianus Q 107, *V*: Vossianus 111, *X*: codd., quibus Eglogarum libri carmina 2 et 9 continentur, *W*: Par. 4887, *ω*: prioris generis codd. praeter *C*, *Z*: libri, in quibus Vergilii 'Iuvenalis ludi libellus' legitur.

I (Theodosii epist.): *P*
II (Auson. ad Theod.): *VP*
III (Auson. ad lectorem et Syagr.): *V*
IIII (Ephemeris): *V*
3: *ΠCω*
V (Eglogarum liber) 1—10; 12—19: *V*
11: *ω*
2: *RX*
9: *X*
VI, VII (Precationes Aus. cons. des.): *V*
VIII (Grat. actio): *ω*
VIIII (Vers. pasch.): *VPω*
X (Orat. cons. aus.): *V*
XI (Epicedium): *Vω*
XII (De Herediolo): *V*
XIII (Protrepticus): *VPω*
XIIII (Genethliacon): *VP*
XV, XVI (Parent., Prof. Burd. Comm.): *V*
XVII (Epitaphia) 1—34: *V*
29—31, 34, 35: *ω*
29: *R*
XVIII 1 (Symm. epist. I 14): *GBλ cod. Symm.*
2 (Mosella): *GBλ*, *Rhenaug. LXII*, *Vat. 1650*
XVIIII (Ord. urb. nob.): *VPT*
XX (Ludus): *VP*
XXI (Caesares): *VBW Reginensis 1283*
1 *et* 2, 1—81: *Laurr. 64*, *9*; *89 inf. 8*, *Neap. 125*, *Glasgov. V 3*, *11*
1 *et* 2, 1—80: *Magl. I 6*, *29* (*f. 117r*)
1 *et* 2, 53—76: *ω*
1 *et* 2, 1 *sq.*: *Mellic.*, *Parr. 5802*, *6116*, *Laurr. 64*, *8*; *66*, *39*, *Bern. 104*, *cod. Heinsii*
1: *Parr. 8069*, *9347 alii*
XXII (De Fastis): 1 *et* 2: *V*
1, 3, 4: *ω*
XXIII (Ad Drepanium): *V*
XXIIII (Cupido), XXV (Bissula): *ω*
XXVI (Griphus): *VPω*
XXVII (Technopaegnion) 1 *et* 3—13: *V*
2—11 *et* 13: *ω*
1 *et* 3—9: *Voss. Q 33*
3—11 *et* 13: *C*
3, 4 (*vv.* 9—13), 5: *Par. 2772*
XXVIII (Cento): *ω*
XXVIIII (Pythagoricon): *P*
XXX (De viro bono): *VGWZ*
XXXI (ΝΑΙ ΚΑΙ ΟΥ): *VGWZ*
XXXII (Hesiodion): *VGW*
XXXIII (De Herculis aerumnis): *VGWR*
XXXiIII (De rat. librae): *V*
XXXV (De rat. mat. puerp.): *V*
E. I—III: *V*
E. IIII: *Vω*
E. V, VI, VII: *V*
E. VIII: *Vω*
E. VIIII: *V*
E. X—XVI: *ω*
E. XVII: *VP codd. Symm.*
E. XVIII—XXII: *ω*
E. XXIII—XXV: *VPΠ*, *Bruxell. 10704*
Par. 2122
XXIIII: *T*
e. 1—71, 74—114: *ω*
e. 8, 9, 21, 35, 40—44, 47—50, 68, 71—73, 84—89, 95: *V*
e. 2: *B*
e. 35: *P*
e. 49 *et* 50: *R*
e. 68: *G*
A. I (Periochae): *P*

V.

Postquam codices enumeravimus ac descripsimus, iam quae ratio inter Vossianum et libros *ω*[1]) intercedat in eis carminibus, quae in utroque codicum genere leguntur, explicemus necesse est. atque excerpta ex ampliore opusculorum Ausonianorum corpore et *V* et *ω* contineri supra comprobare studuimus. verum tamen haec excerpta in utroque librorum genere non ex eodem archetypo profecta sunt, sed iam antiquitus duas opusculorum Ausonianorum syllogas extitisse putandum est, unam sive ab

1) hoc siglo non solum ceteros prioris generis libros, sed etiam Cantabrigiensem (*C*), ubi non diserte commemoratur, complector.

Ausonio ipso sive ab alio homine illo etiamtum vivente concinnatam[2], alteram post Ausonii mortem a quodam, qui aut cognatione aut familiaritate quadam cum illo coniunctus erat, confectam, id quod recte statuisse videtur Brandesius Ann. phil. 1881, 76, cuius disputationem eis, quae mox exponam, tamquam fundamentum subiciam.

Maximi in ea re explicanda est momenti inscriptio carminis primi de Fastis (XXII 1), quae in *Mkv*^{2}*b*^{2}*gg*^{2} legitur: 'Consulari libro subiciendi quem ego ex cunctis consulibus unum coegi gregorio ex pref.' ex qua intellegitur Ausonium Fastorum librum ad Gregorium hoc carmine adiecto misisse. sed idem carmen in *V* inscribitur 'Ausonius Hesperio filio sal.', unde patet Hesperio quoque a patre hoc opusculum dono datum esse eodem carmine ornatum. plane eadem res est in Technopaegnio (XXVII). nam huic carmini praefixa est epistula in ω ad Paulinum, in *V* ad Pacatum scripta. primum igitur Paulino, deinde Pacato id carmen Ausonius dicavit[3].

---

2) Ausonium opuscula sua ad amicos misisse additis simul epistulis vel carminibus, quibus libellos suos illis commendaret, ex opusculis ipsis ac Symmachi epistulis I 14, 5 et 31, 2 intellegitur. neque tamen ex eo, quod opuscula cum amicis solis communicare videtur et E. XVII 29 de volgato quodam se invito libello queritur, colligas eum libros suos publico usui non destinavisse. immo in his nihil aliud conspicitur nisi quae erat eius aetatis nimia adfectatio ac blanda tergiversatio. adde quod Ausonius ipse saepius lecturos adloquitur (cf. III, quod carmen ad syllogen opusculorum ad Syagrium missam pertinet; XI 1, 4; XV 1, 2; 2, 15; XVII 1; XX 7; XXV 3). quam ob rem nequaquam a vero abhorret iam Ausonium ipsum syllogen opusculorum in publicum emisisse. certe ipse carmina quaedam in unum corpus coniunxit, veluti Versus paschales vel, si versus rhopalicos germanos esse putas, hos et Epicedion, Parentalia, Prof. Burd. commemorationem, Epitaphia. atque e. 2 et e. 35 referuntur ad syllogas epigrammatum, epistula ad Pacatum (XXIII) scripta pertinet ad corpus eglogarum; nam eis, quae in vv. 5 et 7 leguntur, non epigrammata, sed talia carmina, qualia sunt Cupido vel Griphus, significantur (cf. XXIIII 1, 6; XXVI 1, 1 et 11; XXVII 4, 1). adde quod in *λgg*^{2}*E* haec extat Cupidinis cruciati (XXIIII 1) inscriptio 'Incipit aeglogarum. Ausonius Gregorio filio', qua indicatur in altero corpore (ω) eglogarum librum constitutum fuisse. atque ipse Ausonius Cupidinem eglogam nominat; in *V* carmen ad Pacatum secuntur carmina XXVIIII—XXXII, XXXIIII, XXXV, ex quibus c. XXVIIII in *P* inscriptum est 'e g l o g a de ambiguitate uite eligende', XXX—XXXII eglogae appellantur in subscriptionibus codicum *GW* librorumque quorundam, quibus Vergilii Iuvenalis ludi libellus continetur (cf. Peiper. 309). unde iam mihi recte colligere videor Ausonium carmina quaedam in unum librum, qui 'Eglogarum' inscriptus erat, coniunxisse atque hunc ad Pacatum misisse (cf. Peiper. 274). quamquam obloquitur Brandesius p. 64 atque ex colore carminis, quod ad Pacatum scriptum est, et Catulli loco, quo usus est Ausonius, evincere studet prooemium illud ad syllogen epigrammatum referendum esse. sed, id quod iam supra diximus, non epigrammata verbis 'quisquilias ineptiasque' significantur. et Catulli loco eodem modo usus est Ausonius in praefatione Griphi (XXVI 1, 4). neque vero Brandesii coniectura confirmatur Pacati in e. 35, 9 commemoratione, de qua mox exponemus. nam si re vera epigrammatum syllogen ad Pacatum misit Ausonius hoc epigrammate praefixo, quid quaeso ei opus erat in eadem re altero prooemio? — quodsi imperator Theodosius Ausonium rogat, ut sibi scripta sua impertiat, id nequaquam ita accipiendum est, ut statuamus eo tempore syllogen opusculorum Ausonii non extitisse. nihil aliud enim agebat ille hac epistula, nisi ut seni de patria optime merito iustum honorem tribueret. atque ipse fatetur se olim Ausonii scripta lectitavisse et syllogen opusculorum Ausonii a. fere CCCLXXXIII concinnatam esse mox docebimus. ceterum quae Th. Birtius nuper in libro, quem inscripsit 'Das antike Buchwesen', de ratione, quam Ausonius in carminibus componendis atque edendis secutus est, disputavit (p. 101 sq., 156, 304), vereor ut probari possint. certe neque ex praefatiuncula Epitaphiorum colligi potest ea hoc consilio Prof. Burd. commemorationi adiecta esse, ut quod restabat vacuum in volumine expleretur, neque ullam veri speciem habet in opusculo de Bissula compluria epigrammata intercidisse neque denique recte temptatur epigrammatis 2 in Bruxellensi inscriptio 'Commendatio codicis'. nam et volumina et codices ea aetate in usu fuisse docet Symmachi (III 11, 4) locus ab ipso Birtio adlatus ac, si apud Ausonium ut apud Symmachum plerumque volumina commemorantur, in ea re uterque veterum scriptorum exempla magis quam suae aetatis usum respexisse videtur.

3) quod XXVII 4, 10 non solum in *V*, sed etiam in ω 'Pacato' legitur, id eodem modo quo duplices scripturae in Cantabrigiensi explicatur. nimirum librarius quidam, qui alterius generis codice usus est, super 'Paulino' adscripserat 'Pacato', quod postea ab altero Paulini nomine expulso receptum est.

tertium huius rei exemplum praebet e. 35, cuius in versu nono haec leguntur in *VP* 'Irascor Proculo', in ω 'Agat irascor', in quibus 'Pacato irascor' latere scite animadvertit Tollius, quamquam ea res ut in coniectura posita certa exploratague haberi non potest, quartum inscriptio illa tetrastichorum de Caesaribus carminis tertii decimi in *VBW* et Reginensi, de qua supra (p. XLVIII) diximus.

Iam si tabulam in capite altero huius prooemii propositam perlustraveris, intelleges in excerptis codicis Vossiani compluria inesse carmina (veluti II, XIIII, XVI, XVIIII, E. XXIII—XXV), quae annum CCCLXXXIII excedant, nullum in ω, quod hunc terminum egredi certis argumentis probari possit. unde iam statuere licet syllogen, ex qua excerpta sunt opuscula, quae libris ω continentur, hoc fere anno concinnatam esse. nam quod in hoc corpore legitur carmen de Fastis ad Gregorium missum quin ad hunc annum vel eum, qui antecedebat, referendum sit, dubitari non potest.

Ad haec argumenta sane gravissima accedit scripturae in *V* et ω discrepantia, quae quanta sit, ex hoc indice, quo si non omnes, at certe qui maxime memorabiles sunt loci continentur, facile intellegitur:

	ω	*V*
IIII 3, 1	Omnipotens quem mente colo pater unice rerum	Omnipotens solo mentis mihi cognite culte
8—16	*omissi*	
35	aetas (*cod. II*)	olim
80	Christe (*cf. VIIII 31*)	Nate
84	Consona quem celebrat modulato carmine plebes (*in C post h. v. eadem quae in V leguntur* Consona . . . carminẹa Dauid)	Consona quem celebrant modulati carmina Dauid
XI, 2 28	uera si qua fuit	ueram si scierim
38	natos tris numero genui	natos quattuor edidimus
13—16, 19—26, 29—34, 39 *et* 40, 43	*omissi*	
XIII 2, 30	mollis	fallax
XVII 30, 1	et odore perlue nardo	bene olente et unguine nardi
6	Felix seu memini siue nihil memini	Seu meminisse putes omnia siue nihil
31, 1	Lucius una quidem geminis sed	Vna quidem geminis fulget set
34, 5	compleuit munia uitae	quis non accuset in ista
6	Iam meritis anus est et adhuc	Aetatis meritis anus est
XXI 2, 63	sociansque uirum documenta daturum	cui iunctus erit documenta daturus
64	Assumpti	Adsciti
XXII 1, 8	congessit	digessit
9	Exemplo confide meo sic	Exemplum iam patris habes ut
10	Applicet	Adgreget
XXVI 2, 29	Iussaque quaternis suspendit	Iussa quater ternis affixit
45	fucat	comit
50	linea	regula
55	Qui medius	Vt tris sic
57	pereunte	pergente
XXVII 3, 5	sortita uices	obitura uicem
4, 10	labor hic	ludus
6, 1	coniugibus	coniugiis
12	nitet	manet
9, 6	Et furiata oestro tranat mare cimmerium bos	Threicium libycum freta cimeriumque secat uos
12	uindex	index
15	*om.*	
17	*post* 22 ω, *post* 24 *C*	

	ω	V
	ł pellax	
22	seruus ω, ferus *C*	pellax
23	Audaces licii nullo tamen in pretio Car *C*, *om.* ω	Fallaces ligures nullo situs in pretio car
24	Vellera depecti nemoralia uestifluus Ser *C*, *om.* ω ; *post* 10, 5 *in Cω haec leguntur* Iam pelago uolitat mercator uestifluus ser	Vellera depectit nemoralia uestifluus ser
26	Nota et paruorum cunis muliebre scelus strix	Nota caledoniis nuribus muliebre decus strix
10, 1	floriferum	floriparum
	ł fusura	
3	passura ω (passura *C*)	fusura
11, 12	*om.* ω, *legitur in C*	
13, 3	*post v.* 19 Et quod nonnumquam praesumit laetificum gau	Ennius ut memorat replea te laetificum gau
4	*om.* ω, *legitur in C, ubi* coquit	coquat
5	*sqq.* Scire uelim catalepta legens quid significet tau	Dic quid significent catalepta maronis in his al
	Et quod germano mixtum male letiferum min *C*, *om.* ω	Celtarum posuit sequitur non lucidius tau
	Imperium litem uenerem cur una notet res	Imperium litem uenerem cur saepe notat res
	Sitne peregrini uox nominis an latii sil	Estne peregrini uox nominis an latii sil
	Lintribus in geminis constratus ponto sit an pons	Et quo germano mixtum male letiferum min
		Lintribus in geminis constratus ponto sit an pons
E. IIII 69	*om.* ω	
70	Anticiramque bibas	t Anticipesque uiuum
87	*om.* ω	
94	potes ostolo	poteris teo
101	Totam . . . uacunam	Tortam . . . uel agnam
104	lauerna	taberna
E. VIII 14	Vale ualere si uoles me uel uola	Nugarum ueteres cum sale relliquias
e. 35, 8	uerum	bene ais
9	Agat irascor	Irascor Proculo
e. 41, 3	omnia rufi	hec siui constant
e. 68, 3	In proprium ut redeant tela retorta caput (manu *T*)	Auctorem ut feriant tela retorta suum
e. 71, 1	e populo . . . egrum	gaium . . . olim
e. 95, 1	alma . . . gliceras	ecce . . . diseros
12	Phedra et elissa tibi dent laqueum aut gladium	Quod sibi suaserunt phedra et elissa dabunt
13	Precipitem pelago uel leucados elige rupem	Quod canace phillisque et fastidiata phaonis.

Has scripturas si perlustraveris, facile intelleges codices ω foedissimis librariorum commentis deformatos esse. etenim id quod iam supra diximus, epistulae VIII versus ultimus, qui interciderat, temere suppletus est versu ex alia epistula desumpto; XVII 31, 1 illud 'Lucius' sine dubio profectum est ex lemmate, quo illato verbum 'fulget' expulsum est; aperte falsum est, quod legitur XI 2, 38 'natos tris numero genui', plane ineptae scripturae XXI 2, 63, XXVI 2, 50. 55, XXVII 6, 1 et 12; 9, 12; e. 71, 1; 95, 1, quas qui Ausonio tribuat, mente destitutus esse videatur. ac nonne is, qui versus XVII 30, 6; 34, 5 sq.; e. 95, 12 et 13 compegit, stultum se fuisse hominem ostendit, balbutientem potius quam loquentem? quid enim quaeso sibi vo-

lunt ista 'Felix, seu memini sive nihil memini' et ut optime se habent 34, 6 'Aetatis meritis anus est', ita sensu omnino cassa sunt 'Iam meritis anus est et adhuc'. adde quod quanta fuerit librariorum temeritas in scriptura immutanda, ex XXVII 9, 23 colligitur, in quo versu verba 'Fallaces ligures . . . situs' in *C* depravata sunt in 'Audaces licii . . . tamen'. sed de aliis etiam scripturis codicum ω, quibus primo obtutu non offendaris, quam maxime dubitari potest. etenim IIII 3, 84 quae leguntur in *V* Ausonio sine dubio dignissima sunt, minus autem placent ea, quae libri ω exhibent, ac fortasse ea res, quod 'modulati' non intellegebatur, homini cuidam ansam dedit ad hunc versum temere immutandum. XXVII 13, 5 offendit 'catalepta' Maronis nomine non adiecto, quod *V* praebet, et v. 3 verba 'quod nonnumquam praesumit' non Ausonii, sed librarii manum prodere videntur. mirum profecto est, quod XXVII 9, 24 in ω extat, 'Iam pelago volitat mercator vestifluus Ser.' primum enim quis quaeso umquam audivit de Serum navigationibus? (cf. Friedlaender. Darst. aus d. Sitt. Roms II^5 61 sq.). deinde id, quod proprium ac peculiare est Serum, desideratur in hoc versu, commemoratur in scriptura Vossiani. ac si re vera, id quod intellegitur ex versu XXVII 13, 5, qualis in *V* extat, Ausonius in carmine Vergiliano legit 'al', quis quaeso existimet eum illud 'al' in priore recensione silentio transiisse? certe in ea non 'tau, min, spin', sed 'tau, min, sil' eodem modo quo in altera commemorantur. sed turbatum esse iam antiquitus hoc loco a librariis ostendit versus septimus temere in eorum, quae Vergilius luserat, commemorationem intrusus (cf. Peiper. 285 sqq.) [4].

Vides pauca restare, quae re vera Ausonio tribui possint. atque ex his etiam, si eadem trutina omnia examinare velis, vereor ut nonnulla hoc experimento comprobentur. sed, ne longus sim, iam huic disputationi finem imponam, praesertim cum, etsi evincatur diversas in libris ω scripturas, quae ex altera recensione profectae esse videntur, non ad Ausonium referendas, sed omnes librariorum lubidine ac licentia ortas esse [5], vis argumentorum, quae supra proposuimus, non infringatur.

Quodsi haec recte disputavi, statuendum est duas antiquitus opusculorum Ausonianorum syllogas extitisse. quarum ex altera fluxerunt excerpta, quae codicibus ω continentur, ex altera profecta sunt excerpta in Vossiano et Parisino, florilegium illud, quod nunc dispersum in libro S. Galli, Bruxellensi, Parisino 4887 aliisque libris invenitur, Technopaegnii capita quaedam in Leidensi et Parisino, Oratio et epistulae XXIII—XXV in codicibus Paulinianis, de quibus supra exposuimus, denique Eglogarum carmina duo atque epigrammata quaedam. haec igitur de codicibus sufficiant: cetera, si quis velit, ex Peiperi libro petat, docto hercle ac laborioso, quem saepius laudavimus.

4) quod IIII 3, 1 legitur in ω 'quem mente colo, pater unice rerum' utrum Paulini imitatione 'omnipotens rerum genitor' confirmetur an ex hoc Paulini versu originem duxerit, in incerto relinquo.

5) ne versus quidem XXII 1, 9 'Exemplo confide meo: sic protinus et te' ita comparatus est, ut eo tamquam argumento utaris. nam ut concedo Ausonium, cum id carmen ad Gregorium mittere constituisset, ea, quae ad Hesperium scripserat, immutare potuisse, ita nihil impedit, quo minus statuamus Ausonium Gregorium eodem modo quo Hesperium adlocutum esse 'exemplum iam patris habes, ut protinus et te'; cf. XXIIII 1, 10.

VI.

Iam de ratione, quam in hac editione adornanda secutus sum, exposituro mihi primum, quo ordine opuscula Ausonii digesserim, explicandum esse videtur, ac diu me haesitavisse fateor, quem modum in ea re amplecterer. nam neque ordo, quem in editione Parisina incohatum Scaliger et Tollius constituerant, servari poterat, neque ea ratio mihi probanda esse videbatur, ut syllogis, quae in ω et V leguntur, praemissis florilegium illud, quod *GBW* aliisque continetur, adicerem. quis enim quaeso tulisset eadem carmina bis edita eaque illis, quae in ω extare supra demonstravi, scripturae vitiis inquinata? quis non gravatus esset, si legisset opuscula hac serie, qualis est in ω et V, proposita? quod si fecissem, non corpus integrum, sed male disiecti membra poetae habuisses. quae cum etiam atque etiam deliberavissem, tutissimum mihi visum est Vossiani vestigiis insistentem eum, qui aliqua certe ex parte aptus esse videretur, ordinem constituere, ita tamen, ut, si res plane incerta esset, a recepto ordine non recederem. qua in re probe sciebam me in varias reprehensiones incursurum esse: sed reprehendant per me licet, dummodo aliquid, quod reprehensioni omnino obnoxium non sit, proponant.

Primo igitur loco Parisinum secutus Theodosii epistulam posui, cui subiunxi carmen ab Ausonio ad hunc missum: secuntur praefatio ad lectorem et Syagrium, Ephemeris, Eglogarum liber, cui inserui ex ω carmen de mensibus et quattuor anni temporibus, Precationes Ausonii consulis designati, quibus cum Vineto adiunxi Gratiarum actionem, hanc excipiunt Versus paschales, carmen rhopalicum, quod quamquam ab Ausonio alienum esse puto, tamen eo loco, quem tenet in V, movere nolui, Epicedium, de heredíolo, Protrepticus, Genethliacon, nam Protrepticum et Genethliacon in V male inter epistulas collocata esse nemo non videt: postposui autem Genethliacon Protreptico libri Parisini in ea re auctoritatem secutus, his carminibus addidi Parentalia, Prof. Burd. commemorationem, Epitaphia, quibus ultimo loco ex ω carmen de Glaucia adiunxi[1], Mosellam, Ordinem urbium nobilium, Ludum, Caesares, epigrammata de Fastis, iam cum persuasissem mihi carmen ad Drepanium XXIII ad syllogen eglogarum referendum esse (cf. p. LIII), huic carmini adieci Cupidinem, Bissulam, Griphum, Technopaegnion, Centonem, Pythagoricon, De viro bono, ΝΑΙ ΚΑΙ ΟΥ, Hesiodion, Monosticha de aerumnis Herculis, quod poematium in libris *GW* ante eglogam de viro bono legitur, in V male Eglogarum libello insertum est, carmina de ratione librae et de ratione puerperii maturi, epistulas eodem ordine, quo in editionibus Tollii et Souchaei leguntur, exhibui — nam qua serie sese olim exceperint, iam neminem explicaturum esse persuasum habeo —, nisi quod epistulas XXV et XXIIII sedes suas mutare iussi, qua de re in capite primo huius prooemii exposui, ultimo loco collocavi Vossianum in ea re secutus Epigrammaton librum, in quo eundem fere, qui est in codicibus ω, ordinem tenui, ita tamen, ut epigrammata quaedam ab aliis, quibus eadem argu-

1) Ausonius heroum epitaphiis, quae ex Aristotelis Peplo deprompserat, tamquam appendicem alia eius modi carmina varii argumenti adiunxit.

menta tractantur, disiuncta transponerem et ea, quae in Vossiano solo leguntur, id genus carmina insererem[2]).

Ex Symmachi epistulis unam (I 14) recepi, quam iam in archetypo fuisse librorum *GB* testimonio confirmari videtur, ab Ausonio carmini de Mosella adiectam, eis, quae in Vossiano et Parisino extant, I 25 et 31, omissis; item omisi Paulini ad Ausonium epistulas, et Vossiano et Parisino traditas, Paulini orationem, quae in Vossiano solo legitur. non vero negem iam antiquitus has Symmachi epistulas et haec Paulini carmina in corpore illo, ex quo excerpta in Vossiano et Parisino fluxerunt, fuisse. nam facile fieri potuit, ut is, qui hanc syllogen concinnavit, libellos illos inter chartas ab Ausonio relictas inventos huic syllogae adiceret. id quod de Symmachi epistulis eo veri similius esse videtur, quod, si eas ex integro Symmachi epistularum corpore depromptas esse statuimus, haud facile intellegitur, cur hae potissimum electae sint aliis, quae illas et rerum gravitate et dicendi ornatu longe superant, neglectis.

In appendicem reieci Periochas, eglogam de rosis nascentibus, Septem sapientum sententias, Catonis de musis versus, denique epigrammata novicia a Bartholomaeo Merula aliisque falso Ausonio tributa.

Sed quo facilius, quae in opusculorum singulorum dispositione inter hanc et Souchaei editionem ratio intercedat, cognoscatur, hanc tabulam adponam:

ed. Souchaei	ed. nostra	ed. Souchaei	ed. nostra	ed. Souchaei	ed. nostra
1	e. 1	29	e. 31	57	e. 55
2	e. 3	30	e. 30	58	e. 56
3	e. 4	31	e. 32	59	e. 57
4	e. 5	32	e. 33	60	e. 58
5	e. 6	33	e. 34	61	A. V 27
6	e. 7	34	e. 35	62	A. V 28
7	A. V 35	35	XVII 31	63	A. V 29
8	e. 8	36	e. 26	64	e. 59
9	e. 2	37	e. 25	65	e. 60
10	e. 9	38	e. 27	66	e. 61
11	e. 10	39	e. 36	67	e. 62
12	e. 11	40	e. 37	68	e. 63
13	e. 12	41	e. 38	69	e. 64
14	e. 13	42	e. 52	70	e. 65
15	e. 14	43	A. V 7	71	e. 67
16	e. 15	44	e. 40	72	e. 68
17	e. 16	45	e. 41	73	e. 69
18	e. 17	46	e. 42	74	e. 70
19	e. 18	47	e. 43	75	e. 71
20	e. 19	48	e. 44	76	e. 72
21	e. 20	49	e. 45	77	e. 80
22	A. V 11	50	e. 46	78	e. 81
23	e. 21	51	e. 47	79	e. 82
24	e. 22	52	e. 48	80	e. 83
25	e. 23	53	e. 49	81	e. 84
26	e. 24	54	e. 50	82	e. 85
27	e. 28	55	e. 53	83	e. 86
28	e. 29	56	e. 54	84	e. 87

2) Ausonium enim in epigrammaton libro ea carmina, quibus easdem vel similes res tractaverat, inter se coniunxisse potius quam disiunxisse disertis lemmatum testimoniis, veluti in e. XXV, XXVI, XXVII evincitur.

ed. Souchaei	ed. nostra
85	A. V 30
86	e. 88
87	e. 89
88	e. 90
89	e. 91
90	e. 93
91	e. 94
92	e. 95
93	e. 96
94	e. 97
95	e. 98
96	e. 99
97	e. 100
98	e. 101
99	e. 102
100	e. 103
101	e. 104
102	e. 105
103	e. 106
104	A. V 31
105	A. V 32
106	A. V 8
107	A. V 34
108	e. 107
109—114	e. 108—113
115	A. V 19
116	A. V 16
117	A. V 4
118	A. V 2
119	e. 39
120	e. 66
121	A. V 13
122	A. V 20
123	e. 74
124	e. 75
125	e. 76
126	e. 77
127	e. 78
128	e. 79
129	A. V 21
130	A. V 22
131	e. 92
132	A. V 5
133	A. V 6
134	A. V 14
135	A. V 23
136	A. V 15
137	A. V 3
138	e. 73
139	A. V 24
140	A. V 17
141	A. V 25
142	A. V 9
143	A. V 10
144	A. V 12
145	A. V 18
146	e. 114
147 (de Fastis)	XXII 1
148	XXII 2
149	XXII 4
150	XXII 3
151—157 (Ephemeris)	IIII
158—189 (Parentalia)	XV
190—216 (Prof. Burd. Comm.)	XVI
217—244 (Epit. 1—27)	XVII 1—28
245 (Epit. 28)	e. 51
246 (Epit. 29)	A. V 26
247 (Epit. 30)	A. V 36
248 (Epit. 31)	XVII 29
249 (Epit. 32)	XVII 34
250 (Epit. 33)	XVII 35
251 (Epit. 34)	A. V 33
252 (Epit. 35)	XVII 32
253 (Epit. 36)	XVII 30
254 (Epit. 37)	XVII 33
255 (Epit. 38)	A. V 1
256—284 (Caesares)	XXI
285—298 (Ordo urb. nob.)	XVIIII
299—308 (Ludus sept. sap.)	XX
309—316 (Sept. sap. sent.)	A. III
317 (Vers. pasch., ed. I)	VIIII
318—319 (Epiced., ed. II)	XI
320 (De herediolo, ed. III)	XII
321—322 (Protrept., ed. IIII)	XIII
323 (Genethl., ed. V)	XIIII
324—325 (Cupid. cruc., ed. VI)	XXIIII
326—331 (Bissula, ed. VII)	XXV
332—333 (Precationes, ed. VIII, VIIII)	VI, VII
334 (Mosella, ed. X)	XVIII 2
335—336 (Griphus, ed. XI)	XXVI
337—349 (Technop., ed. XII)	XXVII
350—360 (Cento, ed. XIII)	XXVIII
361 (De rosis, ed. XIIII)	A. II
362 (Pythag., ed. XV)	XXVIIII
363 (De viro bono, ed. XVI)	XXX
364 (ΝΑΙ ΚΑΙ ΟΥ, ed. XVII)	XXXI
365 (Hesiod., ed. XVIII)	XXXII
366 (De aer. Herc., ed. XVIIII)	XXXIII
367 (De musis, ed. XX)	A. IIII
368 (Eglog. 1)	XXXIIII
369 (Eglog. 2)	XXXV
370 (Eglog. 3)	*omissum*
371 (Eglog. 4)	V 8
372 (Eglog. 5)	V 1
373 (Eglog. 6)	V 18
374 (Eglog. 7)	V 19
375 (Eglog. 8)	V 11
376 (Eglog. 9)	V 2
377 (Eglog. 10)	V 3
378 (Eglog. 11)	V 5
379 (Eglog. 12)	V 4
380 (Eglog. 13)	V 6
381 (Eglog. 14)	V 7
382 (Eglog. 15)	V 9
383 (Eglog. 16)	V 17
384 (Eglog. 17)	V 10
385 (Eglog. 18)	V 16
386 (Eglog. 19)	V 12
387 (Eglog. 20)	V 13
388 (Eglog. 21)	V 14
389 (Eglog. 22)	V 15
390	E. I
391	E. II
392	E. III
393	E. IIII
394	E. V
395	E. VI
396	E. VII
397	E. VIII
398	E. VIIII
399	E. X
400	E. XI
401	E. XII
402	E. XIII
403	E. XIIII
404	E. XV
405—406	E. XVI
407	E. XVII
408	E. XVIII
409	E. XVIIII
410	E. XX
411—413	E. XXI
414—415	E. XXII
416	E. XXIII
417	E. XXV
418	E. XXIIII
419	VIII
420—468	A. I
469 praefatiunculae tres	II
470 praefatiunculae tres	III
471 praefatiunculae tres	XXIII

In discrepanti codicum lectione enotanda non tam brevitati studebam quam id agebam, ut ea, quae in hoc prooemio breviter disserueram, ipsis librorum testimoniis ante oculos positis confirmarentur et, quae rationes inter singulos codices intercederent, accuratius cognosci posset. quam ob rem ex libris, qui ad alterum codicum genus pertinent, praeter levissimas quasdam res exhibui scripturas integras, ex eis, qui sunt prioris generis, codicis *T* lectiones omnes, codicis *M* fere omnes, codicis λ, ubi defit *M*, plerasque corruptelis foedioribus omissis, ceterorum selectas proposui. sed ut horum etiam librorum, qui Tiliano et Magliabecchiano inferiores sunt, notitia paullo accuratior comparari posset, adnotationibus ad Gratiarum actionem uberiorem scripturae delectum inserui. praeterea non ab re alienum esse duxi textus volgaris, qui in editione Tolliana nititur, lectiones ita commemorare, ut simul unde quaeque originem traxissent indicaretur. qua re quas rationes veteres editores atque in primis Iosephus Iustus Scaliger, quem posteriores plerumque secuti sunt, in Ausonio recensendo atque emendando amplexi sint, iam facili negotio quivis intelleget.

Orthographiae codicum eam, quae sufficere videbatur, in commentariis dedi notitiam. itaque omisi res levissimas veluti 'e : ae', 'ci : ti', praeterea ex libri *V* scripturis tales, quales sunt 'mici, nicil, uellum (bellum), abus (auus), abeo (habeo), abito', quas scripturas tum demum, si quod momentum in eis inesse videbatur, commemoravi. eandem rationem in his scripturis vitiosis manu altera correctis amplexus sum, veluti si 'mici' in 'mihi', 'abus' in 'auus', 'abeo' in 'habeo' mutata sunt, vel in litteris manu altera illatis, veluti 'cā^{n}cro' ('n' m^2), 'q$^{s^a}$' ('a' m^2). nam si omnes eiusmodi res proposuissem, inutili mole onerassem adparatum ac taedium parassem legentibus. ceterum de his scripturis abunde me dixisse puto et in prooemio (p. XXXIII adn. 22) et in indice tertio.

In coniecturis, sive eae ab aliis propositae erant sive a me profectae, in verborum ordinem recipiendis parcior fui. raro igitur in oratione constituenda eas adhibui, plerumque in adnotatione commemoravi: quid quod nonnullas ab aliis prolatas sciens neglexi, ita tamen, ut locos quosdam, qui mihi immerito in suspicionem vocari videbantur, brevi in indice tertio interpretatione adiecta defenderem [3]). ceterum quanto

---

3) de locis quibusdam Ausonianis novissimis temporibus disputaverunt C. O. Axt Quaest. Auson. Lips. 1873, p. 20 sqq., Ae. Baehrens Ann. phil. 1876, 151 sqq., G. Brandes Quaest. Auson. Brunsvig. 1876, p. 32 sqq. (Act. soc. phil. Lips. V 319), Ann. phil. 115, 861; 119, 318 sqq.; 123, 63 sqq.; R. Dezeimeris Leçons nouvelles et remarques sur le texte de divers auteurs Burd. 1876, p. 74 sqq., Corrections d'Ausone Rev. crit. 1879, p. 127, Compt. rend. des séances de l'Acad. des inscr. 1879 (ilt — sept.), Corrections et remarques sur le texte de divers auteurs Burdig. 1880, p. 7 sqq., Études sur le Querolus Burd. 1881, p. 9 sqq., G. Goetz Phil. XXXIIII 295, M. Haupt Opusc. III 459 sq., 503, 581, 620, E. Mehler Mnem. VI 411 sq., M. Mertens Quaest. Auson. Lips. 1880, p. 34 sqq., H. I. Mueller Symb. ad emend. script. lat. Berol. 1876, p. 24, H. Speck Quaest. Auson. Vratislaviae 1874, p. 49, R. Vnger Phil. XXXIII 616, XXXIIII 136, Ann. phil. 1876, 648, H. Weil Rev. phil. I 197. quibus adde ea quae ipse disputavi Melet. Vindob. II p. 275, Ephem. gymn. Austr. 1880 p. 735, 895, 1881 p. 16, 102, 176, 260, 330, 737.

Coniecturas Heinsianas, quae in Adversariis a P. Burmanno editis non leguntur, me ex exemplari editionis Lugdunensis, de quo p. XXV dixi, hausisse scito. huius enim libri in margine Heinsius praeter lectiones ex Vossiano 111, Laurentiano 33, 19 aliisque codicibus excerptas ea, quae ad Ausonium emendandum ipse contulerat, adscripsit. quorum alia sunt futtilia ac reicienda, alia luculenta et vere splendida. quas passim commemoravi Iani Dousae coniecturas, eas petii ex altero eiusdem editionis exemplari, quod olim fuit P. Burmanni, nunc emptione in meas manus pervenit. notas in huius margine, quibus scripturae ex Vos-

opere in scriptura constituenda atque emendanda Theodori Mommseni iudicio et consilio adiutus sim, ut ego gratissimo cum animo agnosco, ita hic liber ipse testatur haud paucis egregie ab illo inventis ornatus. nec minus honorifice commemorandi sunt mihi collegae optimi ac doctissimi, Guilelmus Hartel, qui quae speciminibus typographicis perlustratis adnotavit atque in his perbonas locorum quorundam emendationes benigne in meum usum contulit, et Otto Hirschfeld, qui de rebus geographicis et epigraphicis consultus de eis, quae ad Ausonium illustrandum requiri videbantur, summa qua est humanitate me edocuit. his igitur et viris doctissimis, qui me in hoc libro conficiendo sive libellis subministratis sive codicibus indicatis, transmissis, collatis adiuverunt, N. Anziani, G. Brandes, D. Detlefsen, R. Dezeimeris, O. de Heinemann, G. du Rieu, C. L. Ruelens, O. Seeck, qui, ut Symmachi editione, quam nunc curat, uterer, benigne concessit, ceterisque, quos iam in hoc prooemio nominavi, ea qua decet observantia quam maximas gratias ago.

---

siano 111 petitae, multa quae ad illustrandum, pauca quae ad emendandum Ausonium pertinent, continentur, ad Ianum Dousam referendas esse ipse Burmannus sua manu in folio adiecto testatus est. minoris etiam momenti sunt ea, quae in margine editionis Genevensis a. MDXIIC in lucẽm emissae (extat in bybliotheca Guelferbytana numero 348 Gud. insignita) adscripsit Claudius Salmasius. nam ex coniecturis, quas proposuit, hae tantum quas commemorarem dignae esse videbantur: XV 25, 3 'matri', XXVIII 1, 5 'naucum', e. 107, 17 'incesto'. denique inspexi cod. Scaliger. N. 60 B bybliothecae Leidensis, cuius in ff. 69—71 addenda ad lectiones Ausonianas a Scaligero conscripta leguntur. nihil tamen ex eis, quod quidem alicuius momenti esset, ad Ausonii opuscula emendanda peti potuit. novissime R. Dezeimeris in libello, quem inscripsit 'A propos d'un manuscrit d'Ausone', Burdigalae a. 1883 in lucem emisso, editionis Aldinae, quam ipse possidet, mentionem fecit. cuius in marginibus cum praeter scripturas codicis Vossiani coniecturae aliquot adiectae leguntur, has ut commendabiles proposuit: E. XIIII 23 'immensis', A. V 2, 4 'laesa', quod coniecit Heinsius, A. V 9, 2 'uxorem abigere'. sed neque 'immensis' ferri potest neque 'abigere' eum, qui carmen A. V 9 composuit, scripsisse probabile est.

In indice primo conficiendo praeter Vineti, Scaligeri, Tollii, Floridi, Souchaei commentarios, praeter Speckii libellum, in quo de Ausonii studiis Vergilianis agitur, denique praeter ea, quae Kellerus et Holderus in editione Horatii, Dillenburgerus in eph. gymn. Berol. 1868, p. 323 sqq., Kellerus in Epilegomenis Horatianis collegerunt, adhibui Antonii Zingerlingii librum 'Zu späteren lat. Dichtern' I p. 27 sqq. et M. Hertzii Anal. ad carm. Hor. hist. cap. IIII; in indice tertio praeter Raehsii libellum 'De re metrica Ausonii' Berol. 1868 usus sum A. Meureri disputatione de D. Magni Ausonii genere dicendi Monasterii 1873 in lucem emissa.

Vindobonae m. Maio a. MDCCCLXXXIII.

Carolus Schenkl.

INDEX LIBRORVM.

Prius codicum genus:

T Tilianus, Vossianus Q 107 (prooem. XIX)
M Magliabecchianus I 6, 29 (prooem. XXI)
λ Laurentianus LI 13, Magliabecchiani apographum (prooem. XXI)
- *e* Escorialensis III S 25
- *k* cod. Regius mus. Brit. (Kings-Ms. 31)
- *l* Laurentianus XXXIII 19
- *m* Magliabecchianus VII 8, 315
- *p* Patavinus C 64
- p^2 Perusinus J 102
- *u* Vrbinas 649
- *v* Vaticanus 1611
- v^2 Vaticanus 3152

} deteriores (prooem. XXII sqq.)

ω hi libri omnes (simulque, nisi diserte commemorati sunt, codices excerptorum)
χ deteriores, in primis quos accuratius collatos habui, *lmuv*^{2}
- b^2 Barberinus 815
- *g* Augustanus 10, 9
- g^2 Gudianus 145
- *μ* cod. S. Marci App. cl. XII 8
- p^3 Parisinus 18275

} codices excerptorum (prooem. XXVI sq.)

- *a* Ambrosianus P 83 sup.
- h^2 Harleianus 2578
- p^4 Parisinus 8284

} apographa librorum impressorum (prooem. XXI et XXVIII)

C Cantabrigiensis 2076 (univ. Kk. V 34) (prooem. XXIX)
E ed. princeps Ven. 1472 (prooem. XXVI)
- *Med.* Mediolanensis 1490
- *Ven.*^{2} Veneta 1494
- *Ven.*^{3} Veneta 1496
- *Ug.* ed. Vgoleti 1499
- *Ven.*^{4} Veneta 1507
- *Par.* Parisina 1513
- *Iunt.* Iuntina 1517
- *Ald.* Aldina 1517
- *Basil.* Basiliensis 1523

} prooem. XXX sq.

Alterum codicum genus:

V Vossianus 111 (prooem. XXXII)
P Parisinus 8500 (prooem. XXXIX)
- *h* Harleianus 2613
- h^3 Harleianus 2599

} Parisini apographa (prooem. XL)

Q Vossianus Q 33 (prooem. XLI)
O Parisinus 2772 (prooem. XLI)

Π Parisinus 7558 (prooem. XLII)
β Bruxellensis 10704 (prooem. XLII)
π Parisinus 2122 (prooem. XLII)
G cod. S. Galli 899 (prooem. XLIV)
B Bruxellensis 5370 (prooem. XLIV)
R cod. Regius mus. Brit. 15 B XVIIII, quo continentur V 2; XVII 29; XXXIII; e. 49. 50 (prooem. L)
W cod. Parisinus 4887 eiusque apographa (prooem. XLIV)
Lugd. ed. Lugdunensis 1558
Scal. Scaliger
Vin. Vinetus
Amstelod. ed. Amstelodamensis 1750

De ceteris codicibus vide quae initio capitum IIII 3, V 2 et 9, XVIII, XXI, XXVIIII —XXXIII, E. XVII, XXIIII exposui.

* *significat litteram erasam; uncis obliquis verba vel litteras ex coniectura addita indicavi, rectis ea verba, quae ut in textum illata secludenda videbantur.*

in Vossiani 111 scripturis a manu altera profectis significandis ita versatus sum, ut litteras supra scriptas, adiectas, illitas distinguerem, veluti 'condi^{de}ram (de m^2)' *indicat* de *supra m. alt. scriptum esse,* 'condideram (de *add.* m^2)' de *in eadem linea m. alt. adiectum,* 'condideram (de m^2)' de *m. alt. illatum in antiquam scripturam iam non conspicuam.*

D. MAGNI AVSONII

OPVSCVLA.

I. EPISTVLA THEODOSI AVGVSTI.

Amor meus qui in te est et admiratio ingenii atque eruditionis tuae, quae multo (*P*)
maxima sunt, fecit, parens iucundissime, ut morem principibus aliis solitum sequestrarem familiaremque sermonem autographum ad te transmitterem, postulans pro iure non equidem regio, sed illius privatae inter nos caritatis, ne fraudari me scriptorum tuorum lectione patiaris. quae olim mihi cognita et iam per tempus oblita rursum desidero, non solum ut quae sunt nota recolantur, sed etiam ut ea, quae fama celebri adiecta memorantur, accipiam. quae tu de promptuario scriniorum tuorum, qui me amas, libens inperties, secutus exempla auctorum optimorum, quibus par esse meruisti. qui Octaviano Augusto rerum potienti certatim opera sua tradebant, nullo fine in eius honorem multa condentes. qui illos haut sciam an aequaliter atque ego te admiratus sit: certe non amplius diligebat. vale parens.

II. DOMINO MEO ET OMNIVM THEODOSIO AVGVSTO AVSONIVS TVVS.

Agricolam si flava Ceres dare semina terrae, 469
Gradivus iubeat si capere arma ducem, (*VP*)
solvere de portu classem Neptunus inermem:
fidere tam fas est quam dubitare nefas,
insanum quamvis hiemet mare crudaque tellus
seminibus bello nec satis apta manus.
nil dubites auctore bono. mortalia quaerunt
consilium: certus iussa capesse dei.
scribere me Augustus iubet et mea carmina poscit,
paene rogans: blando vis latet imperio.
non habeo ingenium: Caesar sed iussit: habebo.
cur me posse negem, posse quod ille putat?
invalidas vires ipse excitat et iuvat idem,
qui iubet: obsequium sufficit esse meum.
non tutum renuisse deo: laudata pudoris
saepe mora est, quotiens contra parem dubites.

II. 5 Hor. Sat. II 2, 17 atrum . . . hiemat mare 8 Verg. Aen. I 77 iussa capessere

---

I. Incipit epistola Theodosi Augusti *P*, Theodosius Augustus Ausonio Parenti salutem *Ven.*[4] *volgo* 2 iocundissime *P* solitus *P*, solitum *Ven.*[4] 4 quidem *Ven.*[4] *volgo* 6 desydero *P* recolam *Par. volgo* etiam *om. Ven.*[4] *volgo* 7 promtuario scrineorum *P* 8 īpertiēs *P*, impartiare *Ven.*[4], impertiare *Scal. volgo* 10 haud *Ven.*[4] adquae *P*, ac *Ven.*[4] *volgo* 11 scit *P*, sit *Ven.*[4]

II. Teudosio ā Ausonius *V*, Responsiua Ausonii ad Theodosium Augustum Ꝛca. Domino meo et omnium Theodosium Augusto. Ausonius tuus *P*, Ausonius Theodosio Augusto *Ven.*[4] 1 Agricolā *V* (Agricol m^2 *in ras.*) 2 gradiu^{v}s *V* (m^2 *in ras.*) 4 nephas *P* 5 crudaq$^{\backsim}$* *V* 6 abta *V* 7 nicil *V* (ci *eras.*) bonū *V* 9 et in ea *P* 10 uix *P* 11 ingenio *P*, id genii *Ven.*[4] iussit *V* (t *in ras.* m^2) 13 exitat *V* 14 esse *V Ven.*[4], ipse *P* 15 totum *P* remuisse Vm^1 16 cotiens *V* diuites *V*

quin etiam non iussa parant erumpere dudum
carmina. quis nolit Caesaris esse liber,
ne ferat indignum vatem centumque lituras,
mutandas semper deteriore nota?
tu modo te iussisse, pater Romane, memento
inque meis culpis da tibi tu veniam.

III. AVSONIVS LECTORI SAL.

Ausonius genitor nobis, ego nomine eodem: 470
qui sim, qua secta stirpe lare et patria, (*V*)
adscripsi, ut nosses, bone vir, quicumque fuisses,
et notum memori me coleres animo.
Vasates patria est patri: gens Haedua matri
de patre, Tarbellis set genetrix ab Aquis:
ipse ego Burdigalae genitus: divisa per urbes
quattuor antiquas stirpis origo meae.
hinc late fusa est cognatio. nomina multis
ex nostra, ut placitum, ducta domo veniant.
derivata aliis, nobis ab stemmate primo
et non cognati, sed genetiva placent.
set redeo ad seriem. genitor studuit medicinae,
disciplinarum quae dedit una deum:
nos ad grammaticen studium convertimus et mox
rhetorices etiam quod satis attigimus.
nec fora non celebrata mihi, set cura docendi
cultior et nomen grammatici merui,
non tam grande quidem, quo gloria nostra subiret
Aemilium aut Scaurum Berytiumve Probum,
sed quo nostrates, Aquitanica nomina, multos
conlatus, set non subditus aspicerem:
exactisque dehinc per trina decennia fastis
deserui doctor municipalem operam
aurea et Augusti palatia iussus adire
Augustam subolem grammaticus docui,
mox etiam rhetor. nec enim fiducia nobis
vana aut non solidi gloria iudicii.

---

19 sq. Mart. I 3, 9 sed tu ne totiens domini patiare lituras 21 Verg. Aen. VIIII 449 pater Romanus Aen. VI 851 Romane memento 22 Plin. N. H. praef. 4 hanc igitur tibi inputabis et in nostra culpa tibi ignosces

III. 13 Paullin. Pell. carm. euch. 113 sed redeo ad seriem

---

17 parum *P* 20 mu*tandas *V* 21 uixisse *P* 22 Explicit *P*

III. Abhinc Auson^{ii} opusc^{v}la Ausonius lectori salutē *V*, Ausonius Syagrio suo S. *Scal. volgo* 2 quam sectā *Vm*^{1} 3 fuissem *Scal. volgo* 6 teruellus *V corr. Scal.* 8 mę *Vm*^{1} 10 ut *V s. v.* 12 genitiba *V* (i *pr. ex* e) 15 et mox *add. Vm*^{2} 16 et mox retorices *V* s^{a}tis *V* (a *m*^{2}) 18 nimen *V* (i *ex* o *m*^{2}) 20 beritique *V*, Berytiumque *Lugd. volgo*, Berytiumve *Toll*; *an* et Scaurum Berytiumque (*cf. XVI 16, 12*; *21, 7*)? 21 aquitanaque *V*, Aquitanica *ed. vetus Fruteri* 22 et non *V*, set non *Vin.*, non et *Scal. volgo* 24 *adserui *V corr. Brandes* 26 augus**tam *V* 27 retor *V* 28 una *V corr. Lugd.*

cedo tamen fuerint fama potiore magistri,
dum nulli fuerit discipulus melior.
Alcides Atlantis et Aeacides Chironis,
paene Iove iste satus, filius ille Iovis,
Thessaliam Thebasque suos habuere penates:
at meus hic toto regnat in orbe suo.
cuius ego comes et quaestor et culmen honorum,
praefectus Gallis et Libyae et Latio,
et prior indeptus fasces Latiamque curulem,
consul collega posteriore fui.
hic ego Ausonius: sed tu ne temne, quod ultro
patronum nostris te paro carminibus.

AVSONIVS SYAGRIO.

Pectoris ut nostri sedem colis, alme Syagri,
communemque habitas alter ego Ausonium:
sic etiam nostro praefatus habebere libro,
differat ut nihilo, sit tuus anne meus.

IIII. EPHEMERIS

ID EST TOTIVS DIEI NEGOTIVM.

1.

Mane iam clarum reserat fenestras, 151
iam strepit nidis vigilax hirundo: (*V*)
tu velut primam mediamque noctem,
Parmeno, dormis.

dormiunt glires hiemem perennem,
sed cibo parcunt: tibi causa somni,
multa quod potas nimiaque caedis
mole saginam.

inde nec flexas sonus intrat aures
et locum mentis sopor altus urget
nec coruscantis oculos lacessunt
fulgura lucis.

IIII. **1.** 1 Pers. III 1 sq. iam clarum mane fenestras intrat 3 Hor. Carm. I 25, 7 sq. noctes, Lydia, dormis 5 Mart. XIII 59, 1 tota mihi dormitur hiems 7 Plaut. Mostell. I 1, 62 (65) saginam caedite (Symm. I 7, 2 caedundae saginae) 10 Hor. Carm. I 24, 5 perpetuus sopor urguet

---

31 chi^{ce}ronis *V* (ce *m*^{2}) 32 sat$\overset{v}{*}$s *V* (i *eras.*) 33 thebas*que *V* 35 ego et *Heinsius* 36 praefectis *V corr. Lugd.* lybiae *V* *post v. 40 litt. mai.* Ausonius Suagrio *V* 43 abe^{be}re *V* (be *m*^{2}) 44 micilo *Vm*^{1}

IIII. **1.** Incipit ephe^{me}ris id est toti^{v}s diei negotiū *V* 4 (*et* 20) parmino *V* 5 perennem *V* (m *eras.*) 7 tendis *V*, caedis *Toll* 12 solis *Markland*

annuam quondam iuveni quietem,
noctis et lucis vicibus manentem,
fabulae fingunt, cui Luna somnos
continuarit.

surge, nugator lacerande virgis,
surge, ne longus tibi somnus, unde
non times, detur: rape membra molli,
Parmenò, lecto.

fors et haec somnum tibi cantilena
Sapphico suadet modulata versu.
Lesbiae depelle modum quietis,
acer iambe.

2. PARECBASIS.

Puer, eia, surge et calceos
et linteam da sindonem.
da, quidquid est, amictui
quod iam parasti, ut prodeam.
da rore fontano abluam
manus et os et lumina.
pateatque fac sacrarium
nullo paratu extrinsecus.
pia verba, vota innoxia
rei divinae copia est.
nec tus cremandum postulo
nec liba crusti mellei 152
foculumque vivi caespitis (*V*)
vanis relinquo altaribus.
deus precandus est mihi
ac filius summi dei,
maiestas unius modi,
sociata sacro spiritu.
et ecce iam vota ordior
et cogitatio numinis
praesentiam sentit pavens —
pavetne quicquam spes, fides?

3. ORATIO.

Omnipotens, solo mentis mihi cognite cultu, 153
ignorate malis et nulli ignote piorum: (*VCIIω*)
principio extremoque carens, antiquior aevo,
quod fuit aut veniet: cuius formamque modumque

---

17 sqq. Hor. Carm. III 11, 37 sqq. surge . . . surge, ne longus tibi somnus, unde non times, detur **2.** 11 Tibull. I 7, 53 sq. tibi dem turis honores, libem et Mopsopio dulcia mella favo 13 Hor. Carm. I 19, 13 vivum . . . caespitem **3.** 1 Paulin. 4, 1 Omnipotens genitor rerum

---

13 condā̆ *V* 22 saffico *V* 23 lesbii *V*, Lesbiae *Scal.* modu^{lu}m *V* (lu m^2)

2. Īt parecbasis ^{a} saffico (a m^2) addimetrū̆ *V* (*in mg.* m^2 M̄tr̄ iambicoquaternario; *in mg. imo* m^2 Quę mei causa fuerit) 5 fonteno *V* (*corr.* m^1) 6 hos *V* 13 caespitis *V* (a *eras.*) 16 hac *V* (h *del.* m^2) 18 spiritui *V*, spiritu *Vin.* 22 *in mg. m. alt. in ras.* *V* (m^1 .....d(b?)..th(b?)o...) qicquam *V* spes *susp.*; *nisi forte plura etiam immutavit corrector*

3. Oratio *V*, Oratio matutina Ausonii ad deum omnipoten em *C*, Incipit oratio scī Ausoni *Π*, Item incipit praecatio matutina ad omnipotentem deum *λ*, Precatio matutina ad omnipotentem deum *TpvE et Ambros. F 36 sup. f. 81^{r}* (*α*), Precatio ad nepotem *mu*, Ausonii poetę oratio matutina *Marc. App. cl. XIIII 230 f. 1^{r}* (*σ*), Decii Magni Ausonii precatio matutina ad omnipotentem deum *Vratislaviensis IIII F 36 f. 102* (*w*), Ad deum omnipotentem precatio *Reginensis 29 f. 261^{v}* (*r*); *vv. 58—78 in* p^3, *v. 58 in mg. adscriptum* oratio 1 Omn̄pts *V* solo mentis mihi cognite (og m^2) cultu (cultŏ *Π*) *VII*, quem mente colo pater unice rerum *Cω* (rex *T*)

nec mens conplecti poterit nec lingua profari:
cernere quem solus coramque audire iubentem
fas habet et patriam propter considere dextram
ipse opifex rerum, rebus causa ipse creandis,
ipse dei verbum, verbum deus, anticipator
mundi, quem facturus erat: generatus in illo
tempore, quo tempus nondum fuit: editus ante
quam iubar et rutilus caelum inlustraret Eous:
quo sine nil actum, per quem facta omnia: cuius
in caelo solium, cui subdita terra sedenti
et mare et obscurae chaos insuperabile noctis:
inrequies, cuncta ipse movens, vegetator inertum:
non genito genitore deus, qui fraude superbi
offensus populi gentes in regna vocavit,
stirpis adoptivae meliore propage colendus:
cernere quem licuit proavis, quo numine viso
et patrem vidisse datum: contagia nostra
qui tulit et diri passus ludibria leti
esse iter aeternae docuit remeabile vitae:
nec solam remeare animam, sed corpore toto
caelestes intrare plagas et inane sepulcri
arcanum vacuis adopertum linquere terris.

Nate patris summi nostroque salutifer aevo,
virtutes patrias genitor cui tradidit omnes,
nil ex invidia retinens plenusque datorum,
pande viam precibus patriasque haec perfer ad aures.

Da, pater, invictam contra omnia crimina mentem
vipereumque nefas nocituri averte veneni.
sit satis, antiquam serpens quod perdidit Evam
deceptumque adiunxit Adam: nos sera nepotum
semina, veridicis olim praedicta prophetis,
vitemus laqueos, quos letifer inplicat anguis.
pande viam, quae me post vincula corporis aegri
in sublime ferat, puri qua lactea caeli

---

5 Paulin. 33, 16 quae nec mens humana capit nec lingua profari 9 Ev. Ioann. 1, 1 13 Ev. Ioann. 1, 3 14 Ev. Matth. 5, 34 sq. neque per caelum, quia thronus dei est, neque per terram, quia scabellum est pedum eius 18 Paul. ad Rom. 9, 9 sqq. 19 ibid. 11, 17 sq. 20 sq. Ev. Ioann. 14, 9 qui videt me, videt et patrem 31 Paullin. Pell. carm. euch. 602 da precor intrepidam contra omnia tristia mentem

---

5 complecti (completi *T*) *Cω* 6 contraque *C* 7 propius *T* dexteram *C* *vv.* 8—16 (*incl.*) *om. ω* 8 causa ipe *C* 9 uerbum *ante* deus *om. Π* antecipator *C* (e *in* i *mut.*) 11 tempore *V* (*m*² *in ras.*) editur *V*, ed*itus *Π*, aeditus *C* 12 illustraret *C* 13 s^{in}e (in *m*²) nil actum *V* (nil ac *m*² *in ras.*) 14 sedenti È *Π* 15 cahos *V* *post* noctis *in Π* īrequies *eras.* 16 cunctis *Π* 17 genitorę genitore *T* 18 regno *Π* 19 styrpis *Π* adobtiuę *V* (b *m*² *in ras.*) 20 nomine *T*, nŏmine *l* 21 datum *V* (datur *m*²) 22 dira pasuus *Π* (u *pr. in* s *mut. m*²) laeti *Πλ*, loeti *C* 23 i*ter *V* (n *eras.*) iter] et *Π* uita *Π* *in vv. 24—29 ultimis scriptura evanida in V refecta est m*² 24 solum *Π* 25 intrareplagas *V* (rep *m*² *in ras.*) sepulchri *ΠCTλ* 26 archanăm *C* 28 om̄s *ΠT*, omnis *χ*, omnes *cet.* 29 nihil *Π* 30 haec *om. Π* defer *T* at *V* (d *m*²) 32 que *om. Π* auertere ueni *Π* aueṣte *C* 33 antiquus *Bolt* (*cf. Apoc. XII 9* serpens antiquus) prodidit *ΠCω* aeu^{v}am *V*, aeuam *C* 34 adiuncsit *V*, infecit *C* separare potū *Π* nepotam *T* (um *corr.*) 35 ueredicis *Π* olim *V*, aetas *ΠCω* profetis *V* 36 loetifer *C*, laetifer *Tλ*, leo fer *Π* implicat *ΠCω* 37 qua *Cω* 38 ferat *V*, fera *Π*, ferar *Tmu*, feram *cet.*

semita ventosae superat vaga nubila lunae,
qua proceres abiere pii quaque integer olim
raptus quadriiugo penetrat super aëra curru
Elias et solido cum corpore praevius Enoch.
Da, pater, aeterni speratam luminis auram,
si lapides non iuro deos unumque verendi
suspiciens altare sacri libamina vitae
intemerata fero: si te dominique deique
unigenae cognosco patrem mixtumque duobus,
qui super aequoreas volitabat spiritus undas.
da, genitor, veniam cruciataque pectora purga,
si te non pecudum fibris, non sanguine fuso
quaero nec arcanis numen coniecto sub extis:
si scelere abstineo errori obnoxius et si
opto magis quam fido bonus purusque probari.
confessam dignare animam, si membra caduca
execror et tacitum si paenitet altaque sensus
formido excruciat tormentaque sera gehennae
anticipat patiturque suos mens saucia manes.
da, pater, haec nostro fieri rata vota precatu.
nil metuam cupiamque nihil: satis hoc rear esse,
quod satis est. nil turpe velim nec causa pudoris
sim mihi. non faciam cuiquam, quae tempore eodem
nolim facta mihi. nec vero crimine laedar,
nec maculer dubio: paulum distare videtur
suspectus vereque reus. male posse facultas
nulla sit et bene posse adsit tranquilla potestas.
sim tenui victu atque habitu, sim carus amicis
et semper genitor sine volnere nominis huius.
non animo doleam, non corpore: cuncta quietis
fungantur membra officiis, nec saucius ullis
partibus amissum quicquam desideret usus.

---

48 Genes. I 1, 2 et spiritus dei ferebatur super aquas 57 Verg. Aen. VI 743 quisque suos patimur manis 59 sqq. Mart. X 47, 3 sqq. Paulin. 4, 8 sqq. 64 sq. Paulin. 4, 6 sq. mihi male velle facultas nulla sit ac bene posse adsit tranquilla potestas

---

39 nĕbŭ̇la *C* uentosę superat *V* (sę sup m^2 *in ras.*) uaga uentos lumina lunae *Π* lumina *Lugd.* (*in mg.*) *Scal. volgo* 40 quam proceres *V* (res *in ras.* m^2) pro ceris abiero *Π* quaq^{s} *V* (s̄ m^2) 41 *om. T* aera *VCλσ*, aerae *Π*, aethera *cet.* 42 HElias *V* (H m^2), aelias *Π*, elias *v*, helias *cet.*, Helia *L. Mueller* enoc *Π*, aenohc *C* 43 spiratam *V* aeternis paeratam *Π* numinis *T* auream *C*, auram *λ* (ho m^2), aram *T* 44 inro *Π*, iurę *C* 45 sacrę *TαswE* 47 unigenē *C* patrem *C* (t *eras.*) mixteque *Tσ*, mixtumque *cet.*, missumque *Graevius* 49 cruciatque *Π* pecctora *C* 50 pecodum *V* frebris *Π* 51 arc^{h}anis *V* (h m^2), arcanis *Π*, archanis *C*, ne carnis *λ*, nec carnis *cet.* exitis *Π* 52 sceleri *T*, scilere *Π* (*corr.* m^1) ab^{s}tineo *Π* (s *post add.*) errorique *Accursius* (*ex vet. cod.*) et si *V* (m^2 *in ras.*) 53 obto *VΠ* quan *Π* probprobari *Vm*^{1} 55 exse^{c}ror *V* (c *s. v.* m^2) *Π* poenitet *T* 56 sere hennae *Π*, ge^{h}ennę *V* (h m^2) 57 anticipant *V*, anticipiat *Π* 58 hoc *Tλ*, huic *Eαwr* 59 rera *Π* 61 sit *Π* non *V*, nec *cet.* 64 mala *V* 65 et] at *Graevius volgo* 66 adque *V* amicus *Π* 67 uolnere *λ*, uulnere *cet.* nominis huius *V* (s h m^2 *in ras.*) 68 animae *λ* cuncta *V* (c *alt. del.*) 69 suacius *Π*, sauci^{v}s *C* (v *post add.*) 70 pastibus *C* (*corr.* m^1) a^{d}missum *V* (d m^2)

pace fruar, securus agam, miracula terrae
nulla putem. suprema diei cum venerit hora,
nec timeat mortem bene conscia vita nec optet.
purus ab occultis cum te indulgente videbor,
omnia despiciam, fuerit cum sola voluptas
iudicium sperare tuum. quod dum sua differt
tempora cunctaturque dies, procul exige saevum
insidiatorem blandis erroribus anguem.
haec pia, sed maesto trepidantia vota reatu,
nate, aput aeternum placabilis adsere patrem,
salvator, deus ac dominus, mens, gloria, verbum,
filius, ex vero verus, de lumine lumen,
aeterno cum patre manens, in saecula regnans,
consona quem celebrant modulati carmina David:
et responsuris ferit aëra vocibus Amen.

4. EGRESSIO.

Satis precum datum deo.
quamvis satis numquam ⟨a⟩ reis
fiat precatu numinis.
habitum forensem da, puer.
dicendum amicis est have
valeque, quod fit mutuum. 154
quod cum per horas quattuor (*V*)
. . . . . .
inclinet ad meridiem,
monendus est iam Sosias.

5. LOCVS INVITATIONIS.

Tempus vocandis namque amicis appetit. 155
ne nos vel illi demoremur prandium, (*V*)
propere per aedes curre vicinas, puer.
scis ipse, qui sint: iamque dum loquor, redi.
quinque advocavi. sex enim convivium
cum rege iustum, si super, convicium est.
abiit: relicti nos sumus cum Sosia.

---

72 Tibull. I 1, 59 suprema mihi cum venerit hora 73 Mart. X 47, 13 summum nec metuas diem nec optes 84 sq. Paulin. 6, 22 sq., 17, 113 sqq.

5. 5 sq. Iul. Cap. Ver. 5, 1 cum sit notissimum dictum de numero convivarum: septem convivium, novem vero convicium

---

71 fraias *Π* 72 diei cū *V* (qū m^2), diei cum *Π*, dī cum *C*, dij cum *λp*^{3}, dijs cum *T* (i *ex* a m^1, *in mg.* dijs), dehinc ubi *σ*, mihi cum *cet. volgo* 73 ob*tet *V* 74 ocultis cū *V* (qū m^2) 75 dispiciam *V* (de m^2) *Π* cū *V* (q^{v}ū m^2) uolūtas *V* 77 cuntaturque *V*, cunctanturque *Cλ* exiges aeuum *Π*, exi^{m}e (m *post add.*) seuum *C* scaeuo *T*, saeuo *λ* 79 sed] nec *Tσ* reatu *V* (u m^2 *in ras.*) 80 nate *VΠ*, christe *cet.* aput *V*, apud *cet.* asse *Π*, assere *Cω* 81 saluator mens̱ *T* 82 uerbo *Π* uerum *ω* 83 patere *C* (*corr.* m^2) 84 mistica quem *Π* modolati *Π* consona (cònsonat *T*) quem celebrat modulato carmine plebes *Cω* (*in C hunc versum excipit alter* consona quem celebrant modulati carminę̀a Dauid) 85 aethera *σ* ἀμήν *pv, om. mu* EXpŁ *C*, finit precatio matutina *λ*, hec Decius Magnus Ausonius dixit *r*

4. *in mg.* m^2 mtro iābico quaternario *V* 1 praecun *V* 2 *et* 3 numquam rei . . . numini *Gronov volgo* 2 reis *V*, a reis *Axt* 3 precatus *Baehrens* 4 aditum *V* (b m^2) 5 habe *V* (*m. rec. in mg.* aue) 6 ualdeque *V* (d *eras.*) *post* 7 *intercidisse quaedam intellexit Vin.* sol cum *Bondamus*

5. *in mg.* m^2 It senarium *V* 2 illi^{s} *V* (s m^2) 3 curre** ui^{ci}nas *V* (ci m^2) 4 iāq. $^{\text{dum}}_{*}$ locor *V* (dum m^2)

6. LOCVS ORDINANDI COQVI.

Sosia, prandendum est. quartam iam totus in horam 156
sol calet: ad quintam flectitur umbra notam. (*V*)
an vegeto madeant condita opsonia gustu
(fallere namque solent), experiundo proba.
concute ferventes palmis volventibus ollas,
tinge celer digitos iure calente tuos,
vibranti lambat quos umida lingua recursu.
. . . . . .

7.

. . . . . .
quadrupedum et volucrum vel cum terrena marinis 157
monstra admiscentur, donec purgantibus euris (*V*)
difflatae liquidum tenuentur in aëra nubes.
nunc fora, nunc lites, lati modo pompa theatri
visitur et turmas equitum caedesque latronum
perpetior: lacerat nostros fera belua vultus
aut in sanguinea gladio grassamur harena.
per mare navifragum gradior pedes et freta cursu
transilio et subitis volito super aëra pinnis.
infandas etiam veneres incestaque noctis
dedecora et tragicos patimur per somnia coetus.
perfugium tamen est, quotiens portenta soporum
solvit rupta pudore quies et imagine foeda
libera mens vigilat: totum bene conscia lectum
pertractat secura manus: probrosa recedit
culpa tori et profugi vanescunt crimina somni.
cerno triumphantes inter me plaudere: rursum
inter captivos trahor exarmatus Alanos.
templa deum sanctasque fores palatiaque aurea
specto et Sarrano videor discumbere in ostro:
et mox fumosis conviva accumbo popinis.
Divinum perhibent vatem sub frondibus ulmi

---

7. 11 Soph. Oed. Tyr. 981 sq. (?) 20 Verg. Georg. II 506 Sarrano dormiat ostro Aen. I 700 stratoque super discumbitur ostro 22 sq. Verg. Aen. VI 283 sq. ulmus opaca ingens, quam sedem Somnia volgo vana tenere ferunt foliisque sub omnibus haerent

---

6. quoqui *V* 3 uegito *V* obsonia *V* 5 uol^{v}entibus *V* (v m^2) 6 ting^{v}e *V* 7 lābant *V* (n *eras.*) recursus *V*, recursu *Scal.* Hic minus abet finem cause superis et initium sequentis ephemeris *V in mg.* m^2; *folium intercidit in codice archetypo*

7. 4 lati *V* (i m^2) teatri *V* 7 crassamur arena *V* 8 mare *V* (r m^2 *in ras.*) 11 gradicos *V* (tragicos m^2) 12 cotiens *V* 14 cons^{c}ia *V* (c m^2) 15 secedit *V* (*corr.* m^2) 16 profugi *V* (i m^2 *in ras.*) man^{v}scuū *V* (mun^{v}squū m^2), minuiscunt *Scal. volgo*, manascunt *Peiper*, vanescunt *Goetz* 17 cerno∗triūfantes *V* 18 traor *V* 20 uideor *V* (r *add.* m^2) 22 peri∗bent *V* fontibus *V*, frondibus *Lugd.*

vana ignavorum simulacra locasse soporum
et geminas numero portas: quae fornice eburno
semper fallaces glomerat super aëra formas:
altera, quae veros emittit cornea visus.
quod si de dubiis conceditur optio nobis,
deesse fidem laetis melius quam vana timeri.
ecce ego iam malim falli. nam, dum modo semper
tristia vanescant, potius caruisse fruendis
quam trepidare malis. satis est bene, si metus absit.
sunt et qui fletus et gaudia contraversum
coniectent varioque trahant eventa relatu.
ite per obliquos caeli, mala somnia, mundos,
inrequieta vagi qua difflant nubila nimbi,
lunares habitate polos. quid nostra subitis
limina et angusti tenebrosa cubilia tecti?
me sinite ignavas placidum traducere noctes,
dum redeat roseo mihi Lucifer aureus ortu.
quod si me nullis vexatum nocte figuris
mollis tranquillo permulserit aëre somnus,
hunc lucum, nostro viridis qui frondet in agro
ulmeus, excubiis habitandum dedico vestris.

V. EGLOGARVM ⟨LIBER⟩.

1. DE NOMINIBVS SEPTEM DIERVM.

Nomina, quae septem vertentibus apta diebus 372
annus habet, totidem errantes fecere planetae, (V)
quos indefessa volvens vertigine mundus
signorum obliqua iubet in statione vagari.
primum supremumque diem radiatus habet Sol.
proxima fraternae succedit Luna coronae.
tertius adsequitur Titania lumina Mavors.
Mercurius quarti sibi vindicat astra diei.
inlustrant quintam Iovis aurea sidera zonam.
sexta salutigerum sequitur Venus alma parentem.
cuncta supergrediens Saturni septima lux est.
octavum instaurat revolubilis orbita Solem.

24 sq. Verg. Aen. VI 893 sqq. sunt geminae Somni portae; quarum altera fertur cornea, qua veris facilis datur exitus umbris, altera candenti perfecta nitens elephanto, sed falsa ad caelum mittunt insomnia manes 42 Catull. fr. 3 B. hunc lucum tibi dedico

28 d^{e}esse *V* (e m^2) 29 mallim (1 *alt.* m^2, i m^2 *in ras.*) falli (i m^2 *in ras.*) *V* 31 si** *V* 32 controuersorum *V*, controversa *Scal. volgo*, contraversum *ego* 34 oblicos *V* 37 lumina Vm^1 38 ignauas *V* (ig *in ras.* m^2) 41 somnos *V*, somnus *Lugd.* 42 lucū *V* (˙ m^2) 43 finit *V* m^2
V. **1.** Incp̄t eglogaꝝ de nominibus septē dieꝝ *V* 6 lunae *V* (e *eras.*)

2. MONOSTICHA DE MENSIBVS.

Primus Romanas ordiris, Iane, kalendas. 376
Februa vicino mense Numa instituit. (*VR*)
Martius antiqui primordia protulit anni.
fetiferum Aprilem vindicat alma Venus.
maiorum dictus patrum de nomine Maius.
Iunius aetatis proximus est titulo.
nomine Caesareo Quintilem Iulius auget.
Augustus nomen Caesareum sequitur.
autumnum, Pomona, tuum September opimat.
triticeo October faenore ditat agros.
sidera praecipitas pelago, intempeste November.
tu genialem hiemem, feste December, agis.

3. ITEM DISTICHA.

Iane nove, primo qui das tua nomina mensi, 377
Iane bifrons, spectas tempora bina simul. (*V*)
post superum cultus vicino Februa mense
dat Numa cognatis manibus inferias.
Martius et generis Romani praesul et anni
prima dabas Latiis tempora consulibus.
Aeneadum genetrix vicino nomen Aprili
dat Venus: est Marti namque Aphrodita comes.

---

2. 12 Verg. Georg. I 302 genialis hiemps **3.** 7 Lucr. I 1 Aeneadum genetrix (cf. e. 34, 2)

---

2. *cf. Riese A. L. 639. C = Caroliruhensis 167 saec. VIIII f. 13^{v}. D = Durlacensis 36 F scriptus a. DCCCL, f. 38^{v}—49^{v}. F = Valencenensis 330 (bis) saec. X f. 76^{v}. H = Harleianus 3091 saec. X f. 139^{v}. K = Coloniensis 186 f. 119^{r} saec. VIIII—X. L = Leidensis Scal. 38 saec. XI—XII f. 16. O = Oxoniensis coll. S. Ioann. Bapt. XVII saec. XI f. 16. P = Paris. 7886 saec. VIIII—X f. 36^{r}. P^{2} = Paris. 5443 saec. VIIII f. 146^{v}. U = Urbinas 290 saec. X—XI f. 32^{r}. V^{2} = Voss. quart. 86 saec. VIIII f. 91^{v}. X = Reginens. 123 saec. XI f. 28^{v}. σ = cod. S. Galli 251 saec. VIIII f. 16^{r}. σ^{2} = cod. S. Galli 397 saec. VIIII f. 34^{v}. M = Meermannianus saec. XI.* — Monostica de mensibus *V*, Monostica *D*, De mensibus anni *L*, *nullum lemma CV*^{2} *et P, in quo* Arati quę uidentur *adscriptum*, Versus (Versȯs *X*, Item uersus *U*) de singulis mensibus *R cet.* 1 primăs *O* romanis *H* ordinis *K*, ordiñis *X* 2 febroa *PLV*^{2}, februo *P*^{2}, febria *H* mense (*bis*) *R* numina *U* 3 antiqui** *V* anni protulit anni *K* 4 fetiferum *V* (ferum *in ras. m*^{2}), fec. *X*, foet. *cet.* aprelem *FX* uendicat *R* (ẽ) *LO* 5 dictis *X* 6 estatis *LO* titulus *O* 7 nomin^{e} *V* (e *m*^{2}) caesarea *PV*^{2}, cessareo *C* iunius *R*, iulias *P*^{2} auget *om. U* augustus adornat *O* (*om.* Iulius) 8 aūg *C*, agustus *R*, ausgustus *K* caesarium *L* sequitur] auget sequitur *H* 9 autūnū̇ *V*, autunnum *R*, autunum *U*, autumnus *DF* pomana *HKσ*^{2}, poma na *CUM*, pom na *X*, nam poma *PP*^{2}*RV*^{2} pomane tuus *F*, pomisque suum *L*, pomis natum *O*, poma maturus *D* tū̇ *V* (tuum *m*^{2}), tuum *K* (u *alt. ex* ti ?), tum *U* (*corr. m*^{1}) septembre *CDFKP*^{2}*σσ*^{2}*M*, septimbre *X* opimat *V* (ȯ) *LO*, uegĭtat *F*, uegetat *DH*, uegitet *P*, gitat *P*^{2}, uigetit *K*, uegitat *cet.* 10 triticeo *V*, iriticco *P*, triceo *F*, triticio σ^{2} octuber *V*, october *L*, octember *C*, obtimber *V*^{2}, octimber *cet.* fenore *VOXσ*, fęnore *P*, foenore *cet.* dictat *R* agros] egeno *X* 11 sydera *PV*^{2} praecipites *X* pylago *CX* intemp*este *V* (t *eras.*), intempsta *R*, intempesta *CDFHKP*^{2}*UV*^{2}*σσ*^{2}, intempestate *O* (*om.* pelago) nouẽuer *V* (nobẽber *m*^{2}), nouenber *U*, nouembris *O* 12 tu . . . agis *V* (*in quo m*^{1} *est* iemem), unde december amat te genialis hiemps *D* (*A. L. 394, 12*), imbrifer (ymbrifer *FKUM*) ast (÷ *C*, tast *V*^{2}, Vmbrȧ́feraē *P*^{2}) mensis tumque december (decimber *X*) adest *cet.*

3. diticha *V* 2 spectȧns *Lugd. volgo* 8 afrodicta *V*

Maia dea an maior, Mai, te fecerit aetas,
ambigo: sed mensi est auctor uterque bonus.
Iunius hunc sequitur duplici celebrandus honore,
seu nomen Iuno sive Iuventa dedit.
inde Dionaeo praefulgens Iulius astro
aestatis mediae tempora certa tenet.
Augustus sequitur cognatum a Caesare nomen,
ordine sic anni proximus, ut generis.
nectuntur post hos numerumque ex ordine signant:
September, Bacchi munere praela rigans,
et qui sementis per tempora faenore laetus
October cupidi spem fovet agricolae,
quique salo mergens sollemnia signa November
praecipitat, caelo mox reditura suo.
concludens numerum genialia festa December
finit, ut a bruma mox novus annus eat.

4. DE TRIBVS MENSTRVIS MENSVVM.

Bis senas anno reparat Lucina kalendas, 379
et totidem medias dat currere Iuppiter idus, (*V*)
nonarumque diem faciunt infra octo secundi.
haec sunt Romano tantum tria nomina mensi,
cetera per numeros sunt cognomenta dierum.

5. QVOTENI DIES SINT MENSVVM SINGVLORVM.

Inplent tricenas per singula menstrua luces 378
Iunius Aprilisque et cum Septembre November. (*V*)
unum ter denis cumulatius adde diebus
per septem menses, Iani Martisque kalendis
et quas Maius agit, quas Iulius Augustusque
et quas October positusque in fine December.
unus erit tantum duodetriginta dierum,
quem Numa praeposito voluit succedere Iano.
sic ter centenis decies accedere senos
quadrantemque et quinque dies sibi conputat annus.

---

3. 13 Verg. Ecl. VIII 47 ecce Dionaei processit Caesaris astrum 20 Verg. Georg. I 47 sq.

---

9 maiã *V*, Maï *Lugd.*, Maium *Heinsius* 11 dupplici *V* 12 sibe iumenta *V* (iubenta m^2) 18 bacci *V* 19 fenore *V* 20 octuber *V* 24 annu^{s} *V* (s m^2)

4. mensuum *V* (u *pr. in ras.*), mensium *Lugd. volgo* 3 infra] intra *Mommsen* 4 romana *V* (*corr.* m^2) 5 numero^{s} *V* (s m^2)

5. d^{i}e^{s}sint *V* (i *et* s m^2) mensium *Lugd. volgo* 3 terrenis *V* (*corr.* m^2) 5 agit q^{v}a^{s} *V* (s m^2) 6 octuber *V* 10 quadrātemq^{v}em *V* (*corr.* m^2)

6. QVO MENSE QVOTAE NONAE VEL IDVS SINT.

At nonas modo quarta aperit, modo sexta refert lux. 380
sexta refert Mai Octobris Martisque recursu (*V*)
et qui solstitio sua tempora Iulius infert.
cetera pars mensum quartis est praedita nonis:
omnes vero idus octava luce recurrunt.

7. QVOTAE KALENDAE SINT MENSVVM SINGVLORVM.

Post idus, quas quisque suas habet ordine mensis, 381
diversae numero redeunt variante kalendae, (*V*)
dum . . . . . rursumque iterumque vocantur,
ut tandem optati procedant temporis ortus.
ter senis unoque die genialia festa
porrigit ut Ianum arcessat nova bruma morantem.
hoc numero mensisque Numae redit autumnique
principium referens Bacchi September alumnus.
Iulius et Maius positusque in fine December
Octoberque die revocatur tardius uno.
inde die redeunt minus uno, quattuor ultra,
quos numero adiciam, Sextilis, Iunius atque
Aprilis, post quos paenultima meta November.
ter quinis unoque die, Iunonie Mavors,
ut redeas referasque exordia prima, cieris.
hoc numero ad plenum vertens reparabitur annus.

8. RATIO DIERVM ANNI VERTENTIS.

Nonaginta dies et quattuor ac medium Sol 371
conficit, a tropico in tropicum dum permeat astrum, (*V*)
octipedem in Cancrum Phryxeo ab Ariete pergens.
hoc spatio aestivi pulsusque et meta diei.
semidiemque duosque dies deciesque novenos
a Cancro in Chelas aequatae tempora noctis
atque dii cursu peragit Sol aureus altero,
autumni aestatisque simul confinia miscens.

---

6. 1 at *V* (t *in ras. m*²) 2 maii (i *pr. in* i *longam mut. m*²) octubris *V* 3 sol∗stitio *V* (i *eras.*) mens∗ū *V* (u *eras.*)

7. mensium *Lugd. volgo* 1 ordinē *V* 2 kalendę *V* (dę *m*² *in ras.*) 3 iterum que *V* (*litt. duar. spatium*) *lacunam, quae volgo post* iterumque *statuitur, explevit Lugd. his verbis* expleto mense, *Gronov* sequenti a mense; *mihi contra post* dum *quaedam videntur excidisse*; vertente anno *supplet Mommsen* 4 obtati *V*, oblati *Lugd. volgo* ortu *V*, ortus *Gronov* 6 brū^{m}a *V* (u *in ras. m*², *virgula supra* u *del.* m *add. m*²) 8 bacci∗ *V* (s *eras.*) 10 octuberq^{s} *V* (*corr. m*²) 11 rediunt *V* 12 adque *V* 13 moeta nober *V* (nobember *m*²)

8. 1 hac *V* 3 cacrum *V* (ā *m*²) frixeo *V* 4 meta *V* (mēta *m*²) 6 c^{h}elas *V* (h *m*²) 7 adque *V* 8 simul *V* (i *add. m*²)

unde autumnales transcurrens ordine menses
ad tropicum pergit signum gelidi Capricorni,
octo dies decies octonis insuper addens
quadrantemque diei, quinto qui protinus anno
mense Numae extremo nomen capit embolimaei.
inde ad Agenorei festinans cornua Tauri,
scandit Lanigeri tropicum Sol aureus astrum,
nonaginta dies decreto fine cohercens.
hic tibi circus erit semper vertentibus annis
ter centum ac senis decies et quinque diebus.

9. IN QVO MENSE QVOD SIGNVM SIT AD CVRSVM SOLIS.

Principium Iani sancit tropicus Capricornus. 382
mense Numae in medio solidi stat sidus Aquari. (V)
procedunt duplices in Martia tempora Pisces.
respicis Apriles, Aries Phryxee, kalendas.
Maius Agenorei miratur cornua Tauri.
Iunius aequatos caelo videt ire Laconas.
solstitio ardentis Cancri fert Iulius astrum.
Augustum mensem Leo fervidus igne perurit.
sidere, Virgo, tuo Bacchum September opimat.
aequat et October sementis tempore Libram.
Scorpios hibernum praeceps iubet ire Novembrem.
terminat Arquitenens medio sua signa Decembri.

---

10 capricorni* *V* 12 dii *Lugd. volgo* 13 embolismęi *V* (*virgulam et* i *alt. add. m*^{2}) 14 agenorei *V* (i *m*^{2}) 17 circu^{s} *V* (s *m*^{2}), circlus *Baehrens* 18 hac *V* dī^{eci}es *V* (e *et* ci *m*^{2})

9. *cf. A. L. 640 R. D = Durlacensis 36 F f. 39^r—50^r. F = Valencenensis 330 f. 28 et 77^v. L = Laurentianus 121* $\overline{\text{CLII}}$ *saec. VIIII. P = Paris. 2772 saec. X f. 107^v. R = Reginensis 438 saec. X. R*^{2} *= Reginensis 1723 saec. XII f. 62^v. U = Urbinas 290 f. 33^v. b = Bernens. 417 saec. VIIII f. 27^r. b*^{2} *= Bernens. 441 saec. X.* φ *= Vindobonens. 3261 f. 26^v. M = Meermannianus.* — In quo mense *etc. V*, Īt uersus de XII signis *F* (77^v) *ab F f. 28 vix discrepans*, Ausonii de duodecim signis φ, De signis et mensibus XII *P*, Itē uers' de duodecim m̄sibus cum suis signis *U*, Versus de duodecim mensibus *M*, Quidam ueterum *Beda de temporum ratione 16, nullum lemma DF*(*f. 28*)*LRR*^{2}*bb*^{2}. *vv. 4—12 ante 1—3 FPbM Beda* 1 sanccit *D*, sanxit *R*^{2} porcus *R*, trophicus *b* capricornius *b*^{2} 2 mens *U* in *del. Buecheler* sole distat *D*, sol distat *U* sydus *R*$^2\varphi$ sol distat sidere *edd.* aquarii *DR*^{2}*Ub* 3 *om. F* dupplices *V* marceo *R*, marcia *b*^{2}, martio *U* tempore *PRU* 4 respices *L* aprelis *F*, aprilis *Ub*^{2} prhixeae *V* (rhi *in ras. m*^{2}), frixee *DFPR*^{2}*Ub*^{2}, frixeae *LRb* kalendis *U* 5 agenoregi *b*^{2}, ageneroi *R*^{2} 6 *hic v. legitur in cod. Coloniensi 211* (*Darmstad. 2180 saec. VIIII*) 'huic ergo mensi (Iunio) geminorum signa asscribuntur. unde poeta: Iunius aequatas *etc.*' lacones *b*^{2} 7 solistitio *V*, solastitio *b*, soltitio *P*, solsticia *D*, solsticio *R*^{2}*Ub*^{2} cantri *P*, cancro *L* (*corr. m*^{1}) iulias *L* (*corr. m*^{1}) austrum *UM* 8 agustum *b* perure' *b*^{2} 9 *om. Rb*^{2} sidera *M* tuum *U* baccum *VP*, bachum *FLUb*, bacum *R*^{2} september *D* (p *m*^{2} *in ras.*) 10 octuber *V*, octymber *P*, octimber *DLRUbb*^{2} sem̄tis *F*, sementem *b* temporae *L* 11 scorpios *V*, scorbius *b*, scorpius *cet.*, scorpion *Lugd. volgo* ibernum *V*, hibernam *LR*, hibernus *Toll volgo* precepis *U*, praeces *b*^{2} nobēber *V*, nouenber *U*, nouemb̄ *L*, nouimbrē *P*, nouembr *b*, nouembrem *cet.*, November *volgo* 12 arquitenens *V*, architenens *PRR*^{2}*b*, arcitenens *cet.* media *Lb*^{2} decemb̄ *L*, decb̄r *R*^{2}, decī*ber *U*

10. A SOLSTITIO IN AEQVINOCTIVM RATIO.

Sol profectus a teporo veris aequinoctio 384
post semidiem postque totos nonaginta et quattuor (*V*)
fervidis flagrans habenis pulsum aestivum conficit.
inde autumnus noctis horas librans aequo lumine
octo et octoginta goeris et super trihorio.
. . . . . .
. . . . . .
inde floridum reflexis ver revisit oreis
additis ad hos priores goeros geminis orbibus.

11. DE MENSIBVS ET QVATTVOR ANNI TEMPORIBVS.

Aeternos menses et tempora quattuor anni 375
quattuor ista tibi subiecta monosticha dicent. (*ω*)
Martius, Aprilis, Maius sunt tempora veris.
Iulius, Augustus nec non et Iunius aestas.
Septembri, Octobri autumnat totoque Novembri.
brumales Ianus, Februarius atque December.

12. DE LVSTRALIBVS AGONIBVS.

Quattuor antiquos celebravit Achaia ludos. 386
caelicolum duo sunt et duo festa hominum: (*V*)
sacra Iovis Phoebique, Palaemonis Archemorique,
serta quibus pinus, malus, oliva, apium.

13. DE LOCIS AGONVM.

Prima Iovi magno celebrantur Olympia Pisae. 387
Parnasus Clario sacravit Pythia Phoebo. (*V*)
Isthmia Portuno bimaris dicat alta Corinthos.
Archemori Nemeaea colunt funebria Thebae.

---

12. 1 sqq. Anth. Pal. VIIII 357 (ἀδέσποτον, Plan. Ἀρχίου):
Τέσσαρές εἰσιν ἀγῶνες ἀν' Ἑλλάδα, τέσσαρες ἱροί,
οἱ δύο μὲν θνητῶν, οἱ δύο δ' ἀθανάτων·
Ζηνός, Λητοΐδαο, Παλαίμονος, Ἀρχεμόροιο.
ἄθλα δὲ τῶν κότινος, μῆλα, σέλινα, πίτυς.

13. 3 Hor. Carm. I 7, 2 bimarisve Corinthi, *cf.* Ovid. Med. V 407 bimari . . . Corintho

---

10. solistitio *V* 1 teporo *V* (cursu *m. rec.*; *v. 3* cursum *pro* pulsum *Gronovius et Graevius*) 2 quatuor *V* 3 ex^{s}tibū *V* (s m^2) 5 triorio *V* *post v. 5 lacunam significavit Scal.*; *duos intercidisse versus suspicor* 8 reflexit *V*, reflexis *Canter* 9 goeres *V*, goeros *Vin.*

11. De mensibus et quatuor (q^{or} *T*) anni temporibus (partibus *muv*^{2}) *Tχ*, De temporibus *Mp*^{3} 1 et ternos *Tp*^{3} quattuor *lvv*^{2}, quatuor *cet.* 2 quattuor *lvv*^{2}, quatuor *cet.* monostica* *T* (s *eras.*), monostica *cet.* 4 et *T* (*s. v. minio*) 5 octubri *p*^{3} autumnus *Lugd. volgo* nou decembri *T*

12. agonĩbus *V* 1 quat*uor *V* (t *eras.*) acaia *V* 3 ph^{o}ebiq^{s} *V* (o m^2)

13. 1 celebratur *V corr. Lugd.* olĩpia *V* 2 parnassus *V* claro *V corr. Lugd.* pytia phebo *V* 3 dicata *V*, dicat alta *Scal.* dicat Acrocorinthos *Vin.*, dicat acta Corinthi *Toll volgo* 4 nemeae *V corr. Scal.* thaebae *V*

14. DE AVCTORIBVS AGONVM.

Primus Olympiacae sacravit festa coronae 388
Iuppiter Argivi stadia ad longissima circi. (V)
proximus Alcides Nemeae sacravit honorem.
Isthmia Neptuno data sunt et Pythia Phoebo.

15. QVOD IDEM QVI SACRI AGONES SVNT ET FVNEBRES LVDI HABEANTVR.

Haec quoque temporibus quinquennia sacra notandis 389 (388, 4)
ancipiti cultu divorum hominumque sepulcri: (388, 6)
Tantalidae Pelopi maestum dicat Elis honorem, (V)
Archemori Nemeaea colunt quinquennia Thebae,
Isthmia defuncto celebrata Palaemone notum,
Pythia placando Delphi statuere draconi.

16. DE FERIIS ROMANIS.

Nunc et Apollineos Tiberina per ostia ludos 385
et Megalesiacae matris operta loquar (V)
Vulcanique dies, autumni exordia primi,
Quinquatrusque deae Pallados expediam
et medias idus Mai Augustique recursu,
quas sibi Mercurius quasque Diana dicat:
matronae quae sacra colant pro laude virorum,
Mavortis primi cum rediere dies.
festa Caprotinis memorabo celebria nonis,
cum stola matronis dempta tegit famulas:
quattuor illa etiam discretis partibus anni
solstitia et luces nocte dieque pares.
nec Regifugium pulsis ex urbe tyrannis
laetum Romanis fas reticere diem.
visne Opis ante sacrum vel Saturnalia dicam
festaque servorum, cum famulantur eri,
et numquam certis redeuntia festa diebus,
compita per vicos cum sua quisque colit,
aut duplicem cultum, quem Neptunalia dicunt
et quem de Conso consiliisque vocant?

---

14. 1 olympi*cae *V* (y *ex* i) 3 nemeaeā *V* (eā *an* cā *incertum*) *corr. Lugd.* *post v. 3 in V legitur carminis sequentis v. 1, quem suo reposui loco* 4 isthimia *V* pithia phaebo *V* *post v. 4 legitur carminis sequentis v. 2, quem in illum transtuli locum*

15. funebre *V* 1 *et* 2 *cf. carmen quod antecedit* 1 quinquenia *V* 2 sepultis *V*, sepulcri *ego* 3 helis *V* 4 arcemori nemeae *V corr. Scal.* 5 isthimia *V* 6 pitia *V* delfi *V*

16. feris *V* 5 maii (i *pr. longum*) agustiq^{s} *V* 9 caprotin^{i}is *V* (i m^{2}) 10 demta *V* teget *V volgo*, tegit *Heinsius* 11 quatuor *V* annis *V*, anni *Lugd.* 15 opes *V*, Opis *Vin.* 16 heri *V* 19 dupplicem *V*

festa haec, navigiis aut quae celebrata quadrigis,
iungunt Romanos finitimosque duces?
adiciam cultus peregrinaque sacra deorum,
natalem Herculeum vel ratis Isiacae:
nec non lascivi Floralia laeta theatri,
quae spectare volunt, qui voluisse negant.
nunc etiam veteres celebrantur Equirria ludi:
prima haec Romanus nomina circus habet.
et Dionysiacos Latio cognomine ludos
Roma colit, Liber, quae tibi vota dicat.
aediles etiam plebi aedilesque curules
sacra sigillorum nomine dicta colunt.
et gladiatores funebria proelia notum
decertasse foro: nunc sibi harena suos
vindicat, extremo qui iam sub fine Decembris
falcigerum placant sanguine Caeligenam.

17. QVINTI CICERONIS HI VERSVS EO PERTINENT, VT QVOD SIGNVM QVO TEMPORE INLVSTRE SIT, NOVERIMVS. QVOD SVPERIVS QVOQVE NOSTRIS VERSIBVS EXPEDITVR.

Flumina verna cient obscuro lumine Pisces 383
curriculumque Aries aequat noctisque dieique, (*V*)
cornua quem condunt florum praenuntia Tauri.
aridaque aestatis Gemini primordia pandunt
longaque iam minuit praeclarus lumina Cancer
languificosque Leo proflat ferus ore calores.
post modium quatiens Virgo fugat orta vaporem.
autumni reserat portas aequatque diurna
tempora nocturnis dispenso sidere Libra.
ecfetos ramos denudat flamma Nepai.
pigra Sagittipotens iaculatur frigora terris.
bruma gelu glacians iubar est spirans Capricorni,
quam sequitur nebulas rorans liquor altus Aquari.
tanta supra circaque vigent †umi lumina mundi.
at dextra laevaque ciet rota fulgida Solis
mobile curriculum et Lunae simulacra feruntur.

---

24 siacae *V corr. Lugd.* 25 t^{h}eatri *V* (h m^2) 29 dionisiacos *V* 30 sibi *V*, tibi *ego*, *Heinsium qui* quis tibi vota dicant *scripserat secutus* 31 aedilis etiam pleui *V* (b m^2) plebeii etiam *Vin. volgo* 33 prelia *V* 34 ^{h}arena *V* (h m^2) 36 sanguinem *V* (m *del.* m^2)

17. *cf. Riese A. L. 642 lemma in V* 1 flamina *Wakefield* 2 diique *Lugd. volgo* 3 comunt *V*, condunt *Scal.* 6 lāguific^{v}sq; *V corr. Pithoeus* 7 modi^{c}um *V* (c m^2), modicum *volgo* 10 et fetos *V*, effetos *Pithoeus*, ecfetos *Riese* dinudat *V* 11 pigra* *V* 12 iubare exspirat *Ianus Helvetius*, iubare spirans *Scal.*, iubare spirat *volgo*, *fortasse* iubare it spirans capricornii *V* 13 quem *Heinsius* licor *V*; *post hunc versum excidisse quaedam conicio* 14 uigent umi *V*, vigent ubi *Scal. volgo*, urgentur *Buecheler* flumina *V*, lumina *Buecheler* 15 ad de ꝛtera *V corr. Lugd.*

. . . . . .
squama sub aetherio conspectu torta Draconis
eminet. hunc infra fulgentes Arcera septem
magna quatit stellas, quam servans serus in alta
conditur oceani ripa cum luce Bootes.
. . . . . .

18. HIC VERSVS SINE AVCTORE EST. QVO DIE QVID DEMI DE CORPORE OPORTEAT.

Vngues Mercurio, barbam Iove, Cypride crines. 373 (*V*)

19. HOC SIC REFELLENDVM.

Mercurius furtis probat ungues semper acutos 374 (*V*)
articulisque aciem non sinit imminui.
barba Iovi, crinis Veneri decor: ergo necesse est,
ut nolint demi, quo sibi uterque placent.
Mavors imberbos et calvos Luna adamasti:
non prohibent comi tum caput atque genas.
Sol et Saturnus nil obstant unguibus. ergo
non placitum divis tolle monostichium.

VI. PRECATIO ⟨AVSONII⟩ CONSVLIS DESIGNATI PRIDIE KAL. IAN. FASCIBVS SVMPTIS.

Iane, veni: novus anne, veni: renovate veni, Sol, 332 (Edyll. VIII) (*V*)
consulis Ausonii Latiam visure curulem.
ecquid ab Augusta nunc maiestate secundum
quod mireris habes? Roma illa domusque Quirini
et toga purpurei rutilans praetexta senati
hoc capite aeternis signat sua tempora fastis.
anne, bonis coepte auspiciis, da vere salubri
apricas ventorum animas, da roscida Cancro

VI. 8 Verg. Georg. I 100 umida solstitia atque hiemes orate serenas, agricolae

---

Qui secuntur vv. 17—20 fragmentum sunt carminis nullo vinculo cum Q. Ciceronis versibus coniuncti 17 aeterno *V*, arctoo *Scal.*, aetherio *Heinsius* 18 inter *V*, infra *Buecheler* fulgentem sidera *Scal. volgo* 19 stellās *V*, stellas *Canter* 20 conditor . . . ripas . . . bootis *V corr. Canter*

18. cripride *V* (*corr. m*^{2})

19. 1 furti *V*, furtis *Toll*, furto *ed. Ianssoniana a. 1629 volgo* 4 nollent *V*, nolint *Toll* placet *Lugd. volgo* 5 mauors *V* (auors m^2 *in ras.*) imberuos *V*, imberbes m^2 *volgo* 6 proibent *V* comi *V* (ō m^2) adque *V* 7 nihil *Scal. volgo* ungibus *V* 8 monosthicium *V corr. Lugd.*

VI. Precatio (Ausonii *add. Vin.*) consolis designati pride (*corr. Lugd.*) k̄ iā fascibus sumtis *V* 3 etquid *V corr. Scal.* nun *V*, nunc *Scal.* 6 capite] apice *Heinsius* 7 cepte *V*

solstitia et gelidum Boream Septembribus horis.
mordeat autumna frigus subtile pruina
et tenuata modis cesset mediocribus aestas.
sementem notus umificet, sit bruma nivalis,
dum pater antiqui renovatur Martius anni.
spiret odorato florum nova gratia Maio,
Iulius et segetes coquat et mare temperet euris,
Sirius ardentem non augeat igne Leonem,
discolor arboreos variet Pomona sapores,
mitiget autumnus, quod maturaverit aestas,
et genialis hiemps parta sibi dote fruatur.
pacem mundus agat nec turbida sidera regnent.
nulla tuos, Gradive, offendat stella penates,
quae non aequa tibi, non Cynthia, non celer Arcas,
finitimus terris, non tu, Saturne, supremo
ultime circuitu. procul a Pyroente remotus
tranquillum properabis iter. vos comminus ite,
stella salutigeri Iovis et Cythereïe Vesper:
non umquam hospitibus facilis Cyllenius absit.
Iane, veni: novus anne, veni: renovate veni Sol.
hostibus edomitis, qua Francia mixta Suebis
certat ad obsequium, Latiis ut militet armis,
qua vaga Sauromates sibi iunxerat agmina Chuni
quaque Getes sociis Histrum adsultabat Alanis
(hoc mihi praepetibus Victoria nuntiat alis),
iam venit Augustus, nostros ut comat honores,
officio exornans, quos participare cupisset.
Iane, veni: novus anne, veni: renovate veni Sol.
aurea venturo, Sol, porrige gaudia Iano:
fascibus Ausonii succedet Caesar in annum,
quintam Romulei praetextam habiturus honoris.
ecce ubi se cumulat mea purpura (mitibus audi
auribus hoc, Nemesis), post me dignatur oriri
Augustus consul. plus quam conferre videtur
me sibi qui iussit nostros praecedere fasces.
Iane, veni: novus anne, veni: renovate veni Sol.
coge secuturos bis sena per ostia menses.
tu tropicum solido da cedere, rursus et illum
terga dare, ut duplex tropico varietur ab astro

9 Hor. Epist. I 16, 16 Septembribus horis 12 Verg. Georg. I 230 19 Verg. Georg. I 302 genialis hiemps

9 egelidum *Toll* 10 autumnas . . . pruinas *V*, autumna . . . pruina *Heinsius*, autumnis . . . pruinis *Peiper* 11 moris *Wakefield* 12 ^{h}umificet *V* (h m^2) brumă *V* 15 quoquat *V* 16 ign&-leonem *V* (t *del.*, l *ex* n) 19 hiemps *V* (p *del.* m^2) 22 chintia *V* 23 notu *V*, non tu *Lugd.* 25 cōinus *V* 26 chithereie *V* 27 non∗umquā *V* (n *eras.* adsit *V*, absit *Peiper* 31 iu^{n}xe-rat *V* n m^2) cunis *V*, Chuni *Vin.* Sauromatae . . . Chunus *Toll*, *an* sua iunx. agmina Chunis? 32 getis *V*, Getes *Vin.* 36 i∗ane *V* (n *eras.*) 39 praetextā *V* (x *ex* c ?) 45 secŭturos *V* 46 ut *V*, tu *Lugd.* solis da *Lugd.*, soli da *Scal. volgo* ruris *V*, rursus *Scal.* 47 tega *V*, terga *Lugd.* tropicus *Scal. volgo*

et quater a ternis properet mutatio signis.
aestivos inpelle dies brumamque morantem
noctibus acceleret promissus Caesaris annus.
illum ego si cernam, tum terque quaterque beatus,
tunc ero bis consul, tunc tangam vertice caelum.

VII. ITEM PRECATIO KAL. IANVARIIS.

Anne, bonis coepte auspiciis, felicia cernis 333 (Edyll. VIIII) (*V*)
consulis Ausonii primordia: prome coruscum,
Sol aeterne, caput solitoque inlustrior almo
lumine purpureum iubar exere lucis eoae.
anne, pater rerum, quas Iani mense bifrontis
volvis in hibernum glaciali fine Decembrem,
anne, veni et festum veteri novus adice Ianum.
sollemnes pervade vias bis senaque mundo
curricula aequatis varians per tempora signis
praecipitem aeterna perfer vertigine cursum,
sic prono raptate polo, contraria Phoebus
ut momenta ferat servata parte dierum
et novus hiberno reparet sua lumina pulsu.
menstrua ter decies redeunt dum cornua Lunae,
exortus obitusque manu volvente rotabis,
legitimum Phoebi cohibens per signa meatum.

VIII. GRATIARVM ACTIO DICTA DOMINO GRATIANO AVGVSTO.

I. 1. Ago tibi gratias, imperator Auguste: si possem, etiam referrem. sed nec tua 419 fortuna desiderat remunerandi vicem nec nostra suggerit restituendi facultatem. priva- (*ω*) torum ista copia est inter se esse munificos: tua beneficia ut maiestate praecellunt,

---

51 Verg. Aen. I 94 terque quaterque beati 52 Hor. Carm. I 1, 36 feriam sidera vertice

VII. 5 Verg. Aen. VII 180 Ianique bifrontis

VIII. I. 1 Claud. Mam. grat. act. Iul. d. 32 istud sancta divinitas omen avertat, ut tu a quoquam mortalium expectes vicem beneficii! verum tamen quod solum vel accipere potest ista fortuna . . .

---

48 hac *V* (h *del.* m^2), a *Scal.* mutua *V* (mutatia m^2), mutatio *Scal.* 50 adceleret promyssus *V* (y *ex* s) 51 quętarqˢ beatus* *V* 52 uerticęlū *V* (ce m^2)

VII. It precatio kł. ianuariis *V* 1 cepte aᵛspeciis f*licia *V* 6 december *V*, decembrem *Lugd.* 7 veteris *Lugd. volgo* aspice Iani *Lugd. volgo* 8 soˡlemnes *V* (l m^2) 12 et *V*, ut *Scal.* 15 uoˡbente *V* (l m^2, b *ex* l m^2) 16 fębi *V* coʰibens *V* meatu *V*, meatum *Lugd.*

VIII. Ausonii Burdigalis (Burdigalae p^2) Vassatis medici poetae ac praeceptoris (Vassatis . . . praeceptoris *om. v*) grārum actio ad Gratianum imperatorem pro consulatu *Tpp*²*vh*²*eE*, Incipit gratiarum actio dicta domino Gratiano Augusto sub (*leg.* ab; suo ab *Hartel*) Ausonio V. C. pref. pret. & consuł. ordiñ. *M*, Ausonii poetę V. C. p̄fecti p. & consulis oratio dño Gratião felicissimo Imp. Aug. gratiarum actio *k*, *in lmuv*² *non est lemma.* *χ* = *lmuv.* I. 1 mi p̄r *T* (impr̄ m^2) refferrem *T*

ita mutuum non reposcunt. 2. quod solum igitur nostrae opis est, gratias ago: verum ita, ut apud deum fieri amat, sentiendo copiosius quam loquendo: atque non in sacrario modo imperialis oraculi, qui locus horrore tranquillo et pavore venerabili raro eundem animum praestat et vultum, sed usquequaque gratias ago, tum tacens, tum loquens, tum in coetu hominum, tum ipse mecum, et cum voce patui, et cum meditatione secessi, omni loco actu habitu et tempore. nec mirum, si ego terminum non statuo tam grata profitendi, cum tu finem facere nescias honorandi. 3. quis enim locus est aut dies, qui non me huius aut similis gratulationis admoneat? admoneat autem? o inertiam significationis ignavae! quis, inquam, locus est, qui non beneficiis tuis agitet et inflammet? nullus, inquam, imperator Auguste, quin admirandam speciem tuae venerationis incutiat: non palatium, quod tu, cum terribile acceperis, amabile praestitisti, non forum et basilicae olim negotiis plena, nunc votis pro tua salute susceptis (nam de sua cui non te imperante securitas?), non curia, honorificis modo laeta decretis, olim sollicitis maesta querimoniis, non publicum, in quo occursus gaudentium plurimorum neminem patitur solum gratulari, non domus commune secretum. 4. lectus ipse ad quietem datus beneficiorum tuorum reputatione tranquillior: somnus abolitor omnium imagines tuas offert. ista autem sedes honoris, sella curulis, gloriosa pompis imperialis officii, in cuius me fastigio ex qua mediocritate posuisti, quotiens a me cogitatur, vincor magnitudine et redigor ad silentium, non oneratus beneficiis, sed oppressus. ades enim locis omnibus, 5. nec iam miramur licentiam poetarum, qui omnia deo plena dixerunt. spem superas, cupienda praevenis, vota praecurris, quaeque animi nostri celeritas divini instar affectat, beneficiis praeeuntibus anteceditur: praestare tibi est quam nobis optare velocius.

II. 6. Ago igitur gratias, optime imperator, ac si quis hunc sermonem meum isdem verbis tam saepe repetitum inopiae loquentis assignat, experiatur hoc idem prosequi, sed nihil poterit proferre facundius. 7. aguntur enim gratiae non propter maiestatis ambitum neque sine argumentis imperatori fortissimo: testis est uno pacatus in anno et Danuvii limes et Rheni: liberalissimo: ostentat hoc dives exercitus: indulgentissimo: docet securitas erroris humani: consultissimo: probat hoc tali principe Oriens ordinatus: piissimo: huius vero laudis locupletissimum testimonium est pater divinis honoribus consecratus, instar filii ad imperium frater adscitus, a contumelia belli patruus vindicatus, ad praefecturae collegium filius cum patre coniunctus, ad consulatum praeceptor evectus. 8. possum ire per omnes appellationes tuas, quas olim virtus dedit, quas proxime fortuna concessit, quas adhuc indulgentia divina meditatur, vocare Ger-

---

16 Plin. pan. 94 non securitatem . . . oramus . . . simplex . . . votum est, salus principis Cic. Cat. IIII 1, 2 non curia . . . non lectus ad quietem datus 24 Verg. Ecl. III 60 Iovis omnia plena

---

4 uerum . . . 7 ago *om.* $p\chi v^2$ 6 modo *Mk*, loco Tp^2eE *et* h^2 (*in mg.* ał modo) 7 eūdem *TM* uultum tui sed *T* tacitus $Mkp\chi v^2$, tacens h^2 (*in mg.* tacitus) *cet.* 8 cetu *TM* 10 gratā̃ *v*, grate *Toll volgo* 12 inertia *T* ignauiae $Tmuv^2$ 13 et *add.* pv^2 (*et Accursius*), *om. cet.* imperator] mi $\overline{\text{pr}}$ *T* (*sic semper*) 15 plene *M* (*et* h^2 *in mg.*) uotis $Tmuv^2$, uotis uotis *cet.*, votis votisque *Ug. volgo*, otiis votisque *Haupt* 17 solicitis moesta *T* gaudentum *T* 18 comune *M* lentus *T* 20 refert *mu*, affert *cet.*, offert *Toll* ipsa '*exemplar vetus*' *Accursius volgo* 22 et *om. Delph.* ingratus *codd.*, oneratus *ego* (*cf. XIII* 2, 97) 23 licentiam *om. T* 24 uota h^2 (*in mg.* nota) *eE*, nota *cet.* quaeque] q̄; *M* 25 diuinum *ω volgo*, divum *Ven.*^{4}, divini *Bake*, *Haupt*

II. 1 nunc *Delph.* hiisdem *T*, hisdem *Mkv*, isdem v^2, iisdem *cet.* 2 persequi v^2 *volgo* 3 sed h^2 (*in mg.* ał et) *eE*, et *cet.* 4 nec *eE et* h^2 (*in mg.* ał neque) *volgo* ı̂ ân̄o *T*, anno *cet.* 5 danuuii *Mkv*^{2}, danubii *cet.* reno *M* 6 p̱ticipe *M* 7 huius] hi' *M* conplectissimum *T* 9 a^{d} *M* (d m^2) conuīctus *M* (*sic* 21 uincta) 10 ellectus *T*, electus *cet.*, evectus *Acidalius* possem *Acidalius volgo* tua dedit *T* 11 uoco *p*, uoca *cet.*, vocarem *Acidalius volgo*, vocare *ego*

manicum deditione gentilium, Alamannicum traductione captorum, vincendo et ignoscendo Sarmaticum, 9. conectere omnia merita virtutis et cognomina felicitatis: sed alia est ista materia et suo parata secreto, cum placuerit signanter et breviter omnia quae novimus indicare neque persequi, ut qui terrarum orbem unius tabulae ambitu circumscribunt aliquanto detrimento magnitudinis, nullo dispendio veritatis. 10. nunc autem, quod diei huius proprium, de consulatu gratias agam. sed procurrunt et aliae dignitates atque in vocem gratulationis erumpunt ac se prius debere profitentur. 11. tot gradus nomine comitis propter tua incrementa congesti: ex tuo merito te ac patre principibus quaestura communis et tui tantum praefectura beneficii, quae et ipsa non vult vice simplici gratulari, liberalius divisa quam iuncta, cum teneamus duo integrum, neuter desiderat separatum.

III. 12. Sed illa, ut paulo ante promisi, habebunt sui muneris peculiare secretum: consulatus hic meus orat atque obsecrat, ut obnoxiam tibi uni sinas fieri eius dignitatem, quem omnibus praetulisti. quot quidem et ipse sibi invenit gradus! 13. cum clarissimo viro collega meo honore coniunctus, nuncupatione praelatus consul ego, imperator Auguste, munere tuo non passus saepta neque campum, non suffragia, non puncta, non loculos, qui non prensaverim manus nec salutantium confusus occursu aut sua amicis nomina non reddiderim aut aliena imposuerim: qui tribus non circumivi, centurias non adulavi, vocatis classibus non intremui, nihil cum sequestre deposui, cum distributore nil pepigi. Romanus populus, Martius campus, equester ordo, rostra, ovilia, senatus, curia, unus mihi omnia Gratianus. 14. iure meo, Auguste maxime, adfirmare possum, incolumi omnium gratia, qui ad hunc honorem diversa umquam virtute venerunt venturique sunt (suus enim cuique animus, suum meritum sibique mens conscia est), iure, inquam, meo adfirmare possum me mihi videri a ceteris esse secretum. 15. sunt quos votorum excruciat inanitas: non optavi. quos exercet ambitus: non petivi. qui assiduitate exprimunt: non coegi. qui offeruntur occasione: non affui. quos iuvat opulentia: obstat temporum disciplina: non emi: nec possum continentiam iactare: non habui. unum praestare temptavi, et hoc ipsum quasi meum vindicare non possum: in tua enim positum est opinione, si merui.

IIII. 16. Fecisti autem et facies alios quoque consules, piissime Gratiane, sed non et causa pari, viros gloriae militaris (habent enim tecum ut semper laboris ita dignitatis plerumque consortium, virtutis quam honoris antiquiore collegio), viros nobilitatis antiquae (dantur enim multa nominibus et est stemma pro merito), viros fide inclitos et officiis probatos, quorum me etiamsi non secerno numero, tamen quod ad honoris viam pertinet ratione dispertio. 17. quartum hunc gradum novi beneficii tu, Auguste, constituis: differre tibi ipsi, quo alter ornetur, bona animi tui ad alienam referre

---

III. 5 Claud. Mam. grat. act. Iul. d. 19

---

12 alemanicum *TeE et* h^2 (*in mg.* ał alamanicum), alamannicum *Mmu*, alamanicum *cet.* tradicione *Mk* 13 connecterem *ω*, conectere *ego* foelicitatis *T* (*semper*) 15 nec h^2*eE volgo* 16 aliquando *Delph.* 20 beneficiis *T*

III. 1 sui muneris *om. T* 2 obnoxium *T* dignitate *T* 3 quod *ω*, quot *Toll* invenit] iuncxit *Haupt* 6 pressauerim *T*, prehensauer^{a}m h^2 (*in mg.* ał p̄ssau'im), p̄ssauerim *Mk* salutantum *M*, cum salutantium *Ven.*^{3}, consalutantium *Vin. volgo* 7 aut] ut *M* circuiui *T* 8 vocatis] iure vocatis *Graevius volgo*; *cf. 9, 19* *scribendum esse videtur* disposui 9 diribitore *Par. volgo* pepegi *T* 10 Gratianus *om. T* 11 adfirmare *M*, affirmare *cet.* possum *om. T* 13 affirmare *ω* 14 excruciat *M*, cruciat h^2 (*in mg.* ał excruciat) *cet. volgo* 15 afferuntur *T* 17 temtaui *M* 18 iudicare *Tk*, uendicare *cet.* oppinione *M*

IIII. 1 autem] aut *T* faciles *M* quoque alios *M* 4 enim *om. T* roma *ω*, stemma *Heinsius*, *Haupt* inclytos *T* 5 etsi *pmuh*^{2}*eE volgo* 6 bn̄ offi *T* tui *Toll volgo* 7 deferre *ω* (detrahere *p*, etrahere m^2 *in ras.*), auferre *Graevius volgo*, differre *Mommsen*

praestantiam eruditionemque naturae, quam deo et patri et tibi debes, ad alterius efficaciam gratius retorquere quam verius. tua haec verba sunt a te mihi scripta: 'solvere te quod debeas et adhuc debere quod solveris'. o mentis aureae dictum bratteatum, 18. o de pectore candidissimo lactei sermonis alimoniam! quisquamne tam parcus est in ostentatione beneficii? quisquam pondus gratiae suae vim meriti profitetur alieni? quisquam denique quod indulget, quasi ab obnoxio deferatur, pretium mavolt vocare quam donum? 19. certent huic sententiae veteres illi et Homerici oratores, subtilis deducta oratione Menelaus et instar profundae grandinis ductor Ithacensius et melleo delibutus eloquio iam tertiae Nestor aetatis. sed neque ille concinnius eloquetur, qui se Laconica brevitate collegit, nec ille contortius, qui cum sensibus verba glomeravit, nec iste dulcius, cuius lenis oratio mulcendo potius quam extorquendo persuasit. 20. solvere te dicis quod debeas et debiturum esse, cum solveris. Auguste iuvenis, caeli tibi et humani ⟨generis⟩ rector hoc tribuat, ut praelatus antiquis, quos etiam elegantia sententiae istius antecessisti, vincas propria singulorum: in Menelao regiam dignationem, in Vlixe prudentiam, in Nestore senectutem.

V. 21. Subiciet aliquis: 'ista equidem adeptus es, sed effare quo merito?' quid me oneras sciscitator? rationem felicitatis nemo reddit. deus et qui deo proximus tacito munera dispertit arbitrio et beneficiorum suorum indignatus per homines stare iudicium, mavolt de subditis dedisse miraculum. 22. 'quo', inquis, 'merito?' ego nullum scio, nisi quod tu, piissime imperator, debere te dicis et hoc 'debere' latissime pertinet, sive hoc eruditionis tuae faenus existimas, sive sine faenore gloriam liberalitatis affectas, sive te pondere conceptae sponsionis exoneras, seu fidei commissum patris exsolvis, seu magnanimitate caelesti ostentatione suppressa dei munus imitaris. 23. debere te dicis. cui? quando? quo nomine? lege syngrapham, nomina creditorem, accepti et expensi tabulae conferantur. videbis alio summae istius transire rationem: tibi coepit deus debere pro nobis. 24. quid autem mihi debes, gratissime imperator? patitur enim humanitas tua, ut praeter regias virtutes privata appellatione laudaris. quid tu mihi debes? et contra quid non ego tibi debeo? anne quod docui? hoc ego possum verius retorquere, dignum me habitum, qui docerem, tot facundia doctrinaque praestantes inclinata in me dignatione praeteritos, ut esset quem tu matura iam aetate succinctum per omnes honorum gradus festinata bonitate proveheres, timere ut videreris, ne in me vita deficeret, dum tibi adhuc aliquid quod deberes praestare superesset.

VI. 25. Negat Cicero consularis ultra se habere quod cupiat. ego autem iam consul et senex adhuc aviditatem meam fatebor: te videre saepius in hoc magistratu,

---

IIII. 14 Il. III 213 sqq. ἐπιτροχάδην . . . οὐδ' ἀφαμαρτοεπής 15 ibid. 222 ἔπεα νιφάδεσσιν ἐοικότα χειμερίῃσιν 16 Il. I 249 sqq. 22 Il. III 215 ἦ καὶ γένει ὕστερος ἦεν; ibid. 216 πολύμητις . . . Ὀδυσσεύς; Il. I 250 sq.

VI. 1 Cic. pro Planc. 25, 60 honorum populi finis est consulatus

---

8 erudictionemque *M* (*semper*) 9 efficaciam gratius *TMkp*^{2}, gratiam rectius h^2 (*in mg.* ał efficaciam, ał gratius) *cet.*, gratiam gratius *Delph.* 10 debeas *TMkp*^{2}, debebas h^2, debebas *cet.* 11 bractheatum *M*, bracteatum *cet.* 12 pondus *om. T* 13 ab *om. Tp*^{2}*muv*^{2} 14 mavult *ω* 15 ^{h}ytacensius *T*, ytacensius *M* 16 concinius *T* 17 nec *TMkp*^{2}, neque h^2 (*in mg.* ał nec) *cet. volgo* consensibus *T* 18 *fortasse* ille mulcedo *M* 19 debeas *Tkp*$^2h^2lve$, debe^{b}as *p* (b m^2), debebas *cet. volgo* 20 generis *add. h*^{2}*eE*, *om. cet.* 21 etiam *post* vincas *transtulit Acidalius* istius *om. T* accesisti *T* 22 regina *T*

V. 1 equidem *Mkp*^{2}*vh*^{2}*eE*, quidem *p* (*in mg.* equidem) *cet.* 2 scisitator *T* 4 mauolt *Mk*, mauult *cet.* 5 piissime p̄r *T* 6 foedus *T* foenore *T* 9 dici. cui? q̃uo m̄o? q̃n̄ est. lege simgraphum *T* syngrafam *M* 11 debere deus *T* 12 enim *om. T* 13 quod tu *T* quod non *TM* ego (*post* hoc) *om. T* 16 succintum *M* proueherîs *T* timore *M* (*et* h^2 *in mg.*)

VI. 2 meam iam *h*^{2}*eE volgo*

Gratiane, desidero, ut et sex Val. Corvini et septem C. Marii et cognominis tui Augusti tredecim consulatus unus aequiperes. 26. plures tibi potest aetas tua et fortuna praestare, verum ego in numero parcior, quia tu in munere liberalior: ipsum enim te saepius hoc honore defraudas, ut et aliis largiaris. 27. scis enim, imperator doctissime (rursum enim utar laude privata), scis, inquam, septem ac decem Domitiani consulatus, quos ille invidia alios provehendi continuando conseruit, ita in eius aviditate derisos, ut haec eum pagina fastorum suorum, immo fastidiorum fecerit insolentem nec potuerit praestare felicem. 28. quod si principi honoris istius temperata et quae vocatur aurea debet esse mediocritas, quid privati status hominibus, quid aequanimis, quid iam senibus erga se oportet esse moderaminis? 29. ego quidem, quod ad honores meos pertinet, et vota saturavi. tu tamen, imperator optime, tu piissime, tu, quem non fatigat liberalitas, nisi quando cessavit, tu, inquam, indulgentissime Gratiane, ut ad benefaciendum subito es necopinus ingenio, adhuc aliquid, quod hoc nomine mihi praestetur, invenies. sic intellexere omnes, sic nobis ordinem ipse fecisti, sic amicus deo es, ut a te iam impetratum sit, quod optatur, a quo et quod nondum optamus adipiscimur.

VII. 30. Et rursum aliquis adiciet aut sermone libere aut cogitatione liberius. 'nonne olim et apud veteres multi eiusdem modi doctores fuerunt? an tu solus praeceptor Augusti?' immo ego cum multis coniunctus officio, sed cum paucissimis secretus exemplo. 31. nolo Constantini temporum taxare collegas: Caesares docebantur: superiora contingam. dives Seneca nec tamen consul arguetur rectius quam praedicabitur non erudisse indolem Neronis, sed armasse saevitiam. Quintilianus consularia per Clementem ornamenta sortitus honestamenta nominis potius videtur quam insignia potestatis habuisse. quo modo Titianus magister, sed gloriosus ille, municipalem scholam apud Visontionem Lugdunumque variando non aetate equidem, sed vilitate consenuit! 32. unica mihi [et] amplectenda est Frontonis imitatio, quem tamen Augusti magistrum sic consulatus ornavit, ut praefectura non cingeret. sed consulatus ille cuius modi? ordinario suffectus, bimenstri spatio interpositus, in sexta anni parte consumptus, quaerendum ut reliquerit tantus orator, quibus consulibus gesserit consulatum. 33. ecce aliud quod aliquis opponat: in tanti ergo te oratoris fastigium gloriosus attollis? cui talia requirenti respondebo breviter: non ego me contendo Frontoni, sed Antonino praefero Gratianum. 34. celebrant equidem sollemnes istos dies omnes ubique urbes, quae sub legibus agunt, et Roma de more et Constantinopolis de imitatione ⟨et⟩ Antiochia pro luxu et Carthago discincta et donum fluminis Alexandria, sed Treveri principis beneficio et mox cum ipso auctore beneficii. loca inter se distant, vota con-

---

8 Plin. pan. 58 continuis consulatibus 11 Hor. Carm. II 10, 5 auream . . . mediocritatem
VII. 18 Verg. Aen. VIII 724 discinctos . . . Afros Sil. II 56 discincti Libyes

---

3 marciane *T* coruini uał *M* G. *M* 4 aequipares *M* tibi plures *Ug. volgo* aetas et fortuna tua $p\chi v^2eE$ *et* h^2 (*in mg.* ał ętas tua) *volgo* 7 ac] atque *M* 8 alios *T*, alteros *cet. volgo* 9 cum *M*, eum h^2 (*in mg.* ał cum) imo *M* 11 qui (*ante* privati) *TM*, qui^{d} *p* (d m^2), quid *cet.* 12 iam] etiam *T* ergō *T* 14 ut inquam *T* 15 subdito *T* 16 inuenies. inuenies *TMkpv*h^2*eE*, inuenies *cet.*, invenis *Toll volgo*

VII. 1 at (*vel* sed) *Acidalius volgo* adiciat *Delph.*, obiciet *Acidalius* 2 eius modi *muv*^{2} *Ug. volgo* 3 imo *M* 4 taxare *mu*, taxabe *cet.* 6 set *T* sceuiciam *T* quintillianus *M* 8 et *post* modo *add. Toll volgo* ticianus *TM* 9 scolam *TM* equidem *TMpp*^{2}*kv*, quidem *cet. volgo* 10 mihi et *ω*, et *del. Par.* 11 sic] si *M* praefecturam *T* 12 bimenstri p^2l, bimestri *cet.* 14 te ergo *Tl* attolis *M* 15 frontonis *ω*, frontoni h^2 (*in mg.* ał frontonis) *Ug.* 16 quidem *Ug. volgo* solennes *T*, solemnes *M* 17 et *ante* Antiochia *om. ω volgo*, *add. Toll* anthiochia *M* 18 cartago *M* distincta *ω*, discincta *Ven.*^{3} donum *TMpp*^{2}*v*, domum h^2 (*in mg.* ał donum) *cet.*, domus *Ven.*^{3} *volgo*

sentiunt. 35. unus in ore omnium Gratianus, potestate imperator, virtute victor, Augustus sanctitate, pontifex religione, indulgentia pater, aetate filius, pietate utrumque.

VIII. 36. Non possum fidei causa ostendere imagines maiorum meorum (ut ait apud Sallustium Marius) nec deductum ab heroibus genus ⟨vel⟩ adeo deorum stemma replicare, nec ignotas opes et patrimonia sparsa sub regnis, sed ea, quae nota sunt, dicere potius quam praedicare, patriam non obscuram, familiam non paenitendam, domum innocentem, innocentiam non coactam, angustas opes, verum tamen libris et litteris dilatatas, frugalitatem sine sordibus, ingenium liberale, animum non inliberalem, victum vestitum supellectilem munda, non splendida, veteribus ut illis consulibus (excepta quae tum erant bellicarum conlatione virtutum) si quis me conferre dignetur, seponat opulentiam, non derogaturus industriam. 37. verum quoniam gratiis agendis iamdudum succumbo materiae, tu orationi meae, Gratiane, succede, 38. tu, Gratiane, qui hoc nomen sic per fortunam adeptus es, ut nemo verius ambitione quaesierit. neque enim iustius Metellus cognomento Pius patre revocato, qui esset impius exulante, aut verius Sulla Felix, qui felicior ante quam vocaretur, quam tu Gratianus, cui et hoc nomen est et illa Metelli Sullaeque cognomina: 39. tu, inquam, Gratiane, qui hoc non singulis factis, sed perpetua grate agendi benignitate meruisti, cui, nisi ab avo deductum esset, ab omnibus adderetur, tu ipse tibi, inquam, pro me gratiam refer, tu tuaeque virtutes: bonitas, qua in omnes prolixus es, perpetuus in me: pietas, qua orbem tuum temperas, quam in ulciscendo patruo probas, tuendo in fratre cumulas, ornando in praeceptore multiplicas. 40. agat gratias clementia, quam humano generi inpertis: liberalitas, qua ditas omnes: fortitudo, qua vincis, et mens ista aurea, quam de communi deo plus quam unus hausisti. agant et pro me gratias voces omnium Galliarum, quarum praefecto hanc honorificentiam detulisti. ultra progredior et, hoc quia debere te dicis, agat, quae optime agere potest, vox ista, quam docui.

VIIII. 41. Iamdudum autem quam grati animi, tam sermonis exigui (ut supra dictum est) succumbo materiae neque adhuc illa perstrinxi, quae ne infantissimus quidem, nisi idem impiissimus, eminentia per famam et omnium gaudiis testata supprimeret. quae supra vires dicendi meas posita cunctor attingere, aut ingrati crimine arguendus aut temerarii professione culpandus, tamen, alterum cum subeundum sit, audaciam quam malevolentiam malo reprehendi. 42. tu, Auguste venerabilis, districtus maximo bello, adsultantibus tot milibus barbarorum, quot Danuvii ora praetexitur, comitia consulatus mei armatus exerces. tributa ista, quod in urbe Sirmio geruntur, an [ut], quod in procinctu, centuriata dicentur? an ut quondam pontificalia vocabuntur sine arbitrio multitudinis sacerdotum tractata collegio? sic potius, sic vocentur, quae tu,

VIII. 1 Sall. bell. Iug. 85, 29 non possum fidei causa imagines neque triumphos aut consulatus maiorum meorum ostentare 12 Plin. pan. 88 pietate Metelli 13 Plin. N. H. VII 137 unus hominum ad hoc aevi Felicis sibi cognomen adseruit L. Sulla . . . et quibus felicitatis inductus argumentis? . . . futuro tempore infelix; *cf.* Sall. bell. Iug. 95, 4 felicissumo omnium ante civilem victoriam 20 Verg. Aen. VI 726 sqq. mens agitat molem

VIII. 2 sallustium *p*, salustium *cet.* ad *ω volgo*, aut *Baehrens*, vel adeo *ego* 4 poenitendam *T* 5 litteris *Tl*, licteris *M* (*sic saepius, ut* micto), liberis *cet. volgo* 6 inliberalem *M*, ill. *cet.* 8 tū tum *T* erat *ω*, erant *Ald.* belcarum *T* (*in mg.* pu bellicarum) *k*, bellicarum Mp^2, belliarium h^2 (*in mg.* bellicarum), belliarum *eE*, balearum *cet.* 10 subcumbo Mp^2eE succede″ gratiane″ *T* 12 iustus *M* 13 silla *TM* 14 scillaeque *T*, sillaeque *M* 16 hominibus *M* 18 quamque *Ug. volgo* 20 impertis *Tpv*, īpartis *M*, impartis *cet.* 21 unus] ullus *Par. volgo* uoces *om. M*

VIIII. 1 tamen *M* 2 subcumbo *MeE* 3 suprimeret *M* 4 camine *M* 5 themerarii *M* 6 malivolentiam *ω* destrictus Tpp^2eE *et* h^2 (*in mg.* dist.), detrictus *Mk*, districto *cet.* 7 adsultantibus *M*, ass. *cet.* millibus *TMpv* quot *T*, quibus *cet.* danuuii *M*, danubii *cet.* 8 syrmio *MmueE* 9 an ut quod $TMkpp^2h^2eE$, an quae *cet.*, an quod *Par.* procintu *M* ut quondam] utique *Mommsen* 10 uocetur Mp^2

pontifex maximus deo participatus habuisti. 43. non est ingenii mei, piissime imperator, talia comminisci. verba sunt litterarum tuarum, quibus apud me auctoritatem summi numinis et tuae voluntatis amplificas. sic enim loqueris: 'cum de consulibus in annum creandis solus mecum volutarem, ut me nosti, [atque] ut facere debui, ut velle te scivi, consilium meum ad deum rettuli. eius auctoritati obsecutus te consulem designavi et declaravi et priorem nuncupavi'. 44. cuius orationis ordo lucidior? quae doctrina tam diligens propriis comitiorum verbis loqui nec vocabulis moris antiqui nomina peregrina miscere? valete modo classes populi et urbanarum tribuum praerogativae et centuriae iure vocatae. quae comitia pleniora umquam fuerunt quam quibus praestitit deus consilium, imperator obsequium?

X. 45. Et nunc ego, piissime imperator, ne fastigium auditorii sacri dictorum tuorum timidus interpres offendam, divinitatis tuae prope cum piaculo verba transcurro. 46. 'cum de consulibus', inquis, 'in annum creandis': erudita vox et cura sollemnis! '⟨solus⟩ mecum volutarem': o profundi altitudo secreti! habes ergo consiliatorem et non metuis proditorem. 'ut me nosti': quid familiarius? 'ut facere debui': quid constantius? 'ut velle te scivi': 47. quid dici blandius potest? 'consilium meum ad deum rettuli': et quemadmodum solus, cui praesto est tam grande consilium? an plenius cum senatu, cum equestri ordine, cum plebe Romana, cum exercitu tuo et provinciis omnibus deliberasses? 'consilium meum ad deum rettuli': 48. non ut, credo, novum sumeres, sed ut sanctius fieret, quod volebas. 'eius auctoritati obsecutus': scilicet, ut in consecrando patre, in ulciscendo patruo, in cooptando fratre fecisti. 49. 'te consulem designavi et declaravi et priorem nuncupavi': quis haec verba te docuit? ego tam propria et tam latina nescivi. 'designavi et declaravi et nuncupavi': non fit hoc temere, habet moras suas dispertitis gradibus tam matura cunctatio. 50. has ego litteras tuas si in omnibus pilis atque porticibus, unde de plano legi possint, instar edicti pendere mandavero, nonne tot statuis honorabor, quot fuerint paginae libellorum?

XI. 51. Sed ad blandiora festino. ab hac enim litterarum ad me datarum parte digressus, eo quoque descendisti, ut quaereres, qualis ad me trabea mitteretur. omne largitionum tuarum ministerium sollicitudine fatigasti. non ergo supra consulatum mihi est adhibita per te cura tam diligens, pro me cura tam felix? in Illyrico arma quatiuntur: 52. tu mea causa per Gallias civilium decorum indumenta dispensas, loricatus de toga mea tractas, in procinctu et cum maxime dimicaturus palmatae vestis meae ornamenta disponis: feliciter et bono omine. namque iste habitus ut in pace consulis est, sic in victoria triumphantis. parum est, si qualis ad me trabea mittatur interroges: te coram promi iubes. 53. nec satis habes, ut largitionum ministri ex more fungantur: eligis ipse de multis et, cum elegeris, munera tua verborum honore prosequeris. 'palmatam', inquis, 'tibi misi, in qua divus Constantius parens noster intextus est'. me beatum, cuius insignibus talis cura praestatur. haec plane, haec est

---

12 q̣ apud *T* 13 et ut tuae h^2 (ut *del.*) *eE*, et vim tuae *Toll volgo* 14 creandis *om. T* atque *del. Toll* et uelle *TMkp*^{2}, ut uelle h^2 (*in mg.* ał et) *cet.* 15 deum] dominum *T* rettuli *lv*^{2}, retuli *cet.* 19 reuocatae *ω*, uocatae *mg. ed. Pulmannianae* 20 cōscilium *M*

X. 1 fastidium *T*, fastidium *cet.*, fastigium *Ven.*^{3} 2 prope (p̣pe; *an* propere?) *M*, proprie *k*, prolem h^2 (*in mg.* ał prope) *cet.* 3 solennis *T*, solemnis *M* 4 solus *add. Ald.* (erudita uox et cum solus mecum *Ven.*^{4}) altitudo *M* (o *ex* i) secreti] consilii *T* e̤t no̤n et non *T* 6 n̋osti m̋e *T* ut me nosti, ut facere debui, ut uelle te sciui. quid familiarius? quid constantius? quid dici blandius potest? *χpv*^{2}*h*^{2}*eE* 6 rettuli *v*, retuli *cet.* 7 concilium *T et* h^2 *in mg.* 9 rettuli *lv*, retuli *cet.* sūmeres *M* 13 h̄t h̄t *T* 14 dispartitis *kpχv*^{2}*h*^{2}*eE* 16 nonne *T*

XI. 1 prate *M* 4 illirico *TM* 5 dequorum *M* 6 procintu *M* vestis *susp. Acidalio* 11 constantius *Tkp*^{2}, constantinus *cet.* 12 talis u̯e̯s̯t̯i̯s̯ *T* praestatur *TMkpp*^{2}, praestetur h^2*eE*, me . . . praestetur *om. χv*^{2}

picta ut dicitur vestis non magis auro suo quam tuis verbis. 54. sed multo plura sunt in eius ornatu, quae per te instructus intellego. geminum quippe in uno habitu radiat nomen Augusti. Constantius in argumento vestis intexitur, Gratianus in muneris honore sentitur.

XII. 55. Accessit tam inpenso beneficio tuo pondus quorundam sciscitatione cumulatum. interrogatus, quem priorem decerneres consulem, nec dubitandum esse dixisti tu et qui tecum boni sunt dubitare non poterant. sed tamen ad hoc dictum erexerant animos, qui libenter clarissimum virum collegam meum, quem praesentem habebat occasio, praelatum credidissent. fatigantes tamen quod intellexerant requirebant. 56. hic tu, sicut mihi renuntiatum est, noto illo pudore tuo paulisper haesisti, non rationis ambiguus, sed eorum dubitationem vultu et rubore condemnans, qui studium suum interpretationis errore palpabant. deinde ilico subdidisti: 'quid de duobus consulibus designatis quaeritis, quis ordo sit nuncupationis? anne alius quam quem praefectura constituit?' 57. o felicem verecundiam tuam, cui ista popularis ratio tam prudenter occurrit! scisti aliud, Gratiane, quod diceres, sed propter quorundam verecundiam dicere noluisti. scopulosus hic mihi locus est et propter eam, quam numquam appetivi, gloriam recusandus. cum prior renuntiatus sim, satis est tuum tenere iudicium: interpretes valete meritorum. 58. neque autem ego, sacratissime imperator, in tenui beneficio gradum nuncupationis amplector. non est haec gloria ignota Ciceroni. 'praetorem me', inquit, 'populus Romanus primum fecit, consulem priorem'. ex ipsa eius sententia intellegitur commendabilius ei videri ⟨uni⟩ quam pluribus esse praepositum: nulla enim est equidem contumelia secundi, sed in duobus gloria magna praelati.

XIII. 59. Alexandri Macedonis hoc fertur: cum legisset illos versus Homericos, quibus Hectore provocante de novem ducibus, qui omnes pugnare cupiebant, unum deligi placeret sortis eventu, trepida ubi conceptione votorum Iovem optimum maximum totus precatur exercitus, ut Aiacem vel Tydei filium aut ipsum regem ditium Mycenarum sortiri patiatur Agamemnonem, 'occiderem', inquit, 'illum qui me tertium nominasset'. 60. o magnanimitatem fortissimi viri! nominari inter novem tertius recusabat, ubi certe pluribus antecelleret quam subesset. quanta hic verecundia gravaretur posterior de duobus? est enim in hoc numero arduae plena dignationis electio. cum universis mortalibus duo qui fiant consules praeferuntur, qui alteri praeponitur non uni, sed omnibus antefertur. 61. expectare nunc aures praesentium scio et eminere in omnium vultu intellego, quod desiderio concipiatur animorum. existimant enim, cum ea, quae ad grates agendas pertinebant, summatim tenuiore filo sicut dicitur deducta libaverim, aliqua me etiam de maiestatis tuae laudibus debere per-

---

XII. 16 Cic. in Pis. 1, 2 me . . . praetorem primum . . . populus Romanus faciebat 3 me . . . universa civitas . . . priorem consulem declaravit

XIII. 4 Il. VII 179 sq. 12 Hor. Ep. II 1, 225 tenui deducta poemata filo

---

14 intelligo *ω* (*semper*) 15 ge̊minat *T* (*in mg.* ł radiat) constantius *TMkp*^{2}, constantinus *cet.*

XII. 1 inpenso *M*, impenso *cet.* siscitatione *T* 2 interogatus *TM* 7 robore *T*$'$(*corr.* *m*^{1}) condempnans *M* 8 illico *ω* 9 alius *Me*, alium *cet. E* 10 p̃denter *T* 11 quorumdam *M* 12 scrupulosus *Ven.*^{4} *volgo* (*cf. Cic. div. in Q. Caec. 11, 36*) 14 intepetres *M* 15 num *Ug. volgo* 17 uni *om. ωE, add. Med.* 18 enim *om. Mχv*^{2} quidem *Ven.*^{4} *volgo* in *om. eE*, ex *Med. volgo*

XIII. 1 homericos uersus *omnes praeter Tkp et volgo* 2 de *om. h*^{2} (*s. v. add.* *m*^{1}) *eE*, e *Med. volgo* 3 contentione *T* 4 tidei *TM* 5 micenarum *TM* sortiri *E*, sortiti *e*, sorti *cet.* agamenonem *M* 11 quid *Acidalius volgo* concipiatur *Tp*^{2}, concipiāt *k*, concipiantur *p* (n *alt. del.* *m*^{2}) *cet.* 12 et ore *ω*, tenuiore *Ven.*^{3} sicut *ω*, fit *h*^{2}*eE*, ut *Med. volgo*

stringere. 62. quamquam me istam dixerim seposuisse materiam et in tempus aliud reservare, nihilominus tamen, ut nunc aliqua contingam, nutu et prope murmure cohortantur. itaque faciam, quando cogunt volentem: sed maioribus separatis tenuiora memorabo, nulla spe ad plenum exequendi, sed universi ut intellegant eorum, quae in te praedicanda sunt, a me poscendam esse notitiam, ab aliis dignitatem. nec excellentia, sed cotidiana tractabo.

XIIII. 63. Nullum tu umquam diem ab adulescentia tua nisi adorato dei numine et reus voti et ilico absolutus egisti, lautis manibus, mente pura, inmaculabili conscientia et, quod in paucis est, cogitatione sincera. 64. cuius autem umquam egressus auspicatior fuit aut incessus modestior aut habitudo cohibitior aut familiaris habitus condecentior aut militaris accinctior? in exercendo corpore quis cursum tam perniciter incitavit? quis palaestram tam lubricus expedivit? quis saltum in tam sublime collegit? nemo adductius iacula contorsit, nemo spicula crebrius iecit aut certius destinata percussit. 65. mirabamur poetam, qui infrenos dixerat Numidas, et alterum, qui ita collegerat, ut diceret in equitando verbera et praecepta esse fugae et praecepta sistendi. obscurum hoc nobis legentibus erat. intelleximus te videntes, cum idem arcum intenderes et habenas remitteres aut equum segnius euntem verbere concitares vel eodem verbere intemperantiam coherceres. qui te visi sunt haec docuisse, non faciunt: immo qui visi sunt docuisse, nunc discunt. 66. in cibis autem cuius sacerdotis abstinentior caerimonia? in vino cuius senis mensa frugalior? operto conclavis tui non sanctior ara Vestalis, non pontificis cubile castius nec pulvinar flaminis tam pudicum. 67. in officiis amicorum non dico paria reddis: antevenis et, quotiens in obsequendo praecedimus, erubescis pudore tam obnoxio, quam in nobis esse deberet ab imperatore praeventis. in illa vero sede, ut ex more loquimur, consistorii, ut ego sentio, sacrarii tui, nullus umquam superiorum aut dicenda pensius cogitavit aut consultius cogitata disposuit aut disposita maturius expedivit.

XV. 68. Et aliqua de oratoriis virtutibus tuis dicerem, nisi vererer mihi gratificari. non enim Sulpicius acrior in contionibus nec maioris Gracchi commendabilior modestia fuit nec patris tui gravior auctoritas. qui tenor vocis, cum incitata pronuntias! quae inflexio, cum remissa! quae temperatio, cum utraque dispensas! quis oratorum laeta iucundius, facunda cultius, pugnantia densius, densata glomeratius aut dixit aut, quod est liberius, cogitavit? 69. vellem, si rerum natura pateretur, Xenophon Attice, in aevum nostrum venires, tu qui ad Cyri virtutes exequendas votum potius quam historiam commodasti, cum diceres, non qualis esset, sed qualis esse deberet. si nunc

---

XIIII. 8 Verg. Aen. IIII 41 Numidae infreni

XV. 2 Cic. de or. II 21, 88 oratione . . . celeri et concitata . . . verbis effervescentibus 7 Cic. ad Q. F. I 1, 8 Cyrus ille a Xenophonte non ad historiae fidem scriptus, sed ad effigiem iusti imperii

---

16 tenuora *M* 18 in te χv^2, inter *TMkp*^{2}, inter^{ius} *p* (ius m^2), intus h^2eE *volgo* 19 quotidiana *Tpp*$^2\chi h^2E$

XIIII. 1 adolescentia ω 2 illico ω immaculabili *T* 4 habitus familiaris *M* 5 condecentior *Tkp*$^2h^2eE$, decentior *cet.* 6 expediuntur *M* collegitur *M* 8 infrenes *M* (*Verg. Aen. X 750*) 11 segn̄ius *T* 12 imtemperantiam *T* (*corr.* m^1) haec *M*, *om. lmuv*^{2}, hoc *cet. volgo* docuisse, haec *Mommsen* 13 imo *M* 15 nō^{ne} puluinar *T* flam̄is *M* pudicum nō̄ *T* 16 pr̃ia *M* reddi ω, reddis *Acidalius* 17 praeuenimus *M* (*et* h^2 *in mg.*) 18 praeuenti *M*

XV. 1 tuis uirtutibus *M* uerrerer *M* 2 sulpicius *p*, sulpitius *cet.* conmendabilior *e* 4 inflexo *M* 5 iocundius *TM* facundia *M* glomeratius^{osius} *T*, glomerosius *M* (*et* h^2 *in mg.*), glomerantius *l*, glomeratius *cet.* 6 liberum ω, liberius *Acidalius* actice *T* 7 ciri *T* hystoriam *M* 8 comodasti *T*

in tempora ista procederes, in nostro Gratiano cerneres, quod in Cyro tuo non videras, sed optabas. 70. atque ista omnia, quae punctis quibusdam acuminata signavi, si facundia pro voluntate suppeteret, quamquam non copiosus exequerer, ubertatem stilo rerum magnitudine suggerente: sed nec huius diei nec huius ista materiae. qui dicturi estis laudes principis nostri, habetis velut seminarium, unde orationum vestrarum iugera compleatis: ego ista perstrinxi atque, ut sciunt omnes, possum videri familiaris notitiae secretus interpres domestica istaec non tam praedicare quam prodere. atque ut ista dixi de cognitis mihi atque intra aulam familiaribus, possem et foris celebrata memorare, nisi omnia omnes et separatim sibi quisque novisset. 71. possem pari brevitate dicere ⟨qua⟩ superiora. emendatissimi viri est pigenda non facere: at tu numquam paenitenda fecisti et semper veniam paenitentibus obtulisti. pulchrum est indulgere timentibus: sed tu perpetuae bonitatis edictis occurristi omnibus, ne timerent. magnificum largiri honores: tu honoratos et liberalitate ditasti. laudabile est imperatorem faciles interpellantibus praebere aditus nec de occupatione causari: tu confirmas adire cunctantes et iam querimoniis explicatis, ne quid adhuc sileatur, interrogas.

XVI. 72. Celebre fuit Titi Caesaris dictum, perdidisse se diem, quo nihil boni fecerat. sed celebre fuit, quia Vespasiani successor dixerat, cuius nimia parsimonia et austeritas vix ferenda miram fecerat filii lenitatem. tu Valentiniano genitus, cuius alta bonitas, praesens comitas, temperata severitas fuit, parto et condito optimo rei publicae statu, intellegis posse te esse lenissimum sine dispendio disciplinae. neque vero unum aliquod bonum uno die praestas, sed indulgentias singulares per singula horarum momenta multiplicas. 73. vel illud unum cuius modi est de condonatis residuis tributorum: quod tu quam cumulata bonitate fecisti! quis umquam imperatorum hoc provinciis suis aut uberiore indulgentia dedit aut certiore securitate prospexit aut prudentia consultiore munivit? fecerat et Traianus olim, sed partibus retentis non habebat tantam oblectationem concessi debiti portio, quanta suberat amaritudo servati. et Antoninus indulserat, sed imperii, non beneficii successor invidit, qui ex documentis tabulisque [populi] condonata repetivit. tu argumenta omnia flagitandi publicitus ardere iussisti. 74. videre in suis quaeque foris omnes civitates conflagrationem salubris incendii. ardebant stirpes fraudium veterum, ardebant seminaria futurarum. iam se cum pulvere favilla miscuerat, iam nubibus fumus ⟨se⟩ involverat et adhuc obnoxii in paginis concrematis ductus apicum et sestertiorum notas coniventi adoratione cernebant, quod meminerant lectum legi posse et tum verentes. quid te, imperator Auguste, indulgentius? quid potest esse consultius? quae bona praestas, efficis, ne caduca sint: quae mala adimis, prospicis ne possint esse recidiva. 75. haec provincialibus indulgentiae bona. quid illa nostro ordini, quid illa militibus? Antoninorum

---

9 ciro *T* 10 quae *ω*, quasi *Ug.*, quae quasi *Toll volgo* 11 suppeteret et *Acidalius volgo* 12 nec (*post* diei) *T* (*in quo* nec | nec) *muh²eE*, neque *cet.* dicituri *M* 16 celebritate *T* 18 qua *om. ω*, *add. Acidalius* pingenda *M*, poenitenda *Par. volgo* 19 poenitenda *et* poenitentibus *T* 21 magnificum est *Delph.* honoratos *T* (s *ex* r) 23 sileatu͂ *M* interogas *TM*

XVI. 1 nil *M* 2 uespaxiani *T*, uespesiani *Mp²* nimia *om. T* 3 ferendā *M* ualentiano *Tlpp²* 4 optimo *Tp²*, optime *v* (e *ex* o), optimae *cet.* rei p. *T*, rei pu. *M* 5 leuissimum *M* 6 singulares *Tp²*, seculares *cet.* 8 unquam *TM* 9 suit *M* 10 tyrayanus *M* 12 indulxerat *M* 13 populi *om. M*, populis *Mommsen*; *an* populo? repetunt *M* 14 conflagitionem *M* 15 stupes *M* fraudum *lmuvh²eE* (*om. v²*) *volgo* semina *Tp²χv²* 16 se *addidi*; involaverat *Mommsen* 17 sextertiorum *TM* conuiuantia đ roe *T*, cum iuuantia (uiuātia *k*) de (đ *k*) ratione *kp²eE et h²* (*in mg.* ał iuuacia), cum uiuacia (uiuatia *l*, uiuauatia *v*) de ratione *cet.*, cum titubantia et trepidatione *Scal. volgo*, conniuenti de ratione *Toll*, cum titubanti adoratione *Haupt*, ceu integrata adaeratione *Unger*, conturbanti adaeratione *Baehrens*, coniuenti adoratione *ego* conebant *M* 18 legi possetetueteres *T*, legi posse3 z ueteres *Mk*, legi posse et ueteres *cet.*, et verentes *Ald.*, etiam verentes *Acidalius*, etiam tunc verentes *Toll volgo*, posse metuentes *Baehrens*, et tum verentes *ego* 20 recidua *T*, recidiua *kh²* (*uterque in mg.* rediuiua) *eE*, rediuiua *cet.* 21 nostro] uro *M*

comitas fuit et iam ante Germanicorum ⟨in⟩ cohorte amicorum et legionibus familiaris humanitas. sed ego nolo benevolentiam tuam aliorum collatione praecellere. abundant in te ea bonitatis et virtutis exempla, quae sequi cupiat ventura posteritas et, si rerum natura pateretur, adscribi sibi voluisset antiquitas.

XVII. Necesse est tamen aliquid comparari, ut possit intellegi bona nostra quo praestent. 76. aegrotantes amicos Traianus visere solebat: hactenus in eo comitas praedicanda est: tu et visere solitus et mederi praebes ministros, instruis cibos, fomenta dispensas, sumptum adicis medelarum, consolaris adfectos, revalescentibus gratularis. in quot vias de una eius humanitate progrederis! 77. legionibus universis, ut in communi marte evenit, si quid adversi acciderat, vidi te circumire tentoria, 'satin salvae' quaerere, tractare vulnera sauciorum et, ut salutiferae apponerentur medelae atque ut non cessaretur, instare. vidi quosdam fastidientes cibum te commendante sumpsisse. audivi confirmantia ad salutem ⟨te⟩ verba profari, occurrere te desideriis singulorum: huius sarcinas mulis aulicis vehere, his specialia iumenta praebere, illis ministeria perditorum instaurare lixarum: aliorum egestatem tolerare sumptu, horum nuditatem velare vestitu: omnia agere indefesse et benigne, pietate maxima, ostentatione nulla, omnia praebere aegris, nihil exprobrare sanatis. 78. inde cunctis salute nostra carior factus meruisti, ut haberes amicos obnoxios, promptos, devotos, fideles, in aevum omne mansuros, quales caritas potius quam fortuna conciliat.

XVIII. 79. Concludam deinceps orationem meam, piissime Auguste, sermonis magis fine quam gratiae. namque illa perpetua est et spatio non transmeabili terminum calcis ignorat. flexu tamen parvo nec a te procul convertar ad deum: 80. Aeterne omnium genitor, ipse non genite, opifex et causa mundi, principio antiquior, fine diuturnior, qui templa tibi et aras penetralibus initiatorum mentibus condidisti, tu Gratiano, humanarum rerum domino, eius modi semina nostri amoris inolesti, ut nihil in digressu segnior factus meminisset relicti, illustraret absentem, praesentibus anteferret, deinde quia interesse primordiis dignitatis per locorum intervalla non poterat, ad sollemnitatem condendi honoris occurreret, beneficiis ne deesset officium. 81. quae enim umquam memoria transcursum tantae celeritatis vel in audacibus Graecorum fabulis commenta est? Pegasus volucer actus a Lycia non ultra Ciliciam permeavit: Cyllarus atque Arion inter Argos Nemeamque senuerunt: ipsi Castorum equi, quod longissimum iter est, non nisi mutato vectore transcurrunt. 82. tu, Gratiane, tot Romani imperii limites, tot flumina et lacus, tot veterum intersaepta regnorum ab usque Thracia per totum, quam longum est, latus Illyrici, Venetiam Liguriamque et Galliam veterem, insuperabilia Raetiae, Rheni †accolas, Sequanorum invia, porrecta Germaniae celeriore

---

XVIII. 3 Plin. pan. 94 5 Paul. ad Cor. I 3, 16 (6, 19; II 6, 16) 10 Iuv. X 174 sq. et quidquid Graecia mendax audet in historia 11 Inc. pan. Constant. d. (VII) 8 quis enim te Cyllarus aut Arion posset eripere

---

22 inde *ω*, ante *ego* cohorte *ω*, cohorti *Par.*, in cohorte *ego* 23 bn̄uolentiam *T* (i *del.*), benivolentiam *cet.* percellere *Toll volgo* habundant *TM* 24 sequi] siqua *M* 25 asscribi Tp^2

XVII. 2 trayanus *M* 4 affectos *T* 5 quod *M* 6 martē *M* tētoria satiri *M* 9 te *addidi* p̄fari *TMkp*^{2}, profari *cet.* occurrente *M*, occurrere *cet.*, occurrere te *ego* singlorum *T* 11 tollerare *M* 13 exprob^{r}are *T* 14 ꝑntos *M* 15 charitas *T* caritas non fortuna *Par. volgo*

XVIII. 1 sermonē^{is} *T* 2 nanque *T* 3 O Eterne *T* 5 *fortasse* in penetralibus 6 humarum *T* n̄^{i} *T* molesti *Mk* 7 et relicti Tp^2h^2eE, et *om. cet.* 8 dein Mpp^2heE interōe *M* solemnitatem *M*, solennitatem *T* 10 memoriā (memoria Tp^2v^2) umquam (unquam Tp^2) memoria *ω*, memoria unquam *Toll volgo*, umquam memoria *ego* 11 cyliciā *T* 12 nemeaeamq; *T* scauerunt *M* 13 inter *T*, iter *p* (i m^2 *in ras.*), inter *cet.* 14 tracia *M* 15 longus est locus *ω*, longum est latus *Graevius* illirici *TM* 16 rhetiae *T*, rethie *M* accolis *M*, accolas *cet.*, aquosa *Acidalius volgo*; *fortasse* acclivia iniuria *M*

transcursu, quam est properatio nostri sermonis, evolvis, nulla requie otii, ne somni quidem aut cibi munere liberali, ut Gallias tuas inopinatus illustres, ut consulem tuum, quamvis desideratus, anticipes, ut illam ipsam, quae auras praecedere solet, famam facias tardiorem. hoc senectuti meae, hoc honori a te datum: 83. supremus ille imperii et consiliorum tuorum deus conscius et arbiter et auctor indulsit, ut sellam curulem, cuius sedem frequenter ornabis, ut praetextam meam purpurae tuae luce fucatam, ut trabeam non magis auro suo quam munere tuo splendidam, quae ab Illyrico sermonis dignitas honestavit, apud Gallias illustriora praestares, quaestorem ut tuum, praefectum ut tuo praetorio, consulem tuum et, quod adhuc cunctis meis nominibus anteponis, praeceptorem tuum, quem pia voce declaraveras, iusta ratione praetuleras, liberali largitate ditaveras, Augustae dignationis officiis consecrares.

VIIII. VERSVS PASCHALES †PROCO DICTI.

317 (Edyll. I) (*VPω*)

Sancta salutiferi redeunt sollemnia Christi
et devota pii celebrant ieiunia mystae.
at nos aeternum cohibentes pectore cultum
intemeratorum vim continuamus honorum.
annua cura sacris, iugis reverentia nobis.
Magne pater rerum, cui terra et pontus et aër
tartaraque et picti servit plaga lactea caeli,
noxia quem scelerum plebis tremit almaque russum
concelebrat votis animarum turba piarum:
tu brevis hunc aevi cursum celeremque caducae
finem animae redimis aeternae munere vitae.
tu mites legum monitus sacrosque prophetas
humano impertis generi servasque nepotes,
deceptum miseratus Adam, quem capta venenis
implicuit socium blandis erroribus Eva.
tu verbum, pater alme, tuum, natumque deumque,
concedis terris totum similemque paremque,
ex vero verum vivaque ab origine vivum.
ille tuis doctus monitis hoc addidit unum,
ut super aequoreas nabat qui spiritus undas

VIIII. 20 Gen. I 1, 2 et spiritus dei ferebatur super aquas

17 transuersu cursu *M* semini *M* 18 inoppinatus *M* 20 dati *M* 22 currulem *M* 23 fugatam *T*, fugatam *p* rabeam *M* illirico *TM* 24 illustrauit onestauit *T* gallia *T* 25 adh° *T* Finit gratiarum actio *T et* (*add.* apud gratianum) *v*, Finit gratiarum actio de consulatu apud Gratianum Augustum *MpE*

VIIII. Versus pascales procodicʏı *V* (Proclo dicti *Scal.*, Probo dicti *Heinsius*, pro coss. dicti *Brandes*, pro Caesare *vel* Caesaribus *Hartel*, *fortasse* ex tempore dicti), Incipiunt uersus pascales Decii Magni Ausonii *P*, Incip. uersus Dec. Mag. Ausonii h^3, Incipiunt pasquales *M*, Incipiunt uersus pascales *TE*, De sanct ma solennitate pasce *v*, Ausonius de sanctissima pasce solemnitate *mu* 1 sollempnia *P*, solempnia *M*, solennia *T* 2 celebrat *V* mistae *VTM* 3 ad *V* (t m^2) coibentes *VP* 5 sacri *V* 6 ponthus *P* 7 picta *V* latea *P* 8 pleb' *P*, plebis Vh^3M, plebis *T*, plebes *cet.* russū *V*, rursum *cet.* 10 celebrēque *V* 11 donas *codd.*, redimis *ego* 12 mites *V* (t *ex* d m^2), mitis *T* 13 humo nō *P* impartis *TM*, impertit *P*, inpartis *E* seruasseque *P*, sceuasque *T*, seuasque *M* 14 quem blanda *T* 15 aeua *V* (a *alt. ex* e), euua Ph^3 17 concedit *P*

pigra inmortali vegetaret membra lavacro.
trina fides auctore uno, spes certa salutis
hunc numerum iunctis virtutibus amplectenti.
tale et terrenis specimen spectatur in oris
Augustus genitor, geminum sator Augustorum,
qui fratrem natumque pio conplexus utrumque
numine, partitur regnum neque dividit unum,
omnia solus habens atque omnia dilargitus.
hos igitur nobis trina pietate vigentes
rectores terrae placidos caelique ministros,
Christe, aput aeternum placabilis adsere patrem.

X. ORATIO CONSVLIS AVSONII VERSIBVS RHOPALICIS.

	Spes	deus,	aeternae	stationis	conciliator,	(*V*)
	si	castis	precibus	veniales	invigilamus,	
	his,	pater,	oratis	placabilis	adstipulare.	
	da,	Christe,	specimen	cognoscier	inreprehensum.	
5	rex	bone,	cultorum	famulantum	vivificator,	
	cum	patre	maiestas	altissima	non generato,	
	da	trinum	columen	paraclito	consociante,	
	ut	longum	celebris	devotio	continuetur.	
	ad	temet	properant	vigilatum	convenienter.	
10	nox	lucem	revehet	funalibus	anteferendam,	
	nox	lumen	pariens	credentibus	indubitatum,	
	nox	flammis	operum	meditatrix	sidereorum.	
	tu	mensis	dirimis	ieiunia	relligiosa,	
	tu	bona	promittens	surgentia	concelebraris:	
15	da,	rector,	modicos	affarier	omnipotentem.	
	fons	tuus	emundat	recreatu	iustificatos,	
	dans	mentem	oblitam	positorum	flagitiorum,	
	dans	agnos	niveos	splendescere	purificatos,	
	ut	nova	Iordanis	ablutio	sanctificavit,	
20	cum	sua	dignati	tingentia	promeruerunt.	
	lux	verbo	inducto	peccantibus	auxiliatrix	
	et	Christus	regimen	elementis	inrequietis	
	fert	undam	medici	baptismatis	intemeratam,	

---

21 ī mortali *P*, immortali $h^3\omega$ 23 amplectenti *VPh*^{3} *et l* (m^2), amplectendi *cet.* 24 Vale *T* specime *P* ^{h}oris *V* (h m^2) 25 sator *om. T* augustoque *P* 26 complexus *Ph*$^3\omega$ 27 nomine *VPh*^{3} nec *P* 28 om̄ī solus *P* adque *V* dilargitus *V* (itus m^2) 29 nos nobis in ? trina *T* 30 terra *P* 31 criste *V* aput *V*, apud *cet.* asserē *P*, assere ω Finiunt uersus pascales *P*, Versus pascales finiunt *T* (*in mg. min.*) *Mh*^{3}

X. ropalicis *V* 3 pat∗er *V* plauilis *V* (*corr.* m^2) 4 cognoscere *V corr. Heinsius* 5 famulū tū *V corr. Lugd.* 6 ingenerato *V*, non generato *Heinsius* 7 paraclito *V* (y *super* i) 9 uigilatū *V* (-tu *corr.*) convenientes *Lugd.* 11 lum^{en} *V* (m^{en} m^2 *in ras.*) 15 effarier *V*, affarier *ego* 16 i^{us}tifica$^{tos}_{*}$ *V* (tos m^2) *corr. Lugd.* 20 dignatū *V*, dignati *ego* ting^{v}entia *V* 21 induc∗ta *V*, inducto *Heinsius* 22 Xristus regimē∗ *V* 23 babtismatis *V* intemerati *V corr. Heinsius*

ut noxam auferret mortalibus extenuatam.
crux poenae extremum properatast inmaculato,
ut vitam amissam renovaret mortificatus.
quis digne domino praeconia continuabit,
tot rerum titulis obnoxius immodicarum?
an terra humano locupletat conmemoratu,
quem vocum resonat modulatus angelicarum?
dans aulam Stephano pretiosam dilapidato,
dans claves superas cathedralis incohatori,
quin Paulum infestum copularis adglomeratu.
fit doctor populi lapidantum constimulator,
ut latro confessor paradisum participavit.
sic, credo, adnectens durissima clarificandis
nos seros famulos adcrescere perpetieris
sub tali edoctos antistite relligionis.
da sensum solida stabilitum credulitate,
fac iungar numero redivivo glorificatus,
ad caelum invitans consortia terrigenarum,
spes deus, aeternae stationis conciliator.

XI. EPICEDION IN PATREM.

1. PRAEFATIO.

Pos deum semper patrem colui secundamque reverentiam genitori meo debui. sequitur ergo hanc summi dei venerationem epicedion patris mei. titulus a Graecis auctoribus, defunctorum honori dicatus, non ambitiosus, sed religiosus. quem commendo lectori meo, sive is filius est seu pater sive utrumque. neque ut laudet exigo, set ut amet postulo: neque vero nunc patrem meum laudo, quod ille non eget et ego functum oblectatione viventium onerare non debeo. neque dico nisi quod agnoscunt, qui parti aetatis eius interfuerunt. falsum me autem morte [eius] obita dicere et verum tacere eiusdem piaculi existimo. imagini ipsius hi versus subscripti sunt neque minus in opusculorum meorum seriem relati. alia omnia mea displicent mihi, hoc relegisse amo. 318 (Edyll. II (V)

---

25 properata *V*, properata est *Heinsius* 26 a∗missam *V* (d *eras.*) 27 dn̄e *V*, domino *Heinsius* praeconio continuauit *V corr. Scal.* 29 loc∗upletat *V* (l *eras.*) cōmemorari *V* (ri m^2), commemoratu *Lugd.* 31 *et* 32 das? 31 stefano *V* pretiose *V*, pretiosam *ego* 32 cathedrali *V*, cathedralis *ego* incoatori *V*, inchoatori *Lugd.* 33 *fortasse* copulabas adglomerat^{tu} *V*, adglomeratis *Lugd.* 35 paradysum *V* (y *ex* i m^2) 36 spurcissima *Heinsius* 38 tali∗ *V* antistitḭ *V* (i m^2) 40 gloridicatus *V* (*corr.* m^2) 41 terrigi̇narum *V* (e m^2)

XI. **1.** Incipit ephicedion in patre. prefatio in prosa *V*, Ausonius lectori suo s. d. *add. Lugd. volgo* 1 pos^{t} *V* (t m^2) 5 set *V* (d m^2) 6 honerare *V* 7 eius *delevi ut temere repetitum* obi^{ta} *V* (ta m^2 *in loco evanido*) 8 hi∗ *V* (i *vel* s *eras.*) 9 meorum *om. ed. Toll. volgo* 10 hos *Lugd. volgo* uale *add. Lugd. volgo*

2.

Nomen ego Ausonius, non ultimus arte medendi 319 (Edyll. II)
et, mea si nosses tempora, primus eram. (*Vω*)
vicinas urbes colui patriaque domoque,
Vasates patria, sed lare Burdigalam.
curia me duplex et uterque senatus habebat
muneris exsortem, nomine participem.
non opulens nec egens, parcus sine sordibus egi:
victum habitum mores semper eadem habui.
sermone inpromptus Latio, verum Attica lingua
suffecit culti vocibus eloquii.
optuli opem cunctis poscentibus artis inemptae
officiumque meum cum pietate fuit.
iudicium de me studui praestare bonorum:
ipse mihi numquam, iudice me, placui.
officia in multos diverso debita cultu
personis meritis tempore distribui.
litibus abstinui: non auxi, non minui rem:
indice me nullus, set neque teste perit.
invidi numquam: cupere atque ambire refugi:
iurare aut falsum dicere par habui.
factio me sibi non, non coniuratio iunxit:
sincero colui foedere amicitias.
felicem scivi, non qui quod vellet haberet,
set qui per fatum non data non cuperet.
non occursator, non garrulus, obvia cernens,
valvis et velo condita non adii.
famam, quae posset vitam lacerare bonorum,
non finxi et, veram si scieram, tacui.
ira procul, spes vana procul, procul anxia cura
inque bonis hominum gaudia falsa procul.
vitati coetus eiuratique tumultus
et semper fictae principum amicitiae.
deliquisse nihil numquam laudem esse putavi
atque bonos mores legibus antetuli.
irasci promptus properavi condere motum
atque mihi poenas pro levitate dedi.

---

2. 32 Hor. Carm. II 1, 4 gravesque principum amicitias 34 Hor. Carm. III 24, 35

---

2. Incipit epicedion in patrem λ, Incipit epicedion. Ausonius (Ausonius *om. E*) in patrem de uita sua *TE*, De uita sua et conditione *muv* 1 Nomine *Ven.*[4]; *cf. Verg. Aen. III 614* infimus *T* 2 si quaeris *T* 4 uassates *Tλ* *v. 6 ante 5 V sed mendum signis ·//· et ·/· corr.* 6 exortem *TχE* 7 opulens] locuples *χE et* v^2 (*in mg.* opulens) egi *V* (m^2 *in ras.*) 9 inprōtus *V*, impron^{p}tus *T*, impromptus *cet.* actica *T* 11 optuli *VlE*, obtuli *cet.* inēptę *V* (÷ *eras.*), ineptae *ω*, inemptae *E* 13—16 *om. ω* 18 set (d m^2) q (*eras.*) neque *V* sed *ω* teste fuit *T* 19—26 om. *ω* 19 adque *V* (t m^2) 21 nōnoncōiuratio *V* (÷ *et* noncō m^2 *in ras.*) 24 set *V* (d m^2), sed *ω* 26 ed *V* (t m^2) 28 ueram si scierim *V volgo*, uera si qua fuit *ω* scieram *ego* 29—34 *om. ω* 29 u^{a}na *V* (a *pr.* m^2 ?) 31 uitati* *V* 34 adque *V* (t m^2) 35 *et* 36 *om. V*

coniugium per lustra novem sine crimine, concors
unum habui: natos quattuor edidimus.
prima obiit lactans: at qui fuit ultimus aevi,
pubertate rudi non rudis interiit.
maximus ad summum columen pervenit honorum,
praefectus Gallis et Libyae et Latio,
tranquillus, clemens, oculis, voce, ore serenus,
in genitore suo mente animoque pater.
huius ego et natum et generum pro consule vidi:
consul ut ipse foret, spes mihi certa fuit.
matronale decus possedit filia, cuius
egregia et nuptae laus erat et viduae.
quae nati generique et progeneri simul omnium
multiplici inlustres vidit honore domos.
ipse nec affectans nec detrectator honorum
praefectus magni nuncupor Illyrici.
haec me fortunae larga indulgentia suasit
numine adorato vitae obitum petere,
ne fortunatae spatium inviolabile vitae
fatali morsu stringeret ulla dies.
optinui auditaeque preces: spem vota timorem
sopitus placido fine relinquo aliis.
inter maerentes, sed non ego maestus, amicos
dispositis iacui funeris arbitriis.
nonaginta annos baculo sine, corpore toto
exegi, cunctis integer officiis.
haec quicumque leges, non aspernabere fari:
talis vita tibi, qualia vota mihi.

XII. DE HEREDIOLO.

1. PRAEFATIO.

Cum de palatio post multos annos honoratissimus quippe iam consul redisset ad (*V*)
patriam, villulam quam pater liquerat introgressus his versibus lusit Luciliano stilo.

---

37 consors *ω* 38 natos tris numero genui *ω* gnatos *volgo* 39 *et* 40 *om. ω* 39 lactens *Lugd. volgo* ad *V* (t m^2) 41 columen *Vλ*, culmen *cet.* (culmen summum *T*) 42 libiae *V*, lybiae *Tλ* 43 *om. ω* (*lacuna in TlmuE significata*) ore *V* (*s. v.* m^2) 44 *cf. epist. I 13 sqq.* 47 possidet *T* (possedit *corr.*) 48 aegregia *V* 49 pro gn̄e tris *T*, progeneretri *λ* om̄s *T* 50 illustres *ω* 51 detrectator *VTE*, detractator *cet.* 52 hyllyrici *V* (ri *s. v.* m^2), illirici *T* 53 haec] nec *T* furtunae *V* (*corr.* m^2) suasit *V* (sit *in ras.* m^2) 54 hītum *T*, habitum *λχE*, abitum *Med. volgo*; *fortasse* mitem obitum 56 fat̄li *V* (a m^2) admorsu *ω volgo* (admorsus tangeret *λ*) 57 optinui *Tλ*, obtinui *cet.* timori *Tλ* 58 so*pitus *V* (s *eras.*) finem *V* (m *eras.*) *T* 59 moerentes *λ* moestus *Tλ* amicus *V* (*corr.* m^2) 60 tacui *V* 61 annis *T* torpore *T* 63 quicunque *Tλ* 64 uota *V*, noua *T*, nota *E*, noue *cet.* Finit epicedion in patrem *V*, Finit epycedion *λ*

XII. Incipt de erediolo praefatio in prosa *V* **1.** 1 qū *V* 2 reliquerat *Lugd. volgo* luciano *V*, Luciliano *Scal.* (*cf. L. Mueller Lucil. p. 298, test. 40*; *adde v. l. Petron. 4*)

2.

Salve, herediolum, maiorum regna meorum, (Edyll. III)
quod proavus, quod avus, quod pater excoluit,
quod mihi iam senior properata morte reliquit:
eheu nolueram tam cito posse frui!
iusta quidem series patri succedere, verum
esse simul dominos gratior ordo piis.
nunc labor et cura mea sunt: sola ante voluptas
partibus in nostris, cetera patris erant.
parvum herediolum, fateor: set nulla fuit res
parva umquam aequanimis, adde etiam unanimis.
ex animo rem stare aequum puto, non animum ex re.
cuncta cupit Croesus, Diogenes nihilum.
spargit Aristippus mediis in Syrtibus aurum:
aurea non satis est Lydia tota Midae.
cui nullus finis cupiendi, est nullus habendi,
ille opibus modus est, quem statuas animo.
verum ager iste meus quantus sit, nosce: etiam me
noveris et noris te quoque, si potis es.
quamquam difficile est se noscere: Γνῶθι σεαυτὸν
quam propere legimus, tam cito neclegimus.
agri bis centum colo iugera, vinea centum
iugeribus colitur prataque dimidio.
silva supra duplum, quam prata et vinea et arvum.
cultor agri nobis nec superest nec abest.
fons propter puteusque brevis, tum purus et amnis:
naviger hic refluus me vehit ac revehit.
conduntur fructus geminum mihi semper in annum.
cui non longa penus, huic quoque prompta fames.
haec mihi nec procul urbe sita est nec prorsus ad urbem,
ne patiar turbas utque bonis potiar.
et quotiens mutare locum fastidia cogunt,
transeo et alternis rure vel urbe fruor.

XII. **2.** 1 Verg. Ecl. I 69 mea regna videns 13 Hor. Sat. II 3, 100 Aristippus qui servos proicere aurum in media iussit Libya 15 Hor. Epist. I 16, 65 sqq. 17 Hor. Epist. I 16, 1 sqq. 25 Hor. Epist. I 16, 12 sq.; *cf.* Iuv. III 226 26 Paull. Pell. carm. euch. 45 sq. 31 Ter. Eun. V 5, 1 sqq. (971 sqq.)

---

2. Ausonii villula *Lugd. volgo* 1 erediolum *V* (l m^2) 3 relīquid *V*, relinquit *volgo*, reliquit *Vind. 3261 Toll* 4 heeu *V*, heheu *volgo* 7 curae *apographa volgo* 9 erediolum *V* 10 paruā *V* 11 restare *V* (*corr.* m^2) 12 chroesus diogenisnihilum *V* (s nihilum *in ras.* m^2) 13 sirtibus *V* 14 lidia *V* mid*ae *V* (i *eras.*) 17 iste *V* (i m^2) quatus *V* nosceutetiāme *V*, ut *del. Lugd.* 19 gnoti seatō *V* 22 dimidiū *V corr. Toll* 26 nāuiger *V* 28 prōta famis *V* 29 mihi non *Lugd. volgo* 31 fatidia *V*, fastidia *apographa* 32 rure *V* (r *alt.* m^2 *in ras.*)

XIII. LIBER PROTREPTICVS AD NEPOTEM.

1. AVSONIVS HESPERIO FILIO.

Libellum, quem ad nepotulum meum, sororis tuae filium, instar protreptici luseram, 321 (*VPω*)
venturus ipse praemisi legendum. hoc enim malui quam ipse recitare, esset ut tibi censura liberior, quae duabus causis impediri solet: quod aures nostras audita velocius quam lecta praetereunt et quod sinceritas iudicandi praesentia recitantis oneratur. nunc tibi utrumque integrum est, quia et legenti libera mora est et iudicaturo non obstat nostri verecundia. set heus tu, fili dulcissime, habeo quod admoneam. si qua tibi in his versiculis videbuntur (nam vereor, ut multa sint) fucatius concinnata quam verius et plus coloris quam suci habere, ipse sciens fluere permisi, venustula ut essent magis quam forticula, instar virginum, quas matres student demissis umeris esse, vincto pectore, ut graciles sient. nosti cetera. superest igitur, ut dicas: quid moraris iudicationem meam de eo, quod ipse pronuntias esse mendosum? dicam scilicet me huiusmodi versibus foris erubescere, set intra nos minus verecundari: namque ego haec annis illius magis quam meis scripsi aut fortasse et meis: δὶς παῖδες οἱ γέροντες. ad summam valeat austeritas tua: mihi cum infante ratio est. vale, fili dulcissime.

2. AD NEPOTEM AVSONIVM.

Sunt etiam musis sua ludicra: mixta camenis 322 (Edyll. IIII)
otia sunt, mellite nepos, nec semper acerbi
exercet pueros vox imperiosa magistri,
set requie studiique vices rata tempora servant.
et satis est puero memori legisse libenter
et cessare licet: Graio schola nomine dicta est,

XIII. **1.** 9 Ter. Eun. II 3, 22 (313) sq. quas matres student demissis (dimissis *Donat. et Eugraph.*) umeris esse, vincto pectore, ut graciles sient

---

XIII. **1.** In̄c̄p̄t liber *etc. V*, Incipit epistola ad Esperium filium *P*, Incipit (*om. muv*) protrepticus. Ausonius Hesperio filio suo (suo *om. λ*) *ω* 1 quem *om. T* meum *om. T* pretreptici *V*, προτρεπτικι *P* 2 promisi *ω* haec *Tλ* 3 liborior *P* aures] res *T* 4 qua *V* oculos lecta *Mommsen* et] eo *T* honeratur *V* 5 est quia . . . iudicaturo *om. ω* legenti tibi *Scal. volgo* 6 sed *Pω* eus tĭ *V* (v *m*²) adremoneam *P* 7 in his . . . ut *om. ω* ʰis *V* (h *m*²) multū *T* tucaᵛtius *V*, fuca cuius *T* concinata *P* 8 habere quam suci *P* succi *T* flere *P* eēt *T* 9 ferticila *P* dimissis *V* (i *pr. m*² *in ras.*) *Pλ* ʰumeris *V* (h *m*²), humeris *Pω* 10 uincto . . . ut *om. T* ut graciles . . . ut *om. λχE* (*post* pectore *addito* esse) uicto *V*, iuncto *PvE*, iunceo *lmu* sint *P* dicas *T* (icas *m*¹ *in ras.*) 12 modi *om. P* sed *P* set . . . ego *om. ω* nāqua *V* 13 scribsi *V* meis (*spatium sex fere litterarum*) ⅂aICITaIaECOITEPOHaECE *V*, mei si ΔICΠAIΔECOIΓEPONTEC *P*, meis dicas ρΠAIΔEѠITEPONTEC *v*², meis dicas *cum lacuna cet.*, meis dicas Πλιδεcοιτεροντεc *E* 14 sumam ualeat *V* (at *m*² *in ras.*) auctoritas *ed. Toll volgo* instante *λ*, istana *T* ratio est *om. VP* Explicit epl'a *P*

2. Ad nepotem Ausonium *V*, Incipit προτρεπτικος ad Ausonium nepotem *P*, Ad nepotem Ausonius *λ et TE* (*in quibus add.* de studio puerili), Ausonius nepoti suo *v*, Decimi Magni Ausonii ad Censorium Magnum Ausonium nepotem suum *h*³ (*cf. inscriptionem Genethliaci* [*XIIII*] *in P*), *nullum lemma lmu*, Mellito nepoti ausonius *p*³ 1 ludicrā *P* camoenis *T* 2 nepus *Ph*³ 3 pueros *om. V* 4 sed *Pω* requies *codd. corr. Toll* 5 lebenter *V* (*corr. m*²) 6 cessaret *P* grato *ω* scola *VPT*, sola *λ* nomina *V* est *V* (*m*² *in loco evanido*), est *om. l*

iusta laboriferis tribuantur ut otia musis.
quo magis alternum certus succedere ludum
disce libens: longum delenitura laborem
intervalla damus. studium puerile fatiscit,
laeta nisi austeris varientur, festa profestis.
disce libens: tetrici nec praeceptoris habenas
detestere, nepos. numquam horrida forma magistri.
ille licet tristis senio nec voce serenus
aspera contractae minitetur iurgia frontis,
numquam inmanis erit, placida suetudine vultus
quoi semel inbuerit. rugas nutricis amabit,
qui refugit matrem. pappos aviasque trementes
anteferunt patribus seri, nova cura, nepotes.
sic neque Peliaden terrebat Chiron Achillem
Thessalico permixtus equo nec pinifer Atlans
Amphitryoniadem puerum, set blandus uterque
mitibus adloquiis teneros mulcebat alumnos.
tu quoque ne metuas, quamvis schola verbere multo
increpet et truculenta senex gerat ora magister.
degeneres animos timor arguit: at tibi consta
intrepidus, nec te clamor plagaeque sonantes
nec matutinis agitet formido sub horis.
quod sceptrum vibrat ferulae, quod multa supellex
virgea, quod fallax scuticam praetexit aluta,
quod fervent trepido subsellia vestra tumultu,
pompa loci et vani fucatur scaena timoris.
haec olim genitorque tuus genetrixque secuti
securam placido mihi permulsere senectam.
tu senium, quodcumque superlabentibus annis
fata dabunt, qui nomen avi geris, indole prima,

---

2. 19 Verg. Georg. II 58 seris . . . nepotibus Aen. III 505 cura nepotes 20 sqq. Stat. Silv. II 1, 88 sqq. tenero sic blandus Achilli semifer Haemonium vincebat Pelea Chiron . . , sed caro Phoenix haerebat alumno 21 Verg. Aen. IIII 248 sq. 26 Verg. Aen. IIII 13 degeneres animos timor arguit 29 Mart. X 62, 10 ferulaeque tristes, sceptra paedagogorum 30 Verg. Georg. I 165 virgea . . . supellex

---

7 laberiferis λ otia *V* (o *ex* u m^2) 8 quod *V* 9 ludum p^3 (longum m^2) delinitura *V*, delimitura *P*, delanitura λ 10—12 *om. V* 10 fatescit Ph^3 11 prophetis *T* 13 destere *T*, detistere λ nepus Ph^3 orridȧ *V*, orrida *P* *in hoc versu* desinit h^3 *his additis* explt' grypus 15 aspere λp^3 minetur *T* ġurgia *V* (i m^2), iurgi *P* 16 immanis ω placita suetudine *VP*, placet (placeȧt *T*) assuetudine (adsuetudine λ) ωp^3, placida (placita *volgo*) assuetudine *Barth volgo* 17 qui *codd.*, quoi *Mommsen* imbuerit *P*ω nugas *T* 18 trementem *P* 19 nep^{o}tes *V* (o m^2) 20 pelliaden λ, belliadem *T*, peliden (-em *mu*) χE achillea chyron ω *volgo* Peliden Chiron terrebat Achillem *Scal.* 21 tessalico *V*, thesalico *P* p̄mifer' *P* atlās *V*, athlans *P*λ, atlas *cet. volgo* 22 anfitrioniadē *V*, amphitrioniaden (-em *T*) *PT*, amphytrioniadem λ sed *P*ω blandis *V* (v m^2) 23 aloquiis *P*, alloquiis ω teneris *P* 24 scola *PT* 25 et] et in *P* troculenta *P* seneš *V* (x m^2) ferox ferat *T* 26 ad *V* (t m^2) cōstat *V*, constet *P* 27 intrepidus *V* (i *alt.* m^2) 28 *om. T* nec] in *VP* ^{agit}et *V* (agit m^2), agit et p^3 (*qui desinit in hoc versu*), agit *P* (*om.* et) 29 suppellex *V* (p *pr. del.* m^2) *P*λ 30 quod] pro *P* fallax] mollis ω sc^{o}v^{a}ticam *V* (*o* m^2) alluta *P*, alutta *T* 31 nr̄a λ 32 et] etį *T*; *fortasse* est fugatur *V*, fugiatur ω *volgo* scena *codd.* 33 tus *V* (*corr.* m^2) genetrix *Vl*, genitrix *cet.* s^{o}qu^{v}ti *V* (e *et* v m^2) 34 permulcere *T*λ senettam *P* 35 quodqu̇mque *V* (c m^2), quodcunque *T*λ 36 ceris *T*

prime nepos, vel re vel spe mihi porge fruendum.
nunc ego te puerum, mox in iuvenalibus annis,
iamque virum cernam, si fors ita iusserit: aut si
invidia est, sperabo tamen, nec vota fatiscent,
ut patris utque mei non inmemor ardua semper
praemia musarum cupias facundus et olim
hac gradiare via, qua nos praecessimus et cui
proconsul genitor, praefectus avunculus instant.
perlege, quodcumque est memorabile. prima monebo.
conditor Iliados et amabilis orsa Menandri
evolvenda tibi: tu flexu et acumine vocis
innumeros numeros doctis accentibus effer
adfectusque inpone legens. distinctio sensum
auget et ignavis dant intervalla vigorem.
ecquando ista meae contingent dona senectae?
quando oblita mihi tot carmina totque per aevum
conexa historiae, soccos aulaeaque regum
et melicos lyricosque modos profando novabis
obductosque seni facies puerascere sensus?
te praeeunte, nepos, modulata poemata Flacci
altisonumque iterum fas est didicisse Maronem.
tu quoque, qui Latium lecto sermone, Terenti,
comis et adstricto percurris pulpita socco,
ad nova vix memorem diverbia coge senectam.
iam facinus, Catilina, tuum Lepidique tumultum,
ab Lepido et Catulo iam res et tempora Romae
orsus bis senos seriem conecto per annos:
iam lego civili mixtum mavorte duellum,
movit quod socio Sertorius exul Hibero.
nec rudis haec avus admoneo, set mille docendo

---

46 Iuv. XI 180 conditor Iliados Stat. Silv. II 1, 114 facundi . . . orsa Menandri 48 Gell. N. A. I 24, 3 et numeri innumeri simul omnes conlacrimarunt 52 Verg. Ecl. VIIII 53 nunc oblita mihi tot carmina 57 Iuv. XI 180 sq. Maronis altisoni . . . carmina 58 Cic. in Limone ap. Suet. vit. Ter. R. p. 34 tu quoque, qui solus lecto sermone, Terenti . . . quiddam come loquens 59 Hor. Epist. II 1, 174 quam non adstricto percurrat pulpita socco 62 Sall. Hist. fr. I 1 D.: Res populi Romani M. Lepido Q. Catulo consulibus ac deinde militiae et domi gestas conposui

---

37 nepus *P* bel spe *V* perge *VP* fruend' *P* 38 in *om. P* iuuenalibus *V* (li *s. v. m*^{2}) *P*, iuuenibus *T*, iuuenilibus *cet. volgo* 39 *om. P* uiris *T* forita iuxerit *V* (*corr. m*^{2}), forsan (n *ex* m *m*^{1}) ui^{1}xeris *T*, forsan iusseris λ, fors ita iusserit *χE* aut si *V* (*in ras. m*^{2}) 40 aut si inuidia *V* (aut si *del. m*^{2}) inuidie *P* spabo *P*, spectabo λ fatiscent *V* (e *m*^{2}) 41 inmemor *V* (o *ex* u *m*^{2}), immemor *Pω* 42 capias *TE* 43 ac *P* qu*a *V* (i *eras.*) tui *P* 44 prefectus genitor proconsul *T* *v. 45 in T f. 53^r ult. scriptus, in f. 53^v primo* perlege quodcunque est memorabile ut tibi prosit; *eadem leguntur in E* (et ut *Ven.*4) 45 quodcunque *Tλ* p̄ *P*, priva *Scal. volgo* 46 iliades *P* menand' *P* 47 et uoluenda λ flexu *V*, tu flexu *Pω*, flexu vel (flexuque et) *L. Mueller* 48 acentibus *T* hoc (hęc λ) fer *ω* (*i. e.* ecfer) 49 affectusque impone *Pω* 50 ignabit *V* (ignauia *m*^{2}) 51 et quando *V*, equando *P*, hec (haec) quando *ω* 53 connexa *Pω* ^{hi}storiae *V* (hi *m*^{2}), histo *P* 54 molioes *P*, medicos *T* liricosque *V*, logicosque *T*, loricosque *λχ* profādo *V*, profanda *P*, perfando *T*, praefando *λχE volgo* 55 obdittosque *P* facias *T* puerescere *VχE* 56 et (te *m*^{2}) pręeunt *V* nepus *P* flactis *P* 57 iterum edidicisse *P* (*om.* fas) 58 leto *P* ţarterenti *T* 59 astricto *codd.* percuris *P* 60 deuerbia *Pω* sententia *P* *vv. 62 et 63 post 65 VP, in P om. v. 64* 63 connecto *Pω* 64 leg^{i}o *V* (i *m*^{2}) 66 crudis *P* hoc *PχE volgo* sed *Pω*

ingenia expertus. multos lactantibus annis
ipse alui gremioque fovens et murmura solvens
eripui tenerum blandis nutricibus aevom.
mox pueros molli monitu et formidine leni
pellexi, ut mites peterent per acerba profectus,
carpturi dulcem fructum radicis amarae.
idem vesticipes motu iam puberis aevi
ad mores artesque bonas fandique vigorem
produxi, quamquam imperium cervice negarent
ferre nec insertis praeberent ora lupatis.
ardua temperies, dura experientia, rarus
eventus, longo rerum spectatus ab usu,
ut regat indocilem mitis censura iuventam.
quae tolerata mihi, donec iam aerumna iuvaret
leniretque usu bona consuetudo laborem,
donec ad Augustae pia munera disciplinae
accirer varioque accingerer auctus honore,
aurea cum parere mihi palatia iussum.
absistat Nemesis, ferat et fortuna iocantem.
praesedi imperio, dum praetextatus in ostro
et sceptro et solio praefert sibi iura magistri
maioresque putat nostros Augustus honores.
quos mox sublimi maturus protulit auctu,
quaestor ut Augustis patri natoque crearer,
ut praefecturam duplicem sellamque curulem,
ut trabeam pictamque togam, mea praemia, consul
induerem fastisque meis praelatus haberer.
his ego quaesivi meritum quam grande nepoti
consul avus lumenque tuae praeluceo vitae.
quamvis et patrio iamdudum nomine clarus
posses ornatus, posses oneratus haberi:
accessit tamen ex nobis honor inclitus. hunc tu
effice, ne sit onus, per te ut conixus in altum
conscendas speresque tuos, te consule, fasces.

---

68 Stat. Silv. II 1, 104 mutas etiam nunc murmure voces 72 Aphthon. progymn. 23 Sp. Ἰσοκράτης τῆς παιδείας τὴν ῥίζαν πικρὰν ἔφη, γλυκεῖς δὲ τοὺς καρπούς (Prisc. Praeexerc. 432, 12 K.) Diomed. I 310, 3 K. Marcus Porcius Cato dixit litterarum radices amaras esse, fructus iocundiores 75 Verg. Georg. III 207 sq. negabunt . . . duris parere lupatis 81 auctor panegyr. Max. et Const. d. (VI) 11: quamvis enim magnum laborem consuetudo non sentit

---

67 letantibus *T* 68 albi *V* (*corr.* m^2), alium *P* 69 erupui *V* (*corr.* m^1), erepui *P* blandi *V* aeuum *Pω* 70 leui *PTχ* 71 pellex ire mites *P* 72 capturi *ω* 73 uestigiis *V* (g *ex* c m^2, is m^2 *in ras.*, *in mg.* m^1 uesticipes) uestipes modum iam puberes *P* 74 mortes *V* (t *eras.*) 75 quanquam *λ* 77 tēperies *V* (tē m^2 *in ras.*) 80 iam] me *P* 81 usū *V*, usum *cet.*, usu *Toll* laborum *Pω* 82 ad] ab *T* 83 *uario$^{q^{s}}$ *V* (q^{s} m^2) 84 patere *ω* michi *P* pallacia *T* 85 absitat *T* forar *P* 86 praecedi *V* (*corr.* m^1) astro *P*, austro *T*, haustro *λ* 87 septro *V* (*corr.* m^2) prefert *P* (*om.* sibi), sibi praefert *Par. volgo* 89 quod *V* 90 augustus *VTE et λ* m^1 92 Utrabeam *V* 93 induerer *TE volgo* mei *P* abererer *V* (*corr.* m^2) 94 is *P* quaesibi$^{m\&}$ēritum *V* (m& m^2) q̄i grande *P* 95 pręluceo* *V* (r *eras.*), praeluceat *P* 96 quanuis *T* 97 possessor natus *VT*, possesso ornatus *P* honoratus *V*, ornatus *Pλ*, honoratus *TχE*, oneratus *Par.* 98 incl'tus *P*, inclytus *ω* hinc *P* 99 connixus *ω* 100 consendas *P* sēperesque *V* (v m^2) fastes *P* Explicit protrepticos *P*

XIIII. GENETHLIACON AD AVSONIVM NEPOTEM.

Carmina prima tibi cum iam puerilibus annis 323 (Edyll. V) (*VP*)
traderet adsidui permulcens cura magistri
inbueretque novas aures sensusque sequaces,
ut respondendas docili quoque murmure voces
emendata rudi proferret lingua palato,
addidimus nil triste senes, ne cura monendi
laederet aut dulces gustus vitiaret amaris.
at modo, cum motu vigeas iam puberis aevi,
fortiaque a teneris possis secernere et ipse
admonitor morumque tibi fandique videri,
accipe non praecepta equidem, set vota precantis
et gratantis avi festum ad sollemne nepotis.
. . . . . .
adnuit, ut reducem fatorum ab fine senectam
sospes agam festumque diem dubitataque cernam
sidera, deposito prope conclamatus in aevo.
hoc, mellite nepos, duplicato faenore partum
natali accedente tuo, munusque salutis
plenius hoc nostrae, quod iam tibi puberis aevi
crescit honos iuvenemque senex iam cerno nepotem.
sexta tibi haec primo remeat trieteris ab anno,
Septembres notis referens natalibus idus.
idus alma dies, geniis quoque culta deorum.
Sextiles Hecate Latonia vindicat idus,
Mercurius Maias, superorum adiunctus honori,
Octobres olim genitus Maro dedicat idus:
idus saepe colas bis senis mensibus omnes,
Ausonii quicumque mei celebraveris idus.
vale nepos dulcissime.

XIIII. 4 Stat. Silv. II 1, 104 mutas etiamnunc murmure voces 5 Verg. Georg. III 388 lingua palato 14 Stat. Silv. I 4, 3 dubitataque sidera cernit 24 sqq. Mart. XII 67 Maiae Mercurium creastis idus. Augustis redit idibus Diana. Octobres Maro consecravit idus. idus saepe colas et has et illas, qui magni celebras Maronis idus

---

XIIII. Ausonius (A *ex* S m^2) auus. Ausonio nepoti *V*, Inciꝑ ei'dē Decimi Maḡ Ausonii Genethliaticos ad eū c̄m Ausonium nepotem *P*, Incipit eiusdem Decimi M. Ausonii Genethliacos ad Ausonium nepotem *Ven.*4, Genethliacon ad (eundem *add. Lugd.*) Ausonium nepotem *Lugd. volgo* 1 praemia *P* 2 assidui *P* permulgens *P* 3 inīuẽretque *V* (n m^2) nobis *V* 5 ꝓferret *V*, perferret *P* 6 mobendi *V* (*corr.* m^2), mouendi *P*, monendi *Ven.*4 7 ledere *P* dulcis *VP* 8 ad *V* (t m^2) animō cum *P* 9 possisquęcernere *V* 11 praeceptę̄ *V* (a m^2) quidem *VP volgo* sed *P* 12 et *VP*, qui *Ven.*4, quin *Scal. volgo* sollempne *P* *post v. 12 quaedam excidisse intellexit Toll* 13 adnuit *V*, annuit *P*, adnuito *Scal. volgo* ad *V*, ab *P* 14 dici *P* 15 sidora *P* conclauatus *P* 16 mollite nepus *P* 17 taliacedẽtetuoto *V* 19 senes *V* certo *P* 20 remaneat *P* aⁿnŏ *V* (n *pr.* m^2) 21 nostis *P*, *fortasse* votis 22 genus *P* 23 hęcte *V* 24 maius *V* superiorum adiuctus *P* 25 octobre solum *P* mare *P* marŏidus dedic̈at *V* (∵ ∵ *add.* m^2) 26 semper *P* colas *V* (as *in ras.*) 27 quicunque *P* celebrandis *P* 28 Vale nepos dulcissime *V*, *om. P* Explicit genethliaticos *P*

XV. PARENTALIA.

1. PRAEFATIO IN PROSA.

Scio versiculis meis evenire, ut fastidiose legantur: quippe sic meritum est eorum. 158
sed quosdam solet commendare materia et aliquotiens fortasse lectorem solum lemma (V)
sollicitat tituli, ut festivitate persuasus et ineptiam ferre contentus sit. hoc opusculum
nec materia amoenum est nec appellatione iucundum. habet maestam religionem, qua
carorum meorum obitus tristi affectione commemoro. titulus libelli est Parentalia.
antiquae appellationis hic dies et iam inde ab Numa cognatorum inferiis institutus:
nec quicquam sanctius habet reverentia superstitum quam ut amissos venerabiliter
recordetur.

2. ITEM PRAEFATIO VERSIBVS ADNOTATA.

Nomina carorum iam condita funere iusto, 159
fleta prius lacrimis, nunc memorabo modis,
nuda, sine ornatu fandique carentia cultu:
sufficit inferiis exequialis honos.
nenia funereis satis officiosa querellis
annua ne tacita munera praetereas,
quae Numa cognatis sollemnia dedicat umbris,
ut gradus aut mortis postulat aut generis.
hoc satis et tumulis, satis et telluris egenis:
voce ciere animas funeris instar habet.
gaudent conpositi cineres sua nomina dici:
frontibus hoc scriptis et monumenta iubent.
ille etiam, maesti cui defuit urna sepulcri,
nomine ter dicto paene sepultus erit.
at tu, quicumque es, lector, qui fata meorum
dignaris maestis conmemorare elegis,
inconcussa tuae percurras tempora vitae
et praeter iustum funera nulla fleas.

3. IVLIVS AVSONIVS PATER.

Primus in his pater Ausonius, quem ponere primum, 160 (I)
etsi cunctetur filius, ordo iubet.
cura dei, placidae functus quod honore senectae
undecies binas vixit olympiadas.

XV. **2.** 6 Verg. Aen. V 53 sq. annua vota tamen sollemnisque ordine pompas exequerer

---

XV. **1.** Incipit parentalia feliciter. prefatio in pros^{a} *V* 2 aliqotiens *V* (q *ex* c m^2) 7 reuerentiă *V*

2. 2 nun^{c} *V* (c m^2) 6 ne* *V* (e *eras.*) tacitus *V* tacita *Brandes* 8 ut generis *V corr. Lugd.* 9 tĭmulis *V*

3. 2 cuntetur *V* 4 olimpiadas *V*

omnia quae voluit qui prospera vidit, eidem,
optavit quidquid, contigit ut voluit:
non quia fatorum nimia indulgentia, sed quod
tam moderata illi vota fuere viro.
quem sua contendit septem sapientibus aetas,
quorum doctrinam moribus excoluit,
viveret ut potius quam diceret arte sophorum,
quamquam et facundo non rudis ingenio.
praeditus et vitas hominum ratione medendi
porrigere et fatis amplificare moras.
inde et perfuncto manet haec reverentia vitae,
aetas nostra illi quod dedit hunc titulum:
ut nullum Ausonius, quem sectaretur, habebat,
sic nullum, qui se nunc imitetur, habet.

4. AEMILIA AEONIA MATER.

Proxima tu, genetrix Aeonia, sanguine mixto 161 (II)
Tarbellae matris patris et Haeduici.
morigerae uxoris virtus cui contigit omnis,
fama pudicitiae lanificaeque manus
coniugiique fides et natos cura regendi
et gravitas comis laetaque serietas.
aeternum placidos manes conplexa mariti,
viva torum ⟨ut⟩ quondam, functa fove tumulum.

5. AEMILIVS MAGNVS ARBORIVS AVVNCVLVS.

Culta mihi est pietas patre primum et matre vocatis: 162 (III)
diceris (id re fit) tertius Arborius.
quem primum memorare nefas mihi patre secundo,
rursum non primum ponere paene nefas.
temperies adhibenda . . . . . .
ante alios, quamquam patre secundus erit.
tu frater genetricis et unanimis genitori
et mihi, quoi fueris quod pater et genetrix.
qui me lactantem puerum iuvenemque virumque
artibus ornasti, quas didicisse iuvat.

4. 4 Tibull. II 1, 10 lanificam . . . manum
5. 10 Ovid. A. A. I 428 ingenuas didicisse iuvet . . . artes

5 properauit *V* (*corr. m*^{2}) et idem *V*, eidem *Toll* 6 obtauit *V* quidquid *V* (c *m*^{2}) 13 providus *Gronov*, *nisi forte post v. 12 intercidisse quaedam statuendum est* 15 perfun^{c}tae *V* (c *m*^{2}), perfuncto *Brandes* *fortasse* vita

4. 2 aeducii *V*, Aeduici *Scal. volgo*, Haeduici *Pithoeus* 8 torum (o *ex* a *m*^{2}) condam *V* ut *add. Mertens*

5. 1 tum *V*, et *Lugd.* 2 dicere set^{d} (d *m*^{2}) rea fit *V*, diceris serie *Lugd.*, diceris (id re fit) *ego*, dicere sed res fert *Hartel* 5 adibenda *V* (*deinde lacuna*) igitur memorabere primus *supplevit Toll* 6 a patre *Dousa* eris *Toll* 7 genitoris *V*, genitori *Gronov* 8 qui *V*, quoi *ego* fueras *Baehrens* 9 lactentem *Lugd. volgo*

te sibi Palladiae antetulit toga docta Tolosae,
te Narbonensis Gallia praeposuit,
ornasti cuius Latio sermone tribunal
et fora Hiberorum quaeque Novem populis.
hinc tenus Europam fama crescente perito
Constantinopolis rhetore te viguit.
tu per mille modos, per mille oracula fandi
doctus, facundus, tu celer atque memor.
tu, postquam primis placui tibi traditus annis,
dixisti nato me satis esse tibi.
me tibi, me patribus clarum decus esse professus
dictasti fatis verba notanda meis.
ergo vale Elysiam sortitus, avuncule, sedem:
haec tibi de musis carmina libo tuis.

6. CAECILIVS ARGICIVS ARBORIVS AVVS.

Officiosa pium ne desere, pagina, munus: , 163 (IIII)
maternum post hos commemoremus avum
Arborium, Haeduico ductum de stemmate nomen,
conplexum multas nobilitate domus,
qua Lugdunensis provincia quaque potentes
Haedues Alpino quaque Vienna iugo.
invida set nimium generique opibusque superbis
aerumna incubuit. namque avus et genitor
proscripti, regnum cum Victorinus haberet
†victor et in Tetricos reccidit imperium.
tum profugum in terris, per quas erumpit Aturrus
Tarbellique furor perstrepit Oceani,
grassantis dudum Fortunae tela paventem
pauperis Aemiliae condicio inplicuit.
mox tenuis multo quaesita pecunia nisu
solamen fesso, non et opes tribuit.
tu caeli numeros et conscia sidera fati
callebas, studium dissimulanter agens.
non ignota tibi nostrae quoque formula vitae,
signatis quam tu condideras tabulis,
prodita non umquam, sed matris cura retexit,
sedula quod timidi cura tegebat avi.

---

11 Mart. VIIII 99, 3 Palladiae . . . Tolosae 22 Stat. Theb. XI 619 dictavit fatis
6. 17 Verg. Aen. IIII 519 et conscia fati sidera (Manil. Astr. I 1)

---

14 ^{h}iberorum *V* (h m^2) 15 trans Europam *Brandes*, tenus euripum *ego olim*, *sed nihil mutandum*; *cf. ind. s. v.* Europa perita *Brandes* 16 r^{h}etore *V* (h m^2; t *ex corr.* m^2) 18 tū *V volgo*, tu *Graevius* 23 e^{r}go *V* (r m^2) ^{h}elisiam (h m^2) sẽrtitus *V* 24 demushis *V* (h *del.* m^2)
6. Agrycius *Mommsen* 5 potens *V* (*corr.* m^2) 6 haeduges *V* (haeduaes m^2) a^{l}pino *V* (l m^2) 7 set *V* (d m^2) 9 quũ *V* 10 victor *corruptum*; *fortasse* quo victo in recidit *V* 13 grassantes *V corr. Lugd.* 17 fatis *V corr. Lugd.* 19 igno**ta *V* 21 non *V* (n *alt.* m^2 *in ras.*) inatris *V corr. Scal.* 22 quo *V*, quam *Lugd. volgo*, quod *Toll* tegebatui *V corr. Lugd.*

tu novies denos vitam cum duxeris annos,
expertus Fortis tela cavenda deae,
amissum flesti post trina decennia natum
saucius: hoc laevo lumine cassus eras.
dicebas sed te solacia longa fovere,
quod mea praecipuus fata maneret honos.
et modo conciliis animarum mixte priorum
fata tui certe nota nepotis habes.
sentis, quod quaestor, quod te praefectus et idem
consul honorifico munere conmemoro.

7. AEMILIA CORINTHIA MAVRA AVIA.

Aemiliam nunc fare aviam, pia cura nepotis, 164 (V)
coniunx praedicto quae fuit Arborio.
nomen huic ioculare datum: cute fusca quod olim
aequales inter Maura vocata fuit.
sed non atra animo, qui clarior esset olore
et non calcata qui nive candidior.
haec non deliciis ignoscere prompta pudendis
ad perpendiculum seque suosque habuit.
haec me praereptum cunis et ab ubere matris
blanda sub austeris inbuit imperiis.
tranquillos aviae cineres praestate quieti
aeternum manes, si pia verba loquor.

8. AEMILIA HILARIA MATERTERA VIRGO DEVOTA.

Tuque gradu generis matertera, sed vice matris 165 (VI)
affectu nati conmemoranda pio,
Aemilia, in cunis Hilari cognomen adepta,
quod laeta et pueri comis ad effigiem,
reddebas verum non dissimulanter ephebum,
more virum medicis artibus experiens.
feminei sexus odium tibi semper et inde
crevit devotae virginitatis amor,

---

31 Sidon. Apoll. XXIII 2, 94 praefectus, consul et idem

7. 6 Ovid. ex Pont. II 5, 38 et non calcata candidiora nive 9 Verg. Georg. III 187 ab ubere matris

---

23 quū *V* 24 fortis *V volgo*, Fortis *Graevius*, *nisi cum* expertus *coniungendum est* fortis dae *V*, Deae *Lugd.* 25 fletu *V*, flesti *Scal.* post] per *Brandes*; *sed* post *est adverbium* natum *V* (n *ex* m m^2) 26 ocl&uo *V*, ac laevo *Lipsius*, hoc leto *Brandes*, hoc laevo *ego* (*cf. Quint. I. O. VI. prooem. 6*: *alterum ex duobus eruit lumen*), atque uno *Toll volgo* cassus* *V* (s *ult.* m^2 *in ras. 3 litt.*) 29 mixta *V*, miste *Vin.* piorum (*volgo*) *vel* piarum *Vin.*

7. Corintia *V* 2 coniux *V* 7 promta *V* 9 hae mae *V corr. Lugd.* 10 inperiis *V* 12 locor *V*

8. Ilaria *V* deuota *V* (e m^2 *in ras.*) 3 ilari *V* 5 epebū *V* 8 de*uotę *V* (t *ut videtur eras.*)

quae tibi septenos novies est culta per annos:
quique aevi finis, ipse pudicitiae.
haec, quia uti mater monitis et amore fovebas,
supremis reddo filius exequiis.

9. CL. CONTENTVS ET IVLIVS CALLIPPIO PATRVI.

Et patruos, elegea, meos reminiscere cantu: 166 (VII)
Contentum, tellus quem Rutupina tegit.
magna cui et variae quaesita pecunia sortis
heredis nullo nomine tuta perit.
raptus enim laetis et adhuc florentibus annis
trans mare et ignaris fratribus oppetiit.
Iulius in longam produxit fata senectam,
affectus damnis innumerabilibus,
qui comis blandusque et mensa commodus uncta
heredes solo nomine nos habuit.
ambo pii, vultu similes, ioca seria mixti,
aevi fortunam non habuere parem.
discreti quamquam tumulis et honore iacetis,
commune hoc verbi munus habete: vale.

10. ATTVSIVS LVCANVS TALISIVS SOCER.

Qui proceres veteremque volet celebrare senatum 167 (VIII)
claraque ab exortu stemmata Burdigalae,
teque tuumque genus memoret, Lucane Talisi,
moribus ornasti qui veteres proavos.
pulcher honore oris, tranquillo pectore, comis,
facundo quivis maior ab ingenio:
venatu et ruris cultu victusque nitore
omne aevum peragens, publica despiciens:
nosci inter primos cupiens, prior esse recusans,
ipse tuo vivens segregus arbitrio.
optabas tu me generum florente iuventa:
optare hoc tantum, non et habere datum.
vota probant superi meritisque faventia sanctis
inplent fata, viri quod voluere boni.

---

9. 5 Stat. Silv. III 5, 23 fiorentibus annis
10. 11 Hor. Epist. II 3, 115 florente iuventa

---

9 qua *V*, quae *Lugd.* nobisesset *V* (nobies est *corr. m*^{2}) 10 pudi^{ci}tię *V* (ci *m*^{2}; ę *ex* e *m*^{2}) 11 ut *V*, uti *Lugd.* 12 suppremis *V*

9. Calippio *V* 1 paruos *V corr. Lugd.* cātus *V corr. Lugd.* 2 contemtū *V* ruptupinna *V* 4 heredis *V* (h *m*^{2}) 5 ad^{h}uc *V* (h *m*^{2}) 10 ∗Eredes *V* (h *eras.*) 12 ^{h}abu^{e}re *V* (h *et* e *m*^{2})

10. 5 pulcer *V* 6 ciuis *V*, quovis *Brandes*, quivis *vel* cuivis *Baehrens* 11 obtabas *V* 12 obtare *V*

et nunc perpetui sentis sub honore sepulcri,
quam reverens natae quamque tui maneam.
caelebs namque gener haec nunc pia munera solvo:
nam et caelebs numquam desinam et esse gener.

11. ATTVSIA LVCANA SABINA VXOR.

Hactenus ut caros, ita iusto funere fletos 168 (VIIII)
functa piis cecinit nenia nostra modis.
nunc, dolor atque cruces nec contrectabile fulmen,
coniugis ereptae mors memoranda mihi.
nobilis a proavis et origine clara senatus,
moribus usque bonis clara Sabina magis,
te iuvenis primis luxi deceptus in annis
perque novem caelebs te fleo olympiadas.
nec licet obductum senio sopire dolorem:
semper crudescit nam mihi poena recens.
admittunt alii solacia temporis aegri:
haec graviora facit vulnera longa dies.
torqueo deceptos ego vita caelibe canos,
quoque magis solus, hoc mage maestus ago.
volnus alit, quod muta domus silet et torus alget,
quod mala non cuiquam, non bona participo.
maereo, si coniunx alii bona, maereo contra,
si mala: ad exemplum tu mihi semper ades.
tu mihi crux ab utraque venis, sive est mala, quod tu
dissimilis fueris, seu bona, quod similis.
non ego opes cassas et inania gaudia plango,
sed iuvenis iuveni quod mihi rapta viro:
laeta, pudica, gravis, genus inclita et inclita forma,
et dolor atque decus coniugis Ausonii.
quae modo septenos quater inpletura Decembres,
liquisti natos, pignera nostra, duos.
illa favore dei, sicut tua vota fuerunt,
florent, optatis accumulata bonis.
et precor, ut vigeant tandemque superstite utroque
nuntiet hoc cineri nostra favilla tuo.

11. 3 Quint. I. O. VI. Prooem. 5 insanabilem dolorem, 6 maximos cruciatus, 10 tanti fulminis 7 Verg. Aen. IIII 17 postquam primus amor deceptam morte fefellit 9 Verg. Aen. X 64 obductum . . . dolorem 15 Stat. Silv. II 1, 67 muta domus stat 24 Verg. Aen. X 507 o dolor atque decus 25 Hor. Epist. I 20, 27 me quater undenos sciat inplevisse Decembres

16 referens *V corr. Lugd.* 17 nunc haec *Lugd. volgo* 18 celeps *V* desinet *V*, desinam et *Heinsius*; *an* desinam ego?

11. 2 cecinit *V* (t *ex* a *ut videtur* m^2) 3 adque *V* 5 cla *V*, clara *Lugd.* 6 morib^{s} *V* (s m^2) 7 luxu *V*, luxi *Vin.* deceptus* *V* (q *eras.*) 8 celeps *V* olimpiadas *V* 10 plaga *Heinsius*, paene *Mommsen*; *cf. ind. s. v.* poena 13 can^{v}s *V*, canos *Lugd.* 17 mere^{o} contra *V* (re^{o} *in unius litterae ras.* m^2) 24 adque *V* 26 pignora *volgo* 28 obtatis *V*

12. AVSONIVS PARVVLVS FILIVS.

Non ego te infletum memori fraudabo querella, 169 (X)
primus, nate, meo nomine dicte puer.
murmura quem primis meditantem absolvere verbis,
indolis at plenae planximus exequiis.
tu gremio in proavi funus commune locatus,
invidiam tumuli ne paterere tui.

13. PASTOR NEPOS EX FILIO.

Tu quoque maturos, puer inmature, dolores 170 (XI)
erumpis, maesti luctus acerbus avi,
Pastor care nepos, spes cuius certa fuit res,
Hesperii patris tertia progenies,
nomine, quod casus dederat, quia fistula primum
pastorale melos concinuit genito.
sero intellectum vitae brevis argumentum,
spiritus afflatis quod fugit e calamis.
occidis emissae percussus pondere testae,
abiecit tecto quam manus artificis.
non fuit artificis manus haec: manus illa cruenti
certa fuit fati, suppositura reum.
heu, quae vota mihi, quae rumpis gaudia, Pastor!
illa meum petiit tegula missa caput.
dignior o, nostrae gemeres qui fata senectae
et quererere meas maestus ad exequias!

14. IVLIA DRYADIA SOROR.

Si qua fuit virtus, cuperet quam femina prudens 171 (XII)
esse suam, soror hac Dryadia eminuit.
quin etiam multas habuit, quas sexus habere
fortior optaret nobilitasque virum:
docta satis vitamque colu famamque tueri,
docta bonos mores ipsa suosque docens:

---

12. 3 cf. XIII 2, 68; XIIII 4

13. 3 Quint. I. O. VI. Prooem. 10 iam . . . certos ac deformatos fructus ostenderat 14 *cf.* schol. Ovid. Ib. 302 E.

14. 5 Verg. Aen. VIII 409 sqq. cui tolerare colo vitam . . . impositum . . ., castum ut servare cubile coniugis . . . possit

---

12. 4 et pene *V*, et plene *Lugd.*, et plenae *Dousa*, at *vel* ut plenae *Toll* exequiis *V* (i *alt. ex* s)

13. 2 inrūpis *V*, en rumpis *Heinsius*, erumpis *ego*; *an* maturo . . . dolore inrumpis? 8 inflatis *Heinsius* 10 quā *V* (- m^2) 11 artificima *V* (artificis m^2) hęc* est *V* (est *expunxit* m^2) 12 sŭppositura *V* 16 ^{ex}sequias *V*

14. Driadia *V* 2 driadia non (driadiana m^2, m^3 *deinde* non *del.*) ruit *V*, Dryadia enituit *Gronov volgo*, Dr. eminuit *ego*; *an* hanc Dr. emeruit, *quod coniecit Heinsius*; *cf. 30, 3*; *XVI* 22, 27 4 obtaret *V* 5 colo *V* (o *alt. ex* u m^2)

et verum vita cui carius unaque cura
nosse deum et fratrem diligere ante alios.
coniuge adhuc iuvenis caruit, sed seria vitam
moribus austeras aequiperavit anus.
produxit celibem per sena decennia vitam
inque domo ac lecto, quo pater, oppetiit.

15. AVITIANVS FRATER.

Avitianum, Musa, germanum meum 172 (XIII)
dona querella funebri.
minor iste natu me, sed ingenio prior
artes paternas inbibit.
verum iuventae flore laeto perfrui
aevique supra puberis
exire metas vetuit infesta Atropos,
heu quem dolorem sociis!
⟨heu⟩ quanta vitae decora, quam multum spei,
germane pubes, deseris,
germane carnis lege et ortu sanguinis,
amore paene filius.

16. VAL. LATINVS EVROMIVS GENER.

O generis clari decus, o mihi funus acerbum, 173 (XIII)
Euromi, e iuvenum lecte cohorte gener,
occidis in primae raptus mihi flore iuventae,
lactantis nati vix bene note pater.
tu procerum de stirpe satus, praegressus et ipsos,
unde genus clarae nobilitatis erat,
ore decens, bonus ingenio, facundus et omni
dexteritate vigens praecipuusque fide.
hoc praefecturae sedes, hoc Illyris ora
praeside te experta est fiscus et ipse cliens.
nil aevi brevitate tamen tibi laudis ademptum:
indole maturus, funere acerbus obis.

14. 8 ev. Ioann. 17, 3. Ioann. epist. I 5, 20
16. 3 Sil. It. XVI 405 primaevae flore iuventae

9 ad^{h}uc *V* (h m^2) 10 ^{a}equiperauit *V* (a m^2) 11 celerem *V*, celebem *L. Mueller* 12 hac *V* (h *del.* m^2) tecto *V*, lecto *Heinsius*

15. Abitianus *V* (*in mg. m. ant.* metro iambico. Primus uersus senarius, alter qui sequitur quaternarius) 4 artis *V* (e m^2) 7 infestatropos *V* 8 heu *add. Gronov* *verba* quem dolorem sociis (sauciis *Scal. volgo*), *quae post* spei *v. 9 leguntur in V, huc transtulit Gronov* 9 quem cultum *V*, quam multum *Graevius* 11 hortu *V* (h *del.* m^2)

16. Euronius *V* 2 lecteq$\tilde{u}$e *V* 4 lactentis *Lugd. volgo* 9 sedis *V* (*corr.* m^2) illiris *V* (*ex* illis) 10 cluens *V*, cliens *Lugd.* 11 adē^{p}tum *V* (p m^2)

17. POMPONIVS MAXIMVS ADFINIS.

Et te germanum non sanguine, sed vice fratris, 174 (XV)
Maxime, devinctum nenia nostra canet.
coniunx namque meae tu consociate sorori
aevi fruge tui destituis viduam.
non domus hoc tantum sensit tua, sensit acerbum
saucia pro casum curia Burdigalae,
te primore vigens, te deficiente relabens
inque Valentinum te moriente cadeńs.
heu quare nato, qui fruge et flore nepotum
ereptus nobis, Maxime, non frueris?
set frueris, divina habitat si portio manes
quaeque futura olim gaudia nosse datur.
longior hic etiam laetorum fructus habetur,
anticipasse diu, quae modo participas.

18. VERIA LICERIA VXOR ARBORII SORORIS FILII.

Tu quoque sive nurus mihi nomine vel vice natae, 175 (XVI)
Veria, supremi carmen honoris habe.
cuius si probitas, si forma et fama fidesque
morigerae uxoris lanificaeque manus
nunc laudanda forent, procul et de manibus imis
accersenda esset vox proavi Eusebii.
qui quoniam functo iam pridem conditus aevo,
transcripsit partes in mea verba suas:
accipe funereas, neptis defleta, querellas,
coniunx Arborii commemoranda mei,
cui parva ingentis luctus solacia linquens
destituis natos, quo magis excrucias.
at tibi dilecti ne desit cura mariti,
iuncta colis thalamo nunc monumenta tuo.
hic, ubi primus hymen, sedes ibi maesta sepulcri:
nupta magis dici quam tumulata potes.

---

18. 4 Tibull. II 1, 10 lanificam . . . manum; *cf.* XV 4, 4 11 Verg. Aen. XI 62 sq. solacia luctus exigua ingentis

---

17. PomP *V* 2 canent *V*, canet *Scal.* 7 uigen^{s} *V* (s m^2) 9 qui^{a} *V* (a m^2), cur (qur) *Toll volgo* 11 set *V* (d m^2)

18. 1 uel nurus *V*, sive nurus *Peiper*, vel nuruis *Scal. volgo* 4 ^{v}xoris *V* (v m^2) 6 arcessenda *volgo* uxor est *V*, esset vox *Vin.*, foret vox *Mommsen* 7 fu^{n}cto *V* (n m^2) 11 ingenitis *V*, ingentis *Lugd.* 12 nato *V*, natos *Heinsius*, natum *Lugd.*; *an* natam, *cf. Sulp. Sev. vit. Mart. 19, 1 sq.* 13 hac *V* (at m^2) 14 talamo *V* 15 sedis *V*, sedes *Lugd.*

19. POMPONIVS MAXIMVS HERCVLANVS SORORIS FILIVS.

Nec Herculanum genitum germana mea 176 (XVII)
modulamine nenia tristi
tacitum sine honore relinquat,
super indole cuius adulti
magnae bona copia laudis.
verum memorare magis quam
functum laudare decebit.
decus hoc matrisque meumque
in tempore puberis aevi
vis perculit invida fati:
eheu, quem, Maxime, fructum,
facunde et musice et acer,
mentem bonus, ingenio ingens,
volucer pede, corpore pulcher,
lingua catus, ore canorus!
cape munera tristia parentum,
lacrimabilis orsa querellae,
quae funereo modulatu
tibi maestus avunculus offert.

20. FL. SANCTVS MARITVS PVDENTILLAE QVAE SOROR SABINAE MEAE.

Qui ioca laetitiamque colis, qui tristia damnas, 177 (XVIII)
nec metuis quemquam nec metuendus agis,
qui nullum insidiis captas nec lite lacessis,
sed iustam et clemens vitam agis ⟨et⟩ sapiens:
tranquillos manes supremaque mitia Sancti
ore pio et verbis advenerare bonis,
militiam nullo qui turbine sedulus egit,
praeside laetatus quo Rutupinus ager,
octoginta annos cuius tranquilla senectus
nullo mutavit deteriore die.
ergo precare favens, ut qualia tempora vitae,
talia et ad manes otia Sanctus agat.

20. 7 Ovid. Am. III 15, 6 non modo militiae turbine factus eques

19. PomP. Max Erculanus *V* 1 erculanū *V* Nec [Herculanum] germana genitum mēa *Mommsen* 9 pu^{b}eris *V* (b m^2) 11 ęae *V* (ee m^2), eheu *Scal.* 13 mente *V*, mentem *Gronov* 14 pulcer *V* 15 facetus *V*, catus *Scal.* 16 munus triste *Scal. volgo* 17 orsquerelle *V corr. Scal.* 18 funereo* (o m^2) modulatus ore *V*, funereo modulatu *ego*, funereum modulatus *Scal. volgo* 19 metus *V*, moestus *Lugd.* auunculus *V*

20. Prudētille *V* Q. (= quondam, *cf. C. I. L. III p. 1186*) SORORIS *Mommsen* (*cf. 21, 11*) MEAE] mę *V* 2 quenquā *V* 4 iusta *V*, iustam *Canter* et *add. Scal.* 5 mittia *V*, mitia *Scal.* 6 prio *V corr. Lugd.* 7 militiae *Heinsius* qui *V* (*s. v.* m^2) 8 quor^{v}m tupinus *V corr. Lugd.*

21. NAMIA PVDENTILLA ADFINIS.

Tuque Pudentillam verbis adfare supremis, 178 (XVIIII)
quae famae curam, quae probitatis habes.
nobilis haec frugi proba laeta pudica decora,
coniugium Sancti iugiter haec habuit.
inviolata tuens castae praeconia vitae
rexit opes proprias, otia agente viro:
non ideo exprobrans aut fronte obducta marito,
quod regeret totam femina sola domum.
heu nimium iuvenis, sed laeta superstite nato
atque viro, patiens fata suprema obiit,
unanimis nostrae et quondam germana Sabinae
et mihi inoffenso nomine dicta soror.
nunc etiam manes placidos pia cura retractat
atque Pudentillam fantis honore colit.

22. LVCANVS TALISIVS V. C. ADFINIS.

Nec iam tu, matris spes unica, ephebe Talisi, 179 (XX)
consobrine meus, inmemoratus eris:
ereptus primis aevi florentis in annis,
iam tamen et coniunx, iam properate pater.
festinasse putes fatum, ne funus acerbum
diceret hoc genitor, tam cito factus avus.

23. ATTVSIA LVCANA TALISIA. †ERMINVSCIVS REGVLVS ADFINIS.

Notitia exilis nobis, Attusia, tecum 180 (XXI)
cumque tuo plane coniuge nulla fuit.
verum tu nostrae soror es germana Sabinae,
adfinis quoque ⟨tu⟩, Regule, nomen habes.
sortitos igitur tam cara vocabula nobis
stringamus maesti carminis obsequio.
quamvis Santonica procul in tellure iacentes
pervenit ad manes exequialis honor.

---

21. 4 [a]buit *V* (a m^2) 6 obes *V* (p m^2) 8 generet *V*, gereret *Lugd. volgo*, regeret *Toll* 9 superstitite *V corr. Lugd.* 10 adque *V* potiens *Heinsius* 11 condā *V* 13 retractet *V corr. Lugd.* 14 adque *V* fantis *V* (n *ex corr.*?)

22. curā filii *V*, v. c. adfinis *Mommsen*, Attusii Lucani filius *Toll*, eorum filius *Brandes*, *cf. Ann. phil. CXVIIII 318 sq.* 1 tātū matris *V*, iam tu matris *Bolt*, iam tu metris *Toll volgo*, tantae matris *Brandes* ephoebe talis- *V corr. Lugd.* 2 meis *V Toll volgo*, meus *Bolt*, *Brandes* 3 primus *V*, primis *Lugd.* 5 acerbūs *V* (÷ *eras.*) 6 duceret *Lugd. volgo* factu *V*

23. Thalisia Ermin[vcivs]s *V* 2 qumq[s] *V* 4 tu *add. Lugd.* 7 san[c]tonica *V* 8 exsequialis *V*

24. SEVERVS CENSOR IVLIANVS CONSOCER.

Desinite, o veteres, Calpurnia nomina, Frugi 181 (XXII)
ut proprium hoc vestrae gentis habere decus:
nec solus semper censor Cato nec sibi solus
iustus Aristides his placeant titulis.
nam sapiens quicumque fuit verumque fidemque
qui coluit, comitem se tibi, Censor, agat.
tu gravis et comis cum iustitiaque remissus,
austeris doctus iungere temperiem.
tu non adscito tibi me nec sanguine iuncto
optasti nostras consociare domos.
nempe aliqua in nobis morum simulacra tuorum
effigies nostri praebuit ingenii:
aut iam Fortunae sic se vertigo rotabat,
ut pondus fatis tam bona vota darent.
si quid aput manes sentis, fovet hoc tibi mentem,
quod fieri optaras, id voluisse deum.

25. PAVLINVS ET DRYADIA FILI PAVLINI ET MEGENTIRAE SORORIS FILIAE.

Qui nomen vultumque patris, Pauline, gerebas, 182 (XXIII)
amissi specimen qui genitoris eras:
propter quem luctus miserae decedere matris
coeperat, offerret cum tua forma patrem,
redderet et mores et moribus adderet illud,
Paulinus caruit quo pater, eloquium:
eriperis laetis et pubescentibus annis
crudaque adhuc matris pectora sollicitas.
flemus enim raptam thalami de sede sororem,
heu non maturo funere, Dryadiam:
flemus, ego in primis, qui matris avunculus ac vos
natorum tamquam diligo progeniem.
illa manus inter genetricis et oscula patris
occidit, Hispana tu regione procul.
quam tener et primo, nove flos, decerperis aevo,
nondum purpureas cinctus, ephebe, genas!

25. 7 Stat. Theb. I 571 et pubescentibus annis 15 Verg. Aen. VIIII 435

---

24. consors *V*, consocer *Mommsen* 1 o *V* (*s. v. m*^{2}) 4 aristidis *V corr. Lugd.* 7 comes *V*, comis *Lugd.* 9 sanc^{v}ine iungo *V* (*corr. m*^{2}) 10 obtatis *V*, optasti *Lugd.* 11 aliquā *V* 13 furtune *V* 15 qua *V*, quid *Lugd.* 16 obtaras *V* uuluisse *V*

25. Diadria *V* Filia *V*, Filiae *Scal.* 3 decede^{re} *V* (re *m*^{2}) 4 ceperat offert *V* (*corr. m*^{2}) 5 illum *V* (*corr. m*^{2}) 6 ca*ruit *V* 8 ad^{h}uc *V* (h *m*^{2}) 10 ^{h}eu *V* driadiam *V* 11 auuncul^{v}s ac ^{uos} *V* (v *m*^{2}; acuos *in* *auos *corr.*) et vos *volgo* 14 ^{b}ispana *V* tū *V*, tum *volgo*, tu *Heinsius* 15 decerp^{s}eris *V* 16 pur*ureas (p *ex* r *alt. m*^{2}) cinctu^{s} (s *m*^{2}) ep^{h}ebe *V*

quattuor ediderat tunc facta puerpera partus:
funera set tumulis iam geminata dedit.
sit satis hoc, Pauline pater. divisio facta est:
debetur matri cetera progenies.

26. PAVLINVS SORORIS GENER.

Qui laetum ingenium, mores qui diligit aequos 183 (XXIIII)
quique fidem sancta cum pietate colit,
Paulini manes mecum veneratus amicis
inroret lacrimis, annua liba ferens.
aequaevus, Pauline, mihi natamque sororis
indeptus thalamo: sic mihi paene gener.
stirpis Aquitanae mater tibi: nam genitori
Cossio Vasatum, municipale genus.
scrinia praefecti meritus, rationibus inde
praepositus Libycis praemia opima capis.
nam correcturae tibi Tarraco Hibera tribunal
praebuit, adfectans esse clienta tibi.
tu socrum pro matre colens adfinis haberi
non poteras, nati cum fruerere loco.
inter concordes vixisti fidus amicos,
duodeviginti functus olympiadas.

27. AEMILIA DRYADIA MATERTERA.

Te quoque Dryadiam materteram, 184 (XXV)
flebilibus modulis,
germana genitus, prope filius,
ore pio veneror,
quam thalamo taedisque iugalibus
invida mors rapuit
mutavitque torum feretri vice
exequialis honor.
discebas in me, matertera,
mater uti fieres.
unde modo hoc maestum tibi defero
filius officium.

---

19 epigr. Burdigalae repertum C. I. G. 6791 (Kaibel 675) Λείψανα Λουκίλλης διδυματόκου ἐνθάδε κεῖτε, ἧς μερέρισται βρέφη, ζωὸν πατρί, θάτερον αὐτῇ; *adde* Anth. Pal. VII 464 (Ἀντιπάτρου), 465 (Ἡρακλείτου)
27. 2 Hor. Carm. II 9, 9 flebilibus modis

---

17 ed^{i}derat *V* nunc *V*, tunc *ego*
26. 2 scām *V* (m *eras.*) 3 amicus *V* (*corr. m*^{2}) 6 adeptus *V*, indeptus *Scal.* talamo *V* 8 cossi^{o} *V* (o *m*^{2}) 10 liuycis *V* (y *corr. ex* i) 11 ^{h}ibera *V* (h *m*^{2}) 12 adfectans *V* (*corr. m*^{2}) 14 frue^{re}re *V* (re *m*^{2}) 16 fun^{c}tus (c *m*^{2}) olimpiadas *V*
27. 1 tu *V*, te *Lugd.* driadiā *V* 5 talamo *V* 7 mutabitq^{s} *V* (*m*^{1})

28. IVLIA CATAPHRONIA AMITA.

Quin et funereis amitam inpertire querellis, 185 (XXVI)
Musa, Cataphroniam,
innuba devotae quae virginitatis amorem
parcaque anus coluit
et mihi quod potuit, quamvis de paupere summa,
mater uti adtribuit.
ergo commemorata have maestumque vocata
pro genetrice vale.

29. IVLIA VENERIA AMITA.

Et amita Veneria properiter obiit, 186 (XXVII)
cui brevia melea modifica recino:
cinis, uti placidula ⟨ea⟩ supera viguit,
loca tacita celeripes adeat Erebi.

30. IVLIA IDALIA CONSOBRINA.

Parva etiam fuit Idalia, 187 (XXVIII)
nomine praedita quae Paphiae
et speciem meruit Veneris.
quae genita est mihi paene soror:
filia nam fuit haec amitae,
quam celebrat sub honore pio
nenia carmine funereo.

31. AEMILIA MELANIA SOROR.

Aemilia ⟨et⟩, vix nota mihi soror, accipe questus, 188 (XXVIIII)
debent quos cineri maesta elegea tuo.
coniunxit nostras aequaeva infantia cunas,
uno quamvis tu consule maior eras.

---

28. 3 Verg. Aen. XI 583 sq. virginitatis amorem . . . colit

29. 1 Diomed. A. G. III p. 513 P (I 513 K) Proceleumaticum metrum est quale fecit Serenus 'animula miserula properiter abiit' (Seren. fr. 11, *cf.* L. Mueller Cl. Rut. Nam. de red. p. 46)

---

28. Catafronia *V* 2 catafroniā *V* 3 deuoteque *V corr. Scal.* 7 abe *V*, have *Raehse*, *cf. Verg. Aen. XI 97 sq., Catull. 101, 10, inscript. Orell. 2663. 4732. 4734, Visconti Opp. var. I 106*

29. 1 beneria *V* 2 mela *V*, melea *L. Mueller* 3 ut placidulus opta uigeat *V*, uti placidula supera vigeat *Scal. volgo*, uti placidula supera ea iaceat *Axt*, uti placidula ea supera viguit *ego* 4 celeripes et adeat loca tacita ereui (erebi m^2) *V corr. Scal.*

30. consubrina *V* 3 speciem *V*, specie *Brandes, sed nil mutandum, cf. 14, 2*

31. 1 et *add. Hartel*, hos *Lugd.* mix *V* 2 elegaea *V* (a *pr. del.* m^2)

invida set nimium Lachesis properata peregit
tempora et ad manes funera acerba dedit.
praemissa ergo vale manesque verere parentum,
qui maiore aevo quique minore venit.

32. POMPONIA VRBICA CONSOCRVS VXOR IVLIANI CENSORIS.

Vt generis clari, veterum sic femina morum 189 (XXX)
Vrbica, Censoris nobilitata toro.
ingenitis pollens virtutibus auctaque et illis,
quas docuit coniunx, quas pater et genetrix:
quas habuit Tanaquil, quas Pythagorea Theano,
quaeque sine exemplo in vice functa viri.
et tibi ⟨si⟩ fatum sic permutare dedisset,
viveret hoc nostro tempore Censor adhuc.
set neque tu viduo longum cruciata sub aevo
protinus optato fine secuta virum.
annua nunc maestis ferimus tibi iusta querellis,
cum genero et natis consocer Ausonius.

XVI. COMMEMORATIO PROFESSORVM BVRDIGALENSIVM.

1. PRAEFATIO.

Vos etiam, quos nulla mihi cognatio iunxit, 190
set fama et carae relligio patriae (V)
et studium in libris et sedula cura docendi.
commemorabo viros morte obita celebres.
fors erit, ut nostros manes sic adserat olim.
exemplo cupiet qui pius esse meo.

2. TIBERIVS VICTOR MINERVIVS ORATOR.

Primus Burdigalae columen dicere, Minervi, 191 (1
alter rhetoricae Quintiliane togae.
inlustres quondam quo praeceptore fuerunt
Constantinopolis, Roma, dehinc patria,

XVI. **2.** 2 Mart. II 90, 2 gloria Romanae, Quintiliane, togae

5 lacesis *V* 8 q^{v}inq^{s} *V corr. Lugd.*
32. Pōpania *V* 4 cōiux *V* 5 phithagorea *V* (h *pr. ex* b m^2) 6 exemplo est *Lugd. volgo* nece *V*, vice *ego* 7 si *add. Lugd.* 8 ad^{h}uc *V* (h m^2) 9 biduo *V* 10 obtato *V* seq^{v}uta *V* *fortasse* virum es Finiunt parentala *V* (*m. ant. in mg.*)
XVI. Incip̄t commemoratio *etc. V* **1.** 2 religio *V*
2. Mineribius *V* 2 rethorice *V*

non equidem certans cum maiestate duarum,
solo set potior nomine, quod patria.
adserat usque licet Fabium Calagurris alumnum,
non sit Burdigalae dum cathedra inferior.
mille foro dedit hic iuvenes, bis mille senatus
adiecit numero purpureisque togis,
me quoque: set quoniam multa est praetexta, silebo
teque canam de te, non ab honore meo.
sive panegyricis placeat contendere libris,
in Panathenaicis tu numerandus eris:
seu libeat fictas ludorum evolvere lites,
ancipitem palmam Quintilianus habet.
dicendi torrens tibi copia, quae tamen aurum,
non etiam luteam volveret inluviem:
et Demosthenicum, quod ter primum ille vocavit,
in te sic viguit, cedat ut ipse tibi.
anne et divini bona naturalia doni
adiciam, memori quam fueris animo,
audita ut vel lecta semel ceu fixa teneres,
auribus et libris esset ut una fides?
vidimus et quondam tabulae certamine longo
omnes qui fuerant ⟨te⟩ enumerasse bolos,
alternis vicibus quos praecipitante rotatu
fundunt excisi per cava buxa gradus,
narrantem fido per singula puncta recursu
quae data, per longas quae revocata moras.
nullo felle tibi mens livida, tum sale multo
lingua dicax blandis et sine lite iocis.
mensa nitens, quam non censoria regula culpet
nec nolit Frugi Piso vocare suam,
nonnumquam pollens natalibus et dape festa,
non tamen angustas ut tenuaret opes.
quamquam heredis egens, bis sex quinquennia functus,
fletus es a nobis, ut pater et iuvenis.
et nunc, sive aliquid post fata extrema superfit,
vivis adhuc, aevi, quod periit, meminens:
sive nihil superest nec habent longa otia sensus,
tu tibi vixisti: nos tua fama iuvat.

11 *cf.* Stat. Theb. VII 210 13 Stat. Silv. I 3, 101 seu tibi Pindaricis animus contendere plectris 18 Hor. Sat. I 4, 11 cum flueret lutulentus 19 *cf.* Cic. Brut. 38, 142, de or. III 56, 213, Or. 17, 56, Quint. I. O. XI 3, 6 31 Hor. Sat. I 10, 3 sale multo

7 fauiū *V* (b m^2) 9 haec *Lugd. volgo* 13 panegiricos . . . libros *V volgo, corr. Toll* 19 te *V*, ter *Lugd.* 20 caedat *V* 23 aut *V*, ut *Lugd.* 26 enumerasse *V*, te numerasse *Baehrens*, te enumerasse *Brandes* 27 quo *V*, quos *Lugd.* 33 culpat *V corr. Scal.* 36 agustas *V*, angustas *Lugd.* 37 tāqnā *V corr. Toll* 39 supersit *Lugd. volgo*

3. LATINVS ALCIMVS ALETHIVS RHETOR.

Nec me nepotes impii silentii 192 (II)
reum ciebunt, Alcime,
minusque dignum, non et oblitum ferent
tuae ministrum memoriae,
opponit unum quem viris prioribus
aetas recentis temporis,
palmae forensis et camenarum decus,
exemplar unum in litteris,
quas aut Athenis docta coluit Graecia
aut Roma per Latium colit.
moresne fabor et tenorem regulae
ad usque vitae terminum?
quod laude clarus, quod paratus litteris
omnem refugisti ambitum?
te nemo gravior vel fuit comis magis
aut liberalis indigis,
danda salute, si forum res posceret,
studio docendi, si scholam.
vivent per omnem posterorum memoriam,
quos tu sacrasti . . . . . .
et Iulianum tu magis famae dabis
quam sceptra, quae tenuit brevi.
Sallustio plus conferent libri tui
quam consulatus addidit.
morum tuorum, decoris et facundiae
formam dedisti filiis.
ignosce, nostri laesus obsequio stili:
amoris hoc crimen tui est,
quod digna nequiens promere officium colo,
iniuriose sedulus.
quiesce placidus et caduci corporis
damnum repende gloria.

4. LVCIOLVS RHETOR.

Rhetora Luciolum condiscipulum atque magistrum 193 (III)
collegamque dehinc, nenia maesta, refer,
facundum doctumque virum, seu lege metrorum
condita seu prosis solveret orsa modis:

4. 4 Stat. Silv. I 4, 28 sq. seu plana solutis cum struis orsa modis

3. Alcinus *V corr. Lugd.* rethor *V* (*in mg.* m^2 metro iābico) 6 recentis *V* (e *alt. in ras.* m^2) 11 fauor *V* 18 si *V* (i m^2) 20 sacratae famae das *V* (*librario sine dubio ad versum, qui sequitur, aberrante*), sacrae famae dabas *Goropius volgo*, sacrasti . . . . . (*fortasse* litteris) *ego* 23 salustio *V* 30 sedulis *V corr. Lugd.* 31 corpori*s *V*

4. retor *V* 1 retora *V* cūdiscipulo *V corr. Vin.* adque *V* 2 refert *V corr. Lugd.* 4 soluered *V*, *fortasse* volveret

eripuit patri Lachesis quem funere acerbo
linquentem natos sexui utroque duos:
nequaquam meritis cuius responderit heres,
obscuros quamvis nunc tua fama iuvet.
mitis amice, bonus frater, fidissime coniunx,
nate pius, genitor — paenitet, ut fueris.
comis convivis, numquam inclamare clientes,
ad famulos numquam tristia verba loqui.
ut placidos mores, tranquillos sic cole manes
et cape ab Ausonio munus, amice, vale.

5. ATTIVS PATERA PATER RHETOR.

Aetate quamquam viceris dictos prius, 194 (IIII)
Patera, fandi nobilis:
tamen quod aevo floruisti proximo
iuvenisque te vidi senem,
honore maestae non carebis neniae,
doctor potentum rhetorum.
tu Baiocassi stirpe druidarum satus,
si fama non fallit fidem,
Beleni sacratum ducis e templo genus
et inde vobis nomina:
tibi Paterae: sic ministros nuncupant
Apollinares mystici:
fratri patrique nomen a Phoebo datum
natoque de Delphis tuo.
doctrina nulli tanta in illo tempore
cursusque tot fandi et rotae:
memor, disertus, lucida facundia,
canore, cultu praeditus,
salibus modestus felle nullo perlitis,
vini cibique abstemius,
laetus, pudicus, pulcher in senio quoque, ut
aquilae senectus aut equi.

---

5. 16 Sidon. Apoll. VIIII 15, 49 Maronis rotae 19 Ovid. Trist. II 565 salibus suffusis felle

---

5 patriae *Scal.* lacesis *V* 6 sexu in *Pulmannus* 7 ^{h}eres *V* 9 mittis *V* coniux *V* 10 poenitet *V*

5. rethor *V* (*in mg. m. ant.* metro iambico maior senario minor quaternario) 1 doctos *V*, dictos *Graevius* 5 maeste *V* (e *alt. add.* m^2) 6 rethorum *V* 7 bagocassi *V*, Baiocassis *Vin. volgo*, Baiocassi *ego* 8 famā *V* 11 si *V*, sic *Lugd.* 12 apollinaris mistici *V* 13 fatri *V corr. Lugd.* 14 natoquae *V* 16 rotandi et rota *V corr. Scal.* 17 disertis *V* (v m^2) 18 carere cultū *V corr. Lugd.* 19 modestis *Scal.* perlitus *Lugd. volgo* 21 ut *V* (m^2 *in ras.*) 22 **aquilę *V*, quoque aquilae ut *L. Mueller*

6. ATTIVS TIRO DELPHIDIVS RHETOR.

Facunde, docte, lingua et ingenio celer, 195 (V)
iocis amoene, Delphidi,
subtextus esto flebili threno patris,
laudi ut subibas aemulus.
tu paene ab ipsis orsus incunabulis
dei poeta nobilis,
sertum coronae praeferens Olympiae,
puer celebrasti Iovem.
mox inde cursim more torrentis freti
epos ligasti metricum,
ut nullus aeque lege liber carminum
orationem texeret.
celebrata varie cuius eloquentia
domi forisque claruit,
seu tu cohortis praesulem praetoriae
provinciarum aut iudices
coleres, tuendis additus clientibus
famae et salutis sauciis.
felix, quietis si maneres litteris,
opus Camenarum colens,
nec odia magnis concitata litibus
armaret ultor impetus,
nec inquieto temporis tyrannici
palatio te adtolleres.
dum spem remotam semper arcessis tibi,
fastidiosus obviae,
tuumque mavis esse quam fati bonum,
desiderasti plurima,
vagus per omnes dignitatum formulas
meritusque plura quam gerens.
unde insecuto criminum motu gravi
donatus aerumnis patris,
mox inde rhetor, nec docendi pertinax,
curam fefellisti patrum:
minus malorum munere expertus dei,
medio quod aevi raptus es,
errore quod non deviantis filiae
poenaque laesus coniugis.

6. 9 Verg. Aen. X 603 torrentis aquae . . . more

6. Atticus (*corr. Scal.*) Tiro Delfidius rethor *V* (*in mg. m*^{2} metro ut supra) 1 linguę *V*, lingua et *Pithoeus* 2 delfidi *V* 3 treno *V* 4 amulus *V* (*corr. m*^{2}) 7 olīpiae *V* 9 ore *V*, more *Lugd.* 10 legasti *V corr. Pithoeus* 11 aeq^{ua} *V* (a *m*^{2}), aequa *Lugd. volgo* 12 oratione *V corr. Scal.* 15 praetoriae *V* 17 coleris *V corr. Scal.* cluentis *V corr. Pulmannus* 18 fama *V*, famae *Lugd.* aut *Gronov* 19 quietus si maneres, litteris *Mertens*; *si quid mutandum, coniciam* si inmaneres 23 tirannici *V* 26 obuiae *V* (ui *in ras.*) 33 retor *V* 35 munera *V corr. Scal.* 37 filii *V*, filiae *Scal.* 38 poeneque *V corr. Scal.*

7. ALETHIO MINERVIO FILIO RHETORI.

O flos iuvenum,
spes laeta patris,
nec certa tuae
data res patriae,
rhetor Alethi.
tu primaevis
doctor in annis
tempore, quo te
discere adultum
non turpe foret,
praetextate
iam genitori
conlatus eras.
ille superbae
moenia Romae
fama et meritis
inclitus auxit:
tu Burdigalae
laetus patriae
postque Paterae
clara cohortis
vexilla regens
et praeceptor
maior utroque,
non sine morsu
gravis invidiae
cuncta habuisti
commoda fati,
non mansuris
ornate bonis.
omnia praecox
fortuna tibi

196 (VI)

---

7. rethori *V* (*in mg. m. ant.* metrū adoniū hypponaicum & tremicū spō. hūp. dūc (*an* duo?) colōp.). *carmen in V scriptum est binis columnis hoc ordine:*

col. 1	O flos iubenū	*1*		Vota tuorum	*40*
	Spes leta patris	*2*		Non mansuris	*29*
	Ne cérta tua	*3*	30	Ornate bonis	*30*
	Data res patriae	*4*		Omīa precox	*31*
5	Rhetor alethi	*5*		Fortuna tibi	*32*
	Maior utroquae	*24*		Dedit & rap^{v}it	*33*
	Tu burdigalae	*18*		Solstitialis	*34*
	Laetus patriae	*19*	35	Velut herba sol&	*35*
	Clara cohortis	*21*		Ostentatus	*36*
10	Vixilla regens	*22*		Raptusq^{s} sim^{v}l	*37*
	Cūcta ab^{v}isti	*27*		Nō sine morsu	*25*
col. 1^{b}	Tu primeuis	*6*	*col. 2^{b}*	Inclitus auxit	*17*
	Doctor in ānis	*7*	40	Grauis inuidiae	*26*
	Tempore q^{v}o te	*8*		Et retoricam	*41*
15	Discere adultū	*9*		Floris ad^{v}lti	*42*
	Nō turpe for&	*10*		Fruge carentē	*43*
	Praetextate	*11*		Et conubio	*44*
	Iā genitori	*12*	45	Nobili soceris	*45*
	Conlat^{v}s eras	*13*		Sine pace patris	*46*
20	Ille superue	*14*		Et diuitias	*47*
	Moenia romae	*15*		Vtri^{v}sq^{s} domus	*48*
	Fama & meritis	*16*		Sine herede tuo	*49*
col. 2	Cōmoda fati	*28*	50	Quā fatiloq^{v}o	*50*
	Postq^{s} petera	*20*		Dicte profatu	*51*
25	Et preceptor	*23*		Versus orati	*52*
	Puluere in aeuo	*38*		Nil est ab ōni	*53*
	Deseruisti	*39*		Parte beatū	*54*

aptum ordinem praeeunte ex parte Scaligero restituit Toll, quem recentiores secuti sunt editores, nisi quod is v. 23 huius editionis Et praeceptor *male inseruit post v. 7 atque haud recte post v. 22 verba* Post Nazarium *intercidisse suspicatus in v. 20, quem his verbis adiunxit,* Pateram *scripsit* *v.* 3 ne *V,* nec *Lugd.* tua *V,* tuae *Lugd.* 20 petera *V,* Paterae *ego* uixilla *V corr. Lugd.*

dedit et rapuit.
solstitialis
velut herba solet,
ostentatus
raptusque simul,
pubere in aevo
deseruisti
vota tuorum
et rhetoricam
floris adulti
fruge carentem
et conubium
nobile soceris
sine pace patris
et divitias
utriusque domus
sine herede tuo.
quam fatiloquo
dicte profatu
versus Horati:
nihil est ab omni
parte beatum.

8. LEONTIVS GRAMMATICVS COGNOMENTO LASCIVVS.

Qui colis laetos hilarosque mores, 197 (VII)
qui dies festos ioca vota ludum,
annuum functi memora Leonti
nomine threnum.

iste Lascivus patiens vocari
nomen indignum probitate vitae
abnuit numquam, quia gratum ad aures
esset amicas.

litteris tantum titulum adsecutus,
quantus exili satis est cathedrae,
posset insertus numero ut videri
grammaticorum.

tu meae semper socius iuventae,
pluribus quamvis cumulatus annis,
nunc quoque in nostris recales medullis,
blande Leonti!

et iuvat tristi celebrare cura
flebilem cantum memoris querellae,
munus ingratum tibi debitumque
carmine nostro.

---

7. 34 Plaut. Pseud. I 1, 38 sq. quasi solstitialis herba paulisper fui: repente exortus sum, repentino occidi 36 Verg. Aen. VI 869 ostendent terris hunc tantum fata 53 sq. Hor. Carm. II 16, 27 sq. nihil est ab omni parte beatum

8. 5 Hor. Carm. I 2, 43 sq. patiens vocari Caesaris ultor 18 Hor. Carm. III 11, 51 sq. memorem . . . querellam

---

38 puluere *V corr. Lugd.* 44 conubio *V corr. Scal.* 45 nobili *V corr. Scal.* soceri *Scal. volgo* 53 nil est ab omni *V*, nil ex omni *Heinsius*, nil est omni *L. Mueller*, nihil est ab omni *Vin.*, *quod tuetur M. Hertz Anal. Hor. IIII 15 adn. 1*

8. Beat^{V}s *V* (*in mg. m*^{2} metro saffico), Lascivus *Graevius* 3 annū *V*, annuum *Lugd.* 4 threnum *V* 5 ^{i}ste *V* (i *m*^{2}) 13 maee *V* 14 cumulatis *V corr. Lugd.*

9. GRAMMATICIS GRAECIS BVRDIGALENSIBVS.

Romulum post hos prius an Corinthi, 198 (VIII)
anne Sperchei pariterque nati
Atticas musas memorem Menesthei
grammaticorum?

sedulum cunctis studium docendi,
fructus exilis tenuisque sermo,
set quia nostro docuere in aevo
commemorandi.

tertius horum mihi non magister:
ceteri primis docuere in annis,
ne forem vocum rudis aut loquendi,
set sine cultu:

obstitit nostrae quia credo mentis
tardior sensus neque disciplinis
appulit Graecis puerilis aevi
noxius error.

vos levis caespes tegat et sepulcri
tecta defendant cineres opertos
ac meae vocis titulus supremum
reddat honorem.

10. IVCVNDO GRAMMATICO BVRDIGALENSI FRATRI LEONTI.

Et te, quem cathedram temere usurpasse locuntur 199 (VIIII)
nomen grammatici nec meruisse putant,
voce ciebo tamen, simplex, bone, amice, sodalis,
Iucunde, hoc ipso care magis studio,
quod, quamvis impar, nomen tam nobile amasti,
et meritos inter commemorande viros.

9. 1 Hor. Carm. I 12, 33 Romulum post hos prius an quietum

9. Gramaticis Grecis Burdigalansibus *V* (*m. ant.* metro saffico) 6 exi*lis *V* (l *eras.*) 10 in] me *Hartel* 12 fructu *Baehrens* 14 nequae *V* 15 puaerilis *V* (a *del.* m^2) 17 sepulchri *V* 18 saepta *Heinsius* 19 at *Toll volgo* suppremum *V*

10. gramm̄ Burdegalēsi* *V* (s *eras.*) 5 quāuis *V* (u *alt. ex* q) 6 emeritos *V corr. Scal.* cōmemorāde *V* (e *alt. ex* i m^2)

11. GRAMMATICIS LATINIS BVRDIGALENSIBVS PHILOLOGIS, ⟨MACRINO, SVCVRONI, CONCORDIO, PHOEBICIO,⟩ AMMONIO, ANASTASIO GRAMMATICO PICTAVIORVM.

Nunc ut quemque mihi
flebilis officii
relligiosus honor
suggeret, expediam:
qui, quamvis humili
stirpe, loco ac merito,
ingeniis hominum
Burdigalae rudibus
introtulere tamen
grammatices studium.
sit Macrinus in his
(huic mea principio 200 (X)
credita puerities)
et libertina
Sucuro progenie,
sobrius et puerorum
utilis ingeniis,
et tu, Concordi,
qui profugus patria
mutasti sterilem
urbe alia cathedram.
nec reticebo senem

---

11. Macrino Sucuroni Concordio Phoebicio *om. V (add. Scal., sed hoc ordine:* Marc. Phoeb. Conc. Suc.); *m. ant.* metrum qui supra pentemimere; *in mg. dextr. alia manu:* It iambicum . . . . . & . . . . catalecticum. *scriptum est hoc carmen in V columnis duabus hoc ordine:*

col. 1
Nunc ut quemque mici *1*
Flebilis officii *2*
Religios^{v}s honor *3*
Suggeret expediā *4*
Quin quāuis humili *5*
Stirpe loco hac merito *6*
Ingeniis hominū *7*
B^{v}rdigalae rudiḃ *8*
Vtilis ingeniis *17*
Et tu concordi *18*
Qui profug^{v}s patria *19*
M^{v}tasti stelilem *20*
Vrbe alia cathedrā *21*
Nec reticeuo senē *22*
Nm̄e phoebiciū *23*
Qui beleni aedit^{v}s *24*
Introtulere tamē *9*
Grāmatices studiū *10*
Sit matrin^{v}s in his *11*
huic mea prīcipio *12*
Credita puerities *13*
Nil opis inde tulit *25*
Set tamē ut placitum *26*
Stirpe satus driidū *27*
Genitis aremoricae *28*
B^{v}rdigale cathedrā *29*
Nati oꝑ obtinuit *30*
Permaneat series *31*
Religiosū &enim *32*
Commemorare *33*
Gramaticū patrie *34*
col. 2
Qui r^{v}dibus pueris *36*
Prima elementa dauat *37*
Et liuertina *14*
Sucuro progeniem *15*
Sobrius ēt puerorum *16*
Doctrina exiguus *38*
Moribus inplacidis *39*
Proinde ut erat meritū *40*
Famā abuit tenuem *41*
Perdidit in senio *53*
Set tamen hunc noster *54*
Cōmemorauit honus *55*
Pictoniceq^{s} dedit *48*
Pante et anastasio *42*
Fleuile musa melum *43*
Et memora tenuem *44*
Nenia grāmaticum *45*
Burdigale hunc genitū *46*
Transtulit ambitio *47*
Pauꝑ ibi et tenuem *49*
Victū abitūq^{s} colens *50*
Gloriolā exilem *51*
Et patriae et cathedrae *52*
Ne pariter tumulus *56*
Nomen et ossa tegat *57*

turbatum versuum ordinem Scaligerum ex parte secutus restituere conatus est Toll, qui in editione, quam curavit, versus hoc ordine descripsit (numeri sunt huius editionis): 1—6. 9. 10. 7. 8. 31. 11. 16. 17. 12. 13. 22—30. 18—21. 14. 15. 36. 37. 42—53. 38—41. 54. 55. 32—34. 56. 57. Tollium secuti sunt editores recentiores, ego eum, quem ab Ausonio profectum esse mihi persuasi, ordinem restitui suspicatus post v. 34 intercidisse versiculum, in quo Ammonii, quem ne temere confundas cum Anastasio caveas, facta erat mentio *v.* 5 quin *V corr. Scal.* 10 grammaticae *Scal. volgo* 11 matṛinus *V (in mg.* c) 15 progeniem *V*, progenies *Scal. volgo*, progenie *L. Mueller* 16 puerum *vel* parvum *L. Mueller* 20 ste·l·ilem *V (in mg.* ri)

nomine Phoebicium,
qui Beleni aedituus
nil opis inde tulit,
set tamen, ut placitum,
stirpe satus druidum
gentis Aremoricae,
Burdigalae cathedram
nati opera obtinuit.
permaneat series:
relligiosum etenim
commemorare ⟨meae⟩
grammaticum patriae
⟨Ammonium . . . . . ,⟩
qui rudibus pueris
prima elementa dabat,
doctrina exiguus,
moribus inplacidis:
proinde ut erat meritum,
famam habuit tenuem.
pange et Anastasio
flebile, Musa, melum
et memora tenuem,
nenia, grammaticum.
Burdigalae hunc genitum
transtulit ambitio
Pictonicaeque dedit.
pauper ibi et tenuem
victum habitumque colens
gloriolam exilem
et patriae et cathedrae
perdidit in senio.
set tamen hunc noster,
commemoravit honos,
ne pariter tumulus
nomen et ossa tegat.

12. HERCVLANO, SORORIS FILIO, GRAMMATICO BVRDIGALENSI.

Herculane, qui profectus gremio de nostro et schola 201 (XI)
spem magis quam ⟨rem⟩ fruendam praebuisti avunculo,
particeps scholae et cathedrae paene successor meae,
lubricae nisi te iuventae praecipitem flexus daret,
Pythagorei non tenentem tramitis rectam viam.
esto placidus et quietis manibus sedem fove,
iam mihi cognata dudum inter memoratus nomina.

13. THALASSIO GRAMMATICO LATINO BVRDIGALENSI.

Officium nomenque tuum, primaeve Thalassi, 202 (XII)
parvulus audivi: vix etiam memini,
qua forma aut merito fueris, qua stirpe parentum.
aetas nil de te posterior celebrat.
grammaticum iuvenem tantum te fama ferebat,
tum quoque tam tenuis, quam modo nulla manet.
set quicumque tamen, nostro quia doctor in aevo
vixisti, hoc nostrum munus habeto, vale.

13. 3 Verg. Aen. III 94 stirpe parentum

24 aeditus *V*, aedituus *Lugd.* 27 driidū *V corr. Lugd.* 28 genitis *V*, gentis *Lugd.* 30 oper *V*, opera *Lugd.* 33 meae *add. Lugd.* *post v.* 34 *haec sunt scripta in V in alterius columnae initio* Ammonio Anastasio gramatico Pictauiorū *et iuxta in mg. m. ant.* metrum qui supra 37 dauat *V* (dabas m^2 *volgo*) 39 implacidus *Toll* 42 pante *V* (*corr.* m^2) 49 ibi] ubi *Lugd. volgo*

12. Erculano *V* grammm Burdī *V* 2 rem *add. Scal.* 3 scole *V* 5 pitagorei *V* 6 placidꝰs *V* (i *eras.*) fouae *V*

13. Talasso *V*, Thalassio *Toll* grmco *V* BVrdigal *V* 1 thalassae *V*, Thalassi *Toll* 4 nihil *V*, nil *Scal.* 5 te tantum *volgo* 8 haveto *V* (abeto m^2)

14. CITARIO SICVLO SYRACVSANO GRAMMATICO BVRDIGALENSI GRAECO.

Et, Citari dilecte, mihi memorabere, dignus 203 (XIII)
grammaticos inter qui celebrere bonos.
esset Aristarchi tibi gloria Zenodotique,
Graios antiquus si sequeretur honos.
carminibus, quae prima tuis sunt condita in annis,
concedit Cei musa Simonidei.
urbe satus Sicula nostram peregrinus adisti,
excultam studiis quam prope reddideras.
coniugium nanctus cito nobilis et locupletis,
invidia fati non genitor moreris.
at nos defunctum memori celebramus honore,
fovimus ut vivum munere amicitiae.

15. CENSORIO ATTICO AGRICIO RHETORI.

Eloquii merito primis aequande, fuisti, 204 (XIIII)
Agrici, positus posteriore loco,
aevo qui quoniam genitus functusque recenti,
dilatus nobis, non et omissus eras.
quocumque in numero, tristi memorabere threno:
unus honos tumuli, serus et ante datus.
tam generis tibi celsus apex quam gloria fandi,
gloria Athenaei cognita sede loci.
Nazario et claro quondam delata Paterae
egregie multos excoluit iuvenes.
coniuge nunc natisque superstitibus generoque
maiorum manes et monumenta foves.

16. NEPOTIANO GRAMMATICO EIDEM RHETORI.

Facete, comis, animo iuvenali senex, 205 (XV)
cui felle nullo, melle multo mens madens
aevum per omne nil amarum miscuit,
medella nostri, Nepotiane, pectoris:
tam seriorum quam iocorum particeps,
taciturne, Amyclas qui silendo viceris,
te fabulantem non Vlixes linqueret,
liquit canentes qui melodas virgines:

---

16. 6 Verg. Aen. X 564 tacitis . . . Amyclis

---

14. Siracusano gramatico Burdigal Creco *V* 1 cipari delecte *V* (*corr. m*^{2}) 2 c&lare *V*, celebrere *Lugd.* 4 grauior *V*, Graiorum *Goropius volgo*, Graios *ego* antiq^{v}s *V* 5 su$\overset{\text{n}}{\text{i}}$t *V* (n *m*^{2}) 6 ceu *V*, Cei *Scal.* 8 propere dederas *Mommsen* 9 nāctus *V* (ac *ex* uc, *ut videtur m*^{2}) 10 inuidiā *V corr. Lugd.* 11 ad *V* (t *m*^{2})

15. Agrycio *Mommsen* retori *V* 2 Agrice positus hic *Lugd.*, Agrici hic positus *Scal. volgo* posteriori *V* 8 athen*ei *V* (n *ex* m, i *eras.*) *post v. 8 fortasse intercidit distichon* 10 egregiae *V* qui excoluit *Vin.*

16. gra$\overline{\text{mm}}$ fid̄ retori *V* 2 felli *V* (*corr. m*^{2}) 4 nostri medella *Vin.*, medulla nostri *Heinsius* 6 amiclas *V* 8 liquid *V*

probe et pudice, parce, frugi, abstemie:
facunde, nulli rhetorum cedens stilo,
et disputator ad Cleanthen stoicum,
Scaurum Probumque corde callens intimo
et Epirote Cinea memor magis:
sodalis et convictor, hospes iugiter,
parum quod hospes, mentis agitator meae.
consilia nullus mente tam pura dedit
vel altiore conditu texit data.
honore gesti praesidatus inclitus,
decies novenas functus annorum vices,
duos relinquens liberos, mortem oppetis,
dolore multo tam tuorum quam meo.

17. AEMILIVS MAGNVS ARBORIVS RHETOR TOLOSAE.

Inter cognatos iam fletus, avuncule, manes, 206 (XVI)
inter rhetoricos nunc memorandus eris.
illud opus pietas, istud reverenda virorum
nomina pro patriae relligione habeant.
bis meritum duplici celebremus honore parentem
Arborium, Arborio patre et avo Argicio.
stemma tibi patris Haeduicum, Tarbellica Maurae
matris origo fuit: ambo genus procerum.
nobilis et dotata uxor, domus et schola, cultae
principum amicitiae contigerunt iuveni,
dum Constantini fratres opulenta Tolosa
exilii specie sepositos cohibet.
Byzanti inde arcem Thressaeque Propontidis urbem
Constantinopolim fama tui pepulit.
illic dives opum doctoque ibi Caesare honorus
occumbis patribus, Magne, superstitibus.
in patriam set te sedem ac monumenta tuorum
principis Augusti restituit pietas.
hic renovat causam lacrimis et flebile munus
annuus ingrata relligione dies.

18. EXVPERIVS RHETOR TOLOSAE.

Exuperi, memorande mihi, facunde sine arte, 207 (XVII)
incessu gravis et verbis ingentibus, ore
pulcher et ad summam motuque habituque venusto:
copia cui fandi longe pulcherrima, quam si

13 Plin. N. H. VII 24, 88
17. 10 Hor. Carm. II 1, 4 principum amicitias 15 Verg. Aen. I 14, II 22 dives opum

9 prole *V*, probe *Lugd.* abstemiae *V* (*corr.* m^2) 10 r^{h}etorum *V* (h m^2) 11 Stoicon *Lugd. volgo* 15 ma&* *V* (a *del.* m^2) 20 morte *V corr. Scal.*
17. 6 Arsicio [*V*], Argicio *Scal.*, Agrycio *Mommsen*, *cf.* XV 6 7 Hedui [*V*], Aeduici *Scal. volgo*, Haeduicum *Mommsen* 17 sed [*V*] 19 hinc [*V*], hic *ego*, nunc *Brandes*

auditu tenus acciperes, deflata placeret,
discussam scires solidi nihil edere sensus:
Palladiae primum toga te venerata Tolosae
mox pepulit levitate pari: Narbo inde recepit.
illic Dalmatio genitos, fatalia regum
nomina, tum pueros grandi mercede docendi
formasti rhetor metam prope puberis aevi,
Caesareum qui mox indepti nomen, honorem
praesidis Hispanumque tibi tribuere tribunal.
decedens placidos mores tranquillaque vitae
tempora praedives finisti sede Cadurca.
set patriae te iura vocant et origo parentum,
Burdigalae ut rursum nomen de rhetore reddas.

19. MARCELLO MARCELLI FILIO GRAMMATICO NARBONENSI.

Nec te Marcello genitum, Marcelle, silebo, 208 (XVIII)
aspera quem genetrix urbe, domo pepulit.
set fortuna potens cito reddidit omnia et auxit.
amissam primum Narbo dedit patriam.
nobilis hic hospes Clarentius indole motus
egregia natam coniugio adtribuit.
mox schola et auditor multus praetextaque pubes
grammatici nomen divitiasque dedit.
set numquam iugem cursum fortuna secundat,
praesertim pravi nancta virum ingenii.
verum oneranda mihi non sunt, memoranda recepi
fata: sat est dictum cuncta perisse simul,
non tamen et nomen, quo te non fraudo, receptum
inter grammaticos praetenuis meriti.

20. SEDATVS RHETOR TOLOSANVS.

Relligio est, tacitum si te, Sedate, relinquam, 209 (XVIIII)
quamvis docendi munus indepte ⟨es⟩ foris.
communis patria est tecum mihi: sorte potentis
fati Tolosam nanctus es sedem scholae.
illic coniugium natique opulensque senectus
et fama, magno qualis est par rhetori.
quamvis externa tamen a regione reducit
te patria et civem morte obita repetit:
cumque vagantem operam divisae inpenderis urbi,
arbitrium de te sumit origo suum.

---

20. 1 Verg. Aen. VI 841 quis te . . . tacitum . . . relinquat

---

18. 5 acceperit [*V*] *corr. Scal.* 6 sciris [*V*] *corr. Scal.* 7 togatae [*V*], toga te *Goethhals* 16 sed [*V*]
19. 1 genitus [*V*], genitum *Dousa* 2 genitrix [*V*] 3 *et* 9 sed [*V*] 3 et omnia [*V*], omnia et *Pulmannus* 6 egregiam [*V*] *corr. Heinsius* 10 nacta [*V*] 11 honoranda [*V*] *corr. Scal.*
20. 2 indepte [*V*], indepte es *Scal.*, indeptum *Dousa* 4 nactus [*V*] 6 qualis est par magno [*V*] *corr. Scal.* 9 vacantem [*V*] *corr. Scal.* impenderis [*V*]

et tua nunc suboles morem sectata parentis
Narbonem ac Romam nobilitat studiis.
. . . . . set
fama, velit nolit, Burdigalam referet.

21. STAPHYLIVS RHETOR CIVIS AVSCIVS.

Hactenus observata mihi lex commemorandi 210 (XX)
cives, sive domi seu docuere foris.
externum set fas coniungere civibus unum
te, Staphyli, genitum stirpe Novem populis.
tu mihi, quod genitor, quod avunculus, unus utrumque,
alter ut Ausonius, alter ut Arborius:
grammatice ad Scaurum atque Probum, promptissime rhetor,
historiam callens Livii et Herodoti.
omnis doctrinae ratio tibi cognita, quantam
condit sescentis Varro voluminibus.
aurea mens, vox suada tibi: tum sermo quietus
nec cunctator erat nec properante sono.
pulchra senecta, nitens habitus, procul ira dolusque:
et placidae vitae congrua meta fuit.

22. CRISPVS ET VRBICVS GRAMMATICI LATINI ET GRAECI.

Tu quoque in aevum, Crispe, futurum 211 (XXI)
maesti venies commemoratus
munere threni.

qui primaevos fandique rudes
elementorum prima docebas
signa novorum,

creditus olim fervere mero.
ut Vergilii Flaccique iocis
aemula ferres.

et tibi Latiis posthabite orsis,
Vrbice, Grais celebris, carmen
nunc ἓ λέγ᾽ ἄσω.

---

21. 14 Ovid. Am. II 10, 38 conveniens vitae mors fuit ista tuae

---

11 est *Scal. volgo* soboles [*V*] morem secuta [*V*], moremque secuta *Scal. volgo*, morem sectata *Vin.* 13 sed velit nolit famae Burdigalam referat [*V*] *corr. Scal.*

21. Stafilus [*V*], Staphylius *Scal.* 3 sed [*V*] 4 Stafili [*V*] *corr. Scal.* 7 grammaticae [*V*], *corr. Scal.* 10 sexcentis [*V*] 12 eras [*V*], erat *apographa Vossiani* properator erat *apographa* 13 dolusque] dol *Vind. 3261* (*in pagina ultima*), *unde* dolorque *Peiper*, dolusque *cetera apographa* 14 finis [*V*], vitae *Graevius*

22. 2 moestis [*V*] 8 Virgilii [*V*] locis [*V*], iocis *Heinsius* 11 sq. camoenis ἐλεγείσω [*V*], carmen sic ἐλελίσω *Scal. volgo*, carmen nunc ἓ λέγ᾽ ἄσω *ego* (*nam ἤσω scripsisse Ausonium haud probabile est*)

nam tu Crispo coniuncte tuo
prosa solebas et versa loqui
impete eodem,

priscos ut ⟨tris⟩ heroas olim
carmine Homeri commemoratos
fando referres,

dulcem in paucis ut Plistheniden
et torrentis ceu Dulichii
ninguida dicta

et mellitae nectare vocis
dulcia fatu verba canentem
Nestora regem.

Ambo loqui faciles, ambo omnia carmina docti,
callentes mython plasmata et historiam.
liberi et ambo genus, sed quos meruisse deceret
nascier, ut cluerent patribus ingenuis.

23. VICTORIO SVBDOCTORI SIVE PROSCHOLO.

Victori studiose, memor, celer, ignoratis 212 (XXII)
adsidue in libris nec nisi operta legens,
exesas tineis opicasque evolvere chartas
maior quam promptis cura tibi in studiis.
[quod ius pontificum, quae foedera, stemma quod olim
ante Numam fuerat sacrifici Curibus,
quod Castor cunctis de regibus ambiguis, quod
coniugis e libris ediderat Rhodope:]
quod ius pontificum, veterum quae scita Quiritum,
quae consulta patrum, quid Draco quidve Solon
sanxerit et Locris dederit quae iura Zaleucus,
sub Iove quae Minos, quid Themis ante Iovem

---

22. 19 Il. III 214 παῦρα μέν, ἀλλὰ μάλα λιγέως 20 sq. ibid. 222 ἔπεα νιφάδεσσιν ἐοικότα χειμερίῃσιν 22 sq. Il. I 248 sq. ἡδυεπὴς . . . λιγὺς Πυλίων ἀγορητής, τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή

---

13 namque [*V*], nam *Scal.* 14 versu [*V*] *volgo*, versa *Heinsius* (*cf. Appul. Flor. 18 p. 91 Oud.* '*ac iam et prorsa et vorsa facundia veneratus sum*', *unde fortasse et hoc loco* prorsa . . . vorsa *restituendum*) 16 priscos et heroas [*V*], priscos ut et heroes *Vin. volgo*, priscos ut tris heroas *ego* 17 cum memoratos [*V*] *corr. Scal.* 20 Dulichi [*V*] *corr. Scal.* 26 mythoplasmata [*V*] *corr. Scal.* 27 *fortasse* liberti ambo doceret [*V*] *corr. Scal.* 28 nasci [*V*], nancisci *Scal. volgo*, nascier *Pulmannus et Dousa*, sic nasci *Heinsius* paribus ingeniis [*V*] *corr. Scal.*

23. Victorino [*V*], Victorio *Scal.* 1 Victorine [*V*], Victori *Scal.* 2 assidue [*V*] 6 sacrificij [*V*], sacrificis *Scal. volgo* 7 ambiguis, quot *Mommsen* 9—12 *in mg. adscriptos esse Brandes statuit ab Ausonio eo consilio, ut postea inter vv. 5—8 et 9—12, quibus eaedem res, sed paullo aliter tractantur, eligendi sibi esset potestas. ego vv. 9—12 ab Ausonio praelatos esse puto* 9 veterumque [*V*] *corr. Scal.*

nota tibi potius quam Tullius et Maro nostri
et quidquid Latia conditur historia.
fors istos etiam tibi lectio longa dedisset,
supremum Lachesis ni celerasset iter.
exili nostrae fucatus honore cathedrae
libato tenuis nomine grammatici,
longinquis posthac †Romae defunctus in oris,
ad quas de Siculo litore transieras:
sed modo nobilium memoratus in agmine gaude,
pervenit ad manes si pia cura tuos.

24. DYNAMIO BVRDIGALENSI QVI IN HISPANIA DOCVIT ET OBIIT.

Set neque te maesta, Dynami, fraudabo querella, 213 (XXIII)
municipem patriae causidicumque meae,
crimine adulterii quem saucia fama fugavit,
parvula quem latebris fovit Ilerda suis.
quem locupletavit coniunx Hispana latentem:
namque ibi mutato nomine rhetor eras,
rhetor Flavini cognomine dissimulatus,
ne posset profugum prodere culpa suum.
reddiderat quamvis patriae te sera voluntas,
mox residem rursum traxit Ilerda domus.
qualiscumque tuae fuerit fuga famaque vitae,
iungeris antiqua tu mihi amicitia:
officiumque meum, sensus si manibus ullus,
accipe iam verum morte obita, Dynami.
diversis quamvis iaceas defunctus in oris,
commemorat maestis te pia cura elegis.

25. ACILIO GLABRIONI GRAMMATICO IVN. BVRDIGALENSI.

Doctrinae vitaeque pari brevitate caducum, 214 (XXIIII)
Glabrio, te maestis commemorabo elegis,
stemmate nobilium deductum nomen avorum,
Glabrio †Aquilini, Dardana progenies.
tu quondam puero conpar mihi, discipulus mox
meque dehinc facto rhetore grammaticus
inque foro tutela reis et cultor in agris,
digne, diu partis qui fruerere bonis,

---

14 quicquid [*V*] 18 tenuiter [*V*], tenuis *Scal.*, tenui *Vin.* 19 Romae *corruptum, fortasse* Troiae 20 atque [*V*], ad quas *Scal.* littore [*V*]

24. Dinamio *V* ^{Hi}Spania (Hi m^2) *V* 1 dinami *V* 4 hilerda *V* 5 ^{hi}spanã *V* (hi m^2, ÷ *eras.*) 7 r^{h}etor *V* (h m^2) 9 ^{se}ra *V* (se m^2) uoluptas *V*, voluntas *Baehrens* 10 ^{h}ilerda *V* (h m^2) domus] domo *Toll* 11 fuaerit *V* (a *del.* m^2) 12 amicitia *V* (*corr.* $^{i}m^2$) 14 uerus *V volgo*, verum *ego*, serus *Heinsius* dinami *V* 16 cur^{a}elegis *V* (a m^2)

25. Atilio *V*, Acilio *Scal.* gra$\overline{\text{mm}}$ *V* Burdegan *V* 3 $\overline{\text{n}}$men^{e} *V* (e m^2) Acilini *Heinsius* 5 q^{v}ondam *V* (q^{v} *ex* c m^2) discipulos *V*, discipulus *Lugd.*, discipulo *Scal. volgo* 6 meq^{s} *V*, me *Scal. volgo* r^{h}etore *V* (h m^2)

commode laete benigne abstemie, tam bone dandis
semper consiliis, quam taciturne datis,
tam decus omne tuis quam mox dolor, omnia acerbo
funere praereptus, Glabrio, destituis,
uxore et natis, genitore et matre relictis,
eheu quam multis perdite nominibus!
flete diu nobis, numquam satis, accipe acerbum,
Glabrio, in aeternum commemorate vale.

26. CORONIS.

Quos legis a prima deductos menide libri, 215 (XXV)
doctores patriae scito fuisse meae
grammatici in studio vel rhetoris aut in utroque,
quos memorasse mihi morte obita satis est.
viventum inlecebra est laudatio: nomina tantum
voce ciere suis sufficiet tumulis.
ergo, qui nostrae legis otia tristia chartae,
eloquium ne tu quaere set officium,
quo claris doctisque viris pia cura parentat,
dum decora egregiae commeminit patriae.

27. POETA.

Valete, manes inclitorum rhetorum, 216 (XXVI)
valete, doctores probi,
historia si quos vel poeticus stilus
forumve fecit nobiles
medicae vel artis dogma vel Platonicum
dedit perenni gloriae.
et si qua functis cura viventum placet
iuvatque honor superstitum,
accipite maestum carminis cultum mei
textum querella flebili.
sedem sepulcri servet immotus cinis,
memoria vivat nominum,
dum remeat illud iudicis dono dei
commune cum dis saeculum.

---

25. 11 Verg. Ecl. V 34 tu decus omne tuis

---

26. 1 maenide *V* 3 r^{h}etoris *V* (h m^2) 5 uibenciũ *V*, viventum *Scal.* 6 sufficit *V* (*corr.* m^2) 8 tu ne *Scal. volgo* set *V* (d m^3) 10 decor *V*, decora *Scal.*

27. 1 rethorum *V* 4 forumq^{s} *V*, forumve *Graevius* 5 medicę** *V* (ae *eras.*) artes *Dousa* 7 cunctis *V*, functis *Dousa* 9 accipe *V corr. Pulmannus* 11 sepulchri *V*, sepulchris *Lugd. volgo* 13 illut *V* (d m^2) 14 dis *V* (*in mg. m. rec.* dīs) Finit *V* (m^2 ?)

XVII. EPITAPHIA.

1. AVSONIVS LECTORI SVO SAL.

Ad rem pertinere existimavi, ut vel vanum opusculum materiae congruentis ab- 217
solverem et libello, qui commemorationem habet eorum, qui vel peregrini ⟨Burdigalae (V)
vel⟩ Burdigalenses peregre docuerunt, Epitaphia subnecterem, scilicet titulos sepulcrales heroum, qui belio Troico interfuerunt. quae antiqua cum aput philologum quendam repperissem, latino sermone converti, non ut inservirent ordini persequendi, 5
set ut cohaererent libere nec aberrarent.

2. AGAMEMNONI.

Rex regum Atrides, fraternae coniugis ultor, 218 (I)
oppetii manibus coniugis ipse meae.
quid prodest Helenes raptum punisse dolentem,
vindicem adulterii cum Clytemestra necet?

3. MENELAO.

Felix o Menelae, deum cui debita sedes 219 (II)
decretumque piis manibus Elysium,
Tyndareo dilecte gener, dilecte Tonanti,
coniugii vindex, ultor adulterii,
aeterno pollens aevo aeternaque iuventa
nec leti passus tempora nec senii.

4. AIACI.

Aiacis tumulo pariter tegor obruta Virtus, 220 (III)
inlacrimans bustis funeris ipsa mei,

XVII. **2.** Aristotelis Pepli c. 1 B. Ἐπὶ Ἀγαμέμνονος, κειμένου ἐν Μυκήναις:

Λεύσσεις Ἀτρείδεω Ἀγαμέμνονος, ὦ ξένε, τύμβον,
ὃς θάν' ὑπ' Αἰγίσθου κουλομένης ἀλόχου (cf. c. 2).

1 Cic. ad fam. VIIII 14, 2 Agamemnoni, regum regi

3. Pepl. 3. Ἐπὶ Μενελάου:

Ὄλβιος, ὦ Μενέλαε, σύ τ' ἀθάνατος καὶ ἀγήρως
ἐν μακάρων νήσοις, γαμβρὲ Διὸς μεγάλου.

4. Pepl. 7. Ἐπὶ Αἴαντος τοῦ Τελαμωνίου:

Ἆδ' ἐγὼ ἀ τλάμων Ἀρετὰ παρὰ τῷδε κάθημαι
Αἴαντος τύμβῳ κειρομένα πλοκάμους,
θυμὸν ἄχει μεγάλῳ βεβλημένα, εἴπερ Ἀχαιοῖς
ἁ δολόφρων Ἀπάτα κρέσσον ἐμοῦ κέκριται.

XVII. Epitaphia *om. V* **1.** salutem *V* (Epistola *add. m. rec.*; Prosa *in mg. m*^{2}) 2 Burdigalae vel qui *add. Vin.*, Burdigalensesve Burdigalae vel *add. Mommsen* 3 burdigalensis *V* (e *m*^{2}) ephitaphia *V* sepulch^{r}ales *V* (r *m*^{2}) 4 aput *V* (d *m*^{2}) 5 inseruirem *V*, inservirent *Lugd.* ordinis *V*, ordini *Scal.* 6 cohererem . . . aberrarem *V corr. Lugd.*

2. 4 clitemestera *V corr. Souchay*

3. 1 menele *V* (lę *m*^{2}) 2 ma^{e}nibus *V* (e *m*^{2}) 5 aeterna *V* (*corr. m*^{2})

4. 1 aiacis *V* (iac *m*^{2} *in ras.*) tĩmulo *V* (v *m*^{2})

incomptas lacerata comas, quod pravus Atrides
cedere me structis compulit insidiis.
iam dabo purpureum claro de sanguine florem,
testantem gemitu crimina iudicii.

5. ACHILLI.

Non una Aeaciden tellus habet: ossa teguntur 221 (IIII)
litore Sigeo, crimen Larisa cremavit.
pars tumuli . . . . . .
orbe set in toto . . . . . .

6. VLIXI.

Conditur hoc tumulo Laerta natus Vlixes: 222 (V)
perlege Odyssean omnia nosse volens.

7. DIOMEDI.

Conditur hic genitore bono melior Diomedes, 223 (VI)
crimen ob uxoris pulsus dotalibus Argis
Argyripam clarosve viris qui condidit Arpos,
clarior urbe nova patriae quam sede vetusta.

8. ANTILOCHO.

Consiliis belloque bonus, quae copula rara est, 224 (VII)
carus et Atrideis, carus et Aeacideis,
praemia virtutis simul et pietatis adeptus,
servato Antilochus Nestore patre obii.
non hic ordo fuit: set iustius ille superstes,
Troia capi sine quo perfida non poterat.

---

6. Pepl. 12. Ἐπὶ Ὀδυσσέως, κειμένου ἐν Τυρρηνίᾳ:
Ἀνέρα τὸν πολύμητιν ἐπὶ χθονὶ τῇδε θανόντα,
κλεινότατον θνητῶν, τύμβος ἐπεσκίασεν.

7. Pepl. 14. Ἐπὶ Διομήδους, κειμένου ἐν τῇ ὁμωνύμῳ νήσῳ:
Αἰνητὸν πάντεσσιν ἐπιχθονίοις Διομήδην
ἥδ' ἱερὰ κατέχει νῆσος ὁμωνυμίη.

1 Hor. Carm. I 15, 28 Tydides melior patre 3 Verg. Aen. XI 246 ille urbem Argyripam . . . condebat, 250 Arpos

8. Pepl. 11. Ἐπὶ Ἀντιλόχου, κειμένου ἐν Τροίῃ:
Μνῆμ' ἀρετῆς υἱοῦ τοῦ Νέστορος, Ἀντιλόχοιο,
ὃς θάνεν ἐν Τροίῃ ῥυσάμενος πατέρα.

---

3 incō^{s}tās *V* (s *et – super* a m^2) 4 instru^{c}tis *V* (c m^2), structis *Lugd.* 6 gemitu *V* (ū m^2)

5. Ac^{h}illi *V* 2 larissa *V* 3 *post* tumuli *scriptura pristina detrita haec inlevit* m^2 sentp&^{v}epu&ł(lus *vel* ius)di^{v}ctu&classeleni 4 *post* toto *eadem manus in loco detrito haec fere adscripsit* man.ıma(*vel* mmnnl)o^{v}mso..ssae^{c}lmesc

6. $\overset{c}{\overline{\text{V}}}$ (Versus?) Vlixis epitafio add. *V* 1 conditŏr *V* (v m^2), conditus *Lugd. volgo* ulixis *V* 2 odissiā *V* (i *alt. ex* e m^2), Odyssean *Scal.*

7. 1 conditŏr *V* (v m^2) diomedis *V corr. Lugd.* 2 agris *V*, Argis *Toll* 3 argiripam *V* clarosque *V*, clarosve *ego et Hartel* 4 qua *V*, quam *Lugd.*

8. 4 patrae *V* (*corr.* m^2) 5 suprestes *V* (*corr.* m^2)

9. NESTORI.

Hoc tegor in tumulo, quarti iam prodigus aevi, 225 (VIII)
Nestor, consilio clarus et eloquio.
obiecit sese cuius pro morte peremptus
filius et nati vulnere vivo pater.
eheu cur fatis disponere sic placet aevum,
tam longum ut nobis, tam breve ut Antilocho?

10. PYRRHO.

Orbe tegor medio, maior virtute paterna, 226 (VIIII)
quod puer en regis Pyrrhus opima tuli.
impius ante aras quem fraude peremit Orestes:
quid mirum, caesa iam genetrice furens.

11. EVRYALO.

Nec me non dignum titulo Pleuronia credit, 227 (X)
cui communis erat cum Diomede domus
et Sthenelo, Euryalum. nam tertius hoc ego regnum
possedi, de quo nunc satis est tumulus.

12. GVNEO.

Gunea pontus habet, tumulus sine corpore nomen. 228 (XI)
fama homines inter, caelum animus repetit.
cuncta elementa duci tanto commune sepulcrum.
quae? caelum et tellus et mare et ora virum.

13. PROTESILAO.

Fatale adscriptum nomen mihi Protesilao. 229 (XII)
nam primus Danaum bello obii Phrygio,

---

9. Pepl. 10. Ἐπὶ Νέστορος, κειμένου ἐν Πύλῳ:
Νέστορα τὸν Πυλίων ἡγήτορα ἥδε θανόντα
γῆ κατέχει βουλῇ φέρτατον ἡμιθέων (cf. c. 9).

1 Hor. Carm. I 12, 37 sq. animaeque magnae prodigum

10. 3 sq. Verg. Aen. III 331 sq. scelerum furiis agitatus Orestes . . . obtruncat ad aras

11. Pepl. 35. Ἐπὶ Σθενέλου καὶ Εὐρυάλου, κειμένων ἐν Ἄργει:
Ἀργεῖος Σθένελος Καπανήιος ὧδε τέθαπται
τύμβῳ, καὶ τούτου πλησίον Εὐρύαλος.

12. Pepl. 32. Ἐπὶ Γουνέως:
Σῆμα τὸ μὲν Γουνῆος ὁρᾷς, ψυχὴ δὲ θανόντος
ἀέρ' ἐς ὑγρὸν ἔβη, σῶμα δὲ πόντος ἔχει.

4 Ennius apud Cic. Tusc. I 15, 34 per ora virum

---

9. 2 aeloquio *V*

10. Pirro *V* 2 et *V*, en *Mommsen* pirrus *V* 3 orestis *V corr. Lugd.*

11. Eurialo *V* 3 eurialo et stheneulo *V*, et Sthenelo, Euryalum *ego*

12. Cyneo *V*, Guneo *Pulmannus* 1 cinea *V*, Gunea *Pulmannus*

13. 2 phrigio *V*

audaci ingressus Sigeia litora saltu,
captus pellacis Lartiadae insidiis.
qui, ne Troianae premeret pede litora terrae,
ipse super proprium desiluit clipeum.
quid queror? hoc letum iam tum mea fata canebant,
tale mihi nomen cum pater inposuit.

14. DEIPHOBO.

Proditus ad poenam sceleratae fraude Lacaenae 230 (XIII)
et deformato corpore Deiphobus
non habeo tumulum, nisi quem mihi voce vocantis
et pius Aeneas et Maro conposuit.

15. HECTORI.

Hectoris hic tumulus, cum quo sua Troia sepulta est: 231 (XIIII)
conduntur pariter, qui periere simul.

16. ASTYANACTI.

Flos Asiae tantaque unus de gente superstes, 232 (XV)
parvulus, Argivis set iam de patre timendus,
hic iaceo Astyanax, Scaeis deiectus ab altis.
pro dolor! Iliaci Neptunia moenia muri
viderunt aliquid crudelius Hectore tracto.

17. SARPEDONI.

Sarpedon Lycius genitus Iove numine patris 233 (XVI)
sperabam caelum, set tegor hoc tumulo,
sanguineis fletus lacrimis. pro ferrea fata!
en patitur luctum qui prohibere potest.

---

13. 4 Verg. Aen. II 90 pellacis Vlixi

14. 1 Verg. Aen. VI 511 scelus exitiale Lacaenae 2 ibid. 494 sq. laniatum corpore toto Deiphobum 3 ibid. 505 sq. tumulum . . . inanem constitui et magna manis ter voce vocavi

15. 1 Sen. Tro. 128 sq. summusque dies Hectoris idem patriaeque fuit

16. 2 Sen. Tro. 767 o Danaum timor 4 sq. ibid. 784 sq. flebilius aliquid Hectoris magni nece muri videbunt 5 Stat. Achill. I 6 Hectore tracto

17. 3 Il. XVI 459 sq. αἱματοέσσας δὲ ψιάδας κατέχευεν ἔραζε παῖδα φίλον τιμῶν

---

4 laertiade *V*, Lartiadae *L. Mueller* 6 desiduit *V*, desiliit *Lugd. volgo* 7 faneuat *V* (canebant m^2) 8 qū *V*

14. 1 penā *V* lacaene *V* (lacenę m^2) 3 quē uoce uocantis : mihi *V* (mihi m^2) *corr. Lugd.* 4 et**pi^{v}s *V* (in *eras.*) aenaeus *V* (u *in* a *corr.* m^2)

15. Haectori *V*

16. Astianacti *V* 1 suprestes *V* (*corr.* m^2) 3 ḡaceo *V* (i m^2) astianax *V* 5 aliquod *V*, aliquid *Lugd.* haęctore *V*

17. SARPEDONI *V* (*post* NI ⅂, *sed ead. m. del.*) 1 licius *V* 4 et *V volgo*, en *Graevius* proibere pote*st *V*

18. NASTI ET AMPHIMACHO.

Nastes Amphimachusque, Nomionis inclita proles, 234 (XVII)
ductores quondam, pulvis et umbra sumus.

19. TROILO.

Hectore prostrato nec dis nec viribus aequis 235 (XVIII)
congressus saevo Troilus Aeacidae,
raptatus bigis fratris coniungor honori,
cuius ob exemplum nec mihi poena gravis.

20. POLYDORO.

Cede procul myrtumque istam fuge nescius hospes: 236 (XVIIII)
telorum seges est sanguine adulta meo.
confixus iaculis et ab ipsa caede sepultus,
condor in hoc tumulo bis Polydorus ego.
scit pius Aeneas et tu, rex impie, quod me
Thracia poena premit, Troïa cura tegit.

21. EVPHEMO.

Euphemum Ciconum ductorem Troïa tellus 237 (XX)
condidit hastati Martis ad effigiem.
nec satis est titulum saxo incidisse sepulcri:
insuper et frontem mole onerant statuae.
ocius ista ruunt, quae sic cumulata locantur:
maior ubi est cultus, magna ruina subest.

22. HIPPOTHOO ET PYLEO IN HORTO SEPVLTIS.

Hippothoum Pyleumque tenet gremio infima tellus: 238 (XXI)
caulibus et malvis terga superna virent.
nec vexat cineres horti cultura quietos,
dum parcente manu molle holus excolitur.

---

18. 1 Il. II 871 Νάστης Ἀμφίμαχός τε, Νομίονος ἀγλαὰ τέκνα 2 Hor. Carm. IIII 7, 16 pulvis et umbra sumus

19. 1 sq. Verg. Aen. V 809 sq. Pelidae . . . congressum . . . nec dis nec viribus aequis, *cf.* Verg. Aen. I 474 infelix puer atque inpar congressus Achilli 3 ibid. I 475 sqq., *cf.* II 272 raptatus bigis

20. 1 Verg. Aen. III 44 heu fuge crudelis terras, fuge litus avarum. nam Polydorus ego ibid. 23 densis hastilibus horrida myrtus 2 ibid. 45 sq. hic confixum ferrea texit telorum seges et iaculis increvit acutis

---

18. 1 Nastie *V*, Nastes *Lugd.* 2 doctores *V*, ductores *Pulmannus* condam *V*

19. 2 ...o *V* (*lac. 3 litt.*), saevo *Vin.*

20. Polidoro *V* 1 mirtūq^{s} stū *V* ne^{s}cius *V* (s m^2) 4 polidorus *V* 5 aęneas *V* maę *V* 6 triracia *V corr. Lugd.* troiaq^{s} *V*, Troia *Vin.*

21. Eufemo *V* 1 Eufemum *V* 2 hastatī artis *V* (*in mg.* T· martis) 5 ocius *V* (c *ex* t)

22. Pileo *V* 1 imflaell^{s} *V* (*corr.* m^2) 4 manů *V* (÷ *eras.*)

23. ENNOMO ET CHROMIO.

Ennomus hic Chromiusque iacent, quis Mysia regnum, 239 (XXII)
quis pater Alcinous Oceanusque atavus.
nobilitas quid tanta iuvat? quo clarius istis
est genus, hoc mortis condicio gravior.

24. PRIAMO.

Hic Priami non est tumulus nec condor in ista 240 (XXIII)
sede: caput Danai deripuere meum.
ast ego cum lacerum sine nomine funus haberem,
confugi ad cineres Hectoreos genitor.
illic et natos Troiamque Asiamque sepultam
inveni et nostrum quidquid ubique iacet.

25. ITEM PRIAMO.

Qui tumulum Priami quaerit, legat Hectoris ante. 241 (XXIIII)
ille meus, nato quem prius ipse dedi.
Hectoris et patris simul est commune sepulcrum,
amborum quoniam iuncta ruina fuit.

26. HECVBAE.

Quae regina fui, quae claro nata Dymante, 242 (XXV)
quae Priami coniunx, Hectora quae genui,
hic Hecuba iniectis perii superobruta saxis,
set rabie linguae me tamen ulta prius.
fidite ne regnis et prole et stirpe parentum,
quicumque hoc nostrum CHMA ΚΥΝΟC legitis.

27. POLYXENAE.

Troas Achilleo coniuncta Polyxena busto 243 (XXVI)
malueram nullo caespite functa tegi.
non bene discordes tumulos miscetis Achivi:
hoc violare magis quam sepelire fuit.

---

24. 2 sq. Verg. Aen. II 558 avolsumque umeris caput et sine nomine corpus
26. 5 Sen. Tro. 1 quicumque regno fidit Verg. Aen. III 94 stirpe parentum

---

23. Cromioni *V* 1 cromiusque *V* misia *V* 2 alcino^{v}s *V* (o *del.* m^2), Alcinus *Lugd. volgo* 3 stis *V*
24. 1 ^{i}sta *V* (i m^2) 2 diripuere *V corr. Wakefield* 3 ast *V* (s m^2 *in ras.*) 5 natus *V*, natum *Lugd.*, natos *Scal.*
25. 3 haectoris *V*
26. 1 dimante *V* 2 coniu^{n}x *V* (n m^2) 4 ulta *V* (a *ex* r m^2) 5 stirparentum *V corr. Lugd.* 6 kynoc *V*
27. Polixene *V* 1 polixena *V* 2 cespite *V* 3 miscaetis *V* (a *del.* m^2) hachiui *V* (h *del.* m^2)

28. DE NIOBE IN SIPYLO MONTE IVXTA FONTEM SEPVLTA.

Thebarum regina fui, Sipyleia cautes 244 (XXVII)
quae modo sum. laesi numina Letoidum. (*V*)
bis septem natis genetrix laeta atque superba
tot duxi mater funera quot genui.
nec satis hoc divis: duro circumdata saxo
amisi humani corporis effigiem.
sed dolor obstructis quamquam vitalibus haeret
perpetuasque rigat fonte pio lacrimas.
pro facinus! tantaene animis caelestibus irae?
durat adhuc luctus matris, imago perit.

29. IN DIOGENIS CYNICI SEPVLCRO, IN QVO PRO TITVLO CANIS SIGNVM EST.

Dic, canis, hic cuius tumulus? Canis. At canis hic quis? 248 (XXXI)
Diogenes. Obiit? Non obiit, set abit. (*VRω*)
Diogenes, cui pera penus, cui dolia sedes,
ad manes abiit? Cerberus inde vetat.
At quonam? Clari flagrat qua stella Leonis
additus est iustae nunc canis Erigonae.

30. IN TVMVLO HOMINIS FELICIS.

Sparge mero cineres bene olentis et unguine nardi, 253 (XXXVI)
hospes, et adde rosis balsama puniceis. (*Vω*)

---

28. 9 Verg. Aen. I 11 tantaene animis caelestibus irae?

29. Anth. Pal. VII 64 (ἄδηλον):

Εἰπέ, κύον, τίνος ἀνδρὸς ἐφεστὼς σῆμα φυλάσσεις;
Τοῦ κυνός. Ἀλλὰ τίς ἦν οὗτος ἀνὴρ ὁ κύων;
Διογένης. Γένος εἰπέ. Σινωπεύς. Ὅς πίθον ᾤκει;
Καὶ μάλα· νῦν δὲ θανὼν ἀστέρας οἶκον ἔχει.

v. 3 Anth. Pal. VII 65 (Ἀντιπάτρου), 3 sq. ᾧ μία τις πήρα, μία διπλοῖς, εἷς ἅμ' ἐφοίτα σκίπων

30. 1 Stat. Silv. I 2, 21 floribus innumeris et olenti spargere nimbo

---

28. Sipilo *V* *nullum lemma ϱ = Riccardianus 907 saec. XVI f. 182ᵛ* 1 sipileia *V* cautis *V*, cautes *ϱ Lugd.* 2 nomina *V*, numina *ϱ* (m^2) *Scal.* laetoidū *V*, Latoidum *ϱ Lugd. volgo* 3 adque *V* 4 quod *V* (t m^2) 7 set *V* (d m^2) obstructis *V* (i *ex* u) 10 ad^{h}uc *V* (h m^2)

29. *lemma in V* (*in quo* cinici sepulchro), In dyogenis cinici sepulcro pro titulo canis signum est *ME*, In diogenis cynici sepulchrum in quo erat sculptus canis (super quod erat canis sculptus *v*, super quo erat canis v^2) *muvv*^{2}, Versus de Diogene *R* (*hoc lemma ita in mg. dextro scriptum est per singulas litteras, ut simul eorum quae secuntur epigrammatum XXXXVIIII et L efficiat titulum*), Epitaphium Diogenis *τ = Trevericus 1464 saec. XI f. 116ᵛ*, Ausonius de Cynico diogene *ϰ = Monacens. cl. 7471 saec. XV f. 62ᵛ* *nullum lemma T et p*^{3} (*in quo vv. 1 et 2*) 1 hic canis *M* at] hoc *Rτ* hic quis *V* (quit m^2), inquit *Rτω*, inquam *ϰ* 2 diogeses *V* (n m^2) sed *τωϰ*, ast *R* abiit *codd.*, abit *Accursius* 3 par^{n}a *V* (u m^2), parua *Rτω*, pauca *ϰ*, pera *Ven.*^{4} 4 inde] ire *Ven.*^{4} *volgo* 5 et quoniam *VRτ*, quonam igitur *ωϰ volgo*, at quonam *Toll* flagrat clari *ϰ* flagrat iam *VR*, flagrat qua *ωϰ*, flagrantia *τ* 6 est inibi *Rτ* erigonem *R*

30. tumulum *ω* 1 bene^{h}olente (h m^2) et ū^{n}guine (n m^2) nardi *V*, et odoro perlue nardo *ω* olentis *Toll*

perpetuum mihi ver agit inlacrimabilis urna
et commutavi saecula, non obii.
nulla mihi veteris perierunt gaudia vitae,
seu meminisse putes omnia sive nihil.

31.

Vna quidem, geminis fulget set dissita punctis (epigr.) 35
littera: praenomen sic nota sola facit. (*Vω*)
post M incisum est: puto sic: non tota videtur:
dissiluit saxi fragmine laesus apex.
nec quisquam, Marius seu Marcius anne Metellus
hic iaceat, certis noverit indiciis.
truncatis convulsa iacent elementa figuris,
omnia confusis interiere notis.
miremur periisse homines? monumenta fatiscunt:
mors etiam saxis nominibusque venit.

32. IVSSV AVGVSTI EQVO ADMIRABILI.

Phosphore, clamosi spatiosa per aequora circi 252 (XXXV
septenas solitus victor obire vias, (*V*
inproperanter agens primos a carcere cursus,
fortis praegressis ut potereris equis
(promptum et veloces erat anticipare quadrigas,
victores etiam vincere laus potior):
hunc titulum vani solacia sume sepulcri
et gradere Elysios praepes ad alipedes.
Pegasus hinc dexter currat tibi, laevus Arion
funis eat, quartum det tibi Castor equum.

---

31. 9 sq. Luc. Contempl. 23 s. f. (*cf.* Cic. ad fam. IIII 5, 4 Rutil. Namat. I 413 sq.)

---

6 felix seu memini siue nihil memini *ω*

31. De nomine cuiusdam Lucii sculpto (Lutii sculto v^2, scripto *mu*) in marmore (marmoreo lapide v^2) *muv²E volgo*, De nomine Lucii insculpti *v*, *nullum lemma VTM*; *v. 7—10 in* p^3; *viderat Ausonius fragmentum huius modi*: D. M. L. *atque has litteras fortasse in carminis huius fronte scripserat* 1 Lucius una quidem geminis sed (si *T*) *ω volgo* 2 sic L.. *volgo* fecit *V* 3 M *om. V*, in me *M* sic m *volgo* 4 desiluit *Baehrens* 5 quisq^{s} *V* marcus *Vω*, Marius *Gronov* martius *codd.* *post v.* 6 *spatium in T* 7 troncatis *T* latent *Baehrens* 8 nomina *Graevius* 9 munumenta *V* (*corr.* m^2) fat^{e}scūt *V* (e m^2) 10 saxis* *V*

32. Equo adm. ius. Aug. *Scal. volgo* 1 p^{r}osp^{h}ere *V* (r m^2, h *del.*) *corr. Vin.* pauosa *V* (panosa *s. v. m. rec.*), spaciosa *Lugd.* 2 septena *V corr. Lugd.* 3 cẽrcere *V* (a m^2) 4 aequis *V* 5 prōtū *V* *post v.* 6 *quaedam excidisse suspicatur Mommsen* 8 eli^{si}os *V* 9 deš̃ter *V* (x m^2) harion *V* (h *eras.*) 10 funise ad *V* (ise *in ras.*), funalis *Vin. volgo*, funi sed *Salmasius*, fune is eat *Unger*, *fortasse* fune eat ac

33. DE SEPVLCRO VACVO.

Me sibi et uxori et natis commune sepulcrum 254 (XXXVII)
constituit seras Carus ad exequias. (*V*)
iamque diu monumenta vacant, sitque ista querella
longior et veniat ordine quisque suo,
nascendi qui lege datus, placidumque per aevum
condatur, natu qui prior, ille prior.

34. IN TVMVLVM SEDECENNIS MATRONAE.

Omnia quae longo vitae cupiuntur in aevo, 249 (XXXII)
ante quater plenum consumpsit Anicia lustrum. (*Vω*)
infans lactavit, pubes et virgo adolevit,
nupsit, concepit, peperit, iam mater obivit.
quis mortem accuset, quis non accuset in ista?
aetatis meritis anus est, aetate puella.

35. DE GLAVCIA INMATVRA MORTE PRAEVENTO.

Laeta bis octono tibi iam sub consule pubes 250 (XXXIII)
cingebat teneras, Glaucia adulte, genas. (*ω*)
et iam desieras puer anne puella videri,
cum properata dies abstulit omne decus.
sed neque functorum socius miscebere volgo
nec metues Stygios flebilis umbra lacus,
verum aut Persephonae Cinyreius ibis Adonis
aut Iovis Elysii tu Catamitus eris.

---

33. Anth. Pal. VII 228 (ἀδέσποτον):

Αὐτῷ καὶ τεκέεσσι γυναικί τε τύμβον ἔδειμεν
Ἀνδροτίων· οὔπω δ' οὐδενός εἰμι τάφος.
οὕτω καὶ μείναιμι πολὺν χρόνον· εἰ δ' ἄρα καὶ δεῖ,
δεξαίμην ἐν ἐμοὶ τοὺς προτέρους προτέρους.

35. 1 Stat. Silv. IIII 1, 1 Laeta bis octonis 2 Stat. Silv. II 1 Mart. VI 28, 4

---

33. sepulchro *V*, Sepulchrum Cari vacuum *Scal. volgo* 2 exsequias *V* 3 sta *V* 4 veniant *Heinsius*

34. *lemma in V*, Epitaphium Anitie *M*, Epytaphyū Anicie in Ausonio p^3, Epitaphium Anicię (Anitiae *vE*) puellę mortuę *muvv²E*, *nullum lemma T*, Sedecenni matronae *volgo* 2 consumsit *V* annitia *T*, anitia *MlvE* 3 adoleuit *T* (ol *ex* d) 5 sta *V* accuset compleuit munia (munera *l* [m^2] *mu et k*, *ubi in mg.* munia) uitae ωp^3 6 iam meritis anus est et adhuc *ω* finiᵛt *V* (v m^2); epitabia *add.* m^2

35. immatura *χ*, inm. *E*, *nullum lemma MT*, Glauciae *etc. Scal. volgo* 1 octeno *T* 2 glacia *T* 5 uolgo *ME*, uulgo *cet.* 6 stigios *M* unda *Tl* 7 cinire (cincte *T*) uisibus *MT*, emire (cinyre m^2 *in mg.* v^2) uisibis (iusibis *v*, iusibus v^2) *cet.*, cinareïus (Cinyreïus *Scal.*) ibis *E Scal.* 8 helisii *T*

XVIII. MOSELLA.

1. SYMMACHVS AVSONIO.

Petis a me litteras longiores. est hoc in nos veri amoris indicium. sed ego qui sim paupertini ingenii mei conscius, Laconicae malo studere brevitati quam multiiugis paginis infantiae meae maciem publicare. nec mirum, si eloquii nostri vena tenuata est, quam dudum neque ullius poematis tui neque pedestrium voluminum lectione iuvisti. unde igitur sermonis mei largam poscis usuram, qui nihil litterati faenoris credidisti? volitat tuus Mosella per manus sinusque multorum divinis a te versibus consecratus, sed tantum nostra ora praelabitur. cur me istius libelli, quaeso, exortem esse voluisti? aut ἀμουσότερος tibi videbar, qui iudicare non possem, aut certe malignus, qui laudare nescirem. itaque vel ingenio meo plurimum vel moribus derogasti. et tamen contra interdictum tuum vix ad illius operis arcana perveni. velim tacere quid sentiam, velim iusto de te silentio vindicari: sed admiratio scriptorum sensum frangit iniuriae. novi ego istum fluvium, cum aeternorum principum iam pridem signa comitarer, parem multis, imparem maximis. hunc tu mihi inproviso clarorum versuum dignitate Aegyptio Melone maiorem, frigidiorem Scythico Tanai clarioremque hoc nostro populari [Tiberi] reddidisti. nequaquam tibi crederem de Mosellae ortu ac meatu magna narranti, nisi certo scirem, quod nec in poemate mentiaris. unde illa amnicorum piscium examina repperisti quam nominibus varia tam coloribus, ut magnitudine distantia sic sapore, quae tu pigmentis istius carminis supra naturae dona fucasti? atqui in tuis mensis saepe versatus cum pleraque alia, quae tunc in praetorio erant esui obiecta, mirarer, numquam hoc genus piscium deprehendi. quando tibi hi pisces in libro nati sunt, qui in ferculis non fuerunt? iocari me putas atque agere nugas? ita dii me probabilem

Symm. Epist. I 14 (8) S. (*GBλ*)

XVIII. **1.** *Γ = liber Giphanii a Scioppio commemoratus, (Γ) = Scioppii editio, ubi discrepat ab altera Iureti, F = florilegium, quo continentur excerpta ex Symmachi epistulis, Π = cod. Divionensis S. Benigni a Iureto commemoratus, (Π) = prior Iureti editio, V^2 = Vaticanus Palat. 1576 saec. XI, Φ = cod. Fuldensis ab Scioppio excussus. — cod. Vindobonensis lat. 358 (114 E.) saec. XVI, quo f. 45^v continentur haec epistula et Mosella, descriptus est ex editione Ugoleti. conspirat haec editio cum λ, cuius scripturis, ubi discrepant ab Ugoleti lectione, iis locis, quibus Ugoleti scripturae non sunt diserte commemoratae, asteriscum adieci.* Incipit epistola symmachi ad ausonium *G* (*in quo* ęuſebium) *B*, Simmacus Ausonio Salutem λ, Symmachus Ausonio (*Π*), ·s· ausonio *F*, *om.* V^2 1 longiores litteras *F* in nostri (nostri *in ras. B*) amoris *GBλ* qui sim *GΠ*, qui sum *Bλ volgo*, quis in V^2, quasi *ΓF* 2 mei ingenii *volgo*, mei *om. Π* laconie λ* mallo *G* multiiugis *G* (*s. v.* ł multis nugis), multiuagis *B* 3 paginę *G* infacie λ* meae *om. volgo* nec m̄ λ nostri] mei *B* 4 neque (*ante* ullius)] nec λ potestrium λ (ede m^2) iuuasti *F* 5 unde . . . credidisti *om. Bλ* longam *volgo* qui] cui *G* 7 ora nostra *F* praeterlabitur (*ΓΦ*) me quaeso istius libelli *F* 8 amusos V^2F *volgo* diiudicare $V^2F(Π)$ *volgo* possim *G* 9 utique *Suse* uel moribus plurimum *F* et] egi V^2, ego *Wouweren volgo* 10 vix] mox *volgo* archana *Bλ** reticere *volgo* quod *BλF* 11 de te iusto *volgo* ammiratio *B* franget λ* 12 ego] enim *volgo* principium λ*V^2 signa ianpridem *G*, iampridem signa *cet.* comitarer *B* (comita *in ras.*) 13 nunc λ *volgo* tu mihi *om. volgo* improuiso *Bλ*, improuisa *V* 14 nilo *GBλΓF*, melone $V^2Φ$; *cf. Aus. epist. IIII* 75 frigidiorem *post* Tanai *Π* scythio *GB*, scytico V^2, scitico λ* thanai λ* uīo *B* pł̄i *B*, populí λ, Popu. Ro. *Ug.*, pupulari (*ΓΦ*) tiberi *Gλ*, tyberi *B*, fucino *cet. volgo*, *del. Iuretus* 15 reddisti *G* mosollae *G*, musellae (*ΓΦ*), moselleo (*Π*) magna] multa *F* ni *GBλ*, nisi certo *cet.* 16 amicorum *G* (amnicorum *s. v.*) V^2, amnicorum *B*(*Γ*)*F*, amnes λ, amnis *Ug.* agmina *B* reperisti *Bλ* 17 qua λ uariatam *G* (t *in ras.*), uariata *BλV²F* distanti *G* sapere λ* 18 tu *om. volgo* istius] huius *B* atquin *GBλ* 19 praetio *G*, p̄cio *B*, precio λ, praetorio $V^2ΠF(Γ)$ essui subiecta *G* 20 hoc] istud *F* depēndi *G* quando] quo modo *Hartel* tibi *post* libro *volgo* hii *B* nati sunt in libro *F* 21 non] nec λ locari λ* putes *Bλ* me deus *G*, dii me V^2, dn̄s me *B* dn̄s probabilem o me λ, dii amabilem me *F* (*om.* probabilem), me diis probabilem *volgo*

praestent, ut ego hoc tuum carmen libris Maronis adiungo. sed iam desinam mei oblitus doloris inhaerere laudibus tuis, ne hoc quoque ad gloriam tuam trahas, quod te miramur offensi. spargas licet volumina tua et me semper excipias, fruemur tamen tuo opere sed aliorum benignitate. vale.

2. MOSELLA.

Transieram celerem nebuloso flumine Navam — 334 (Edyll. X) (*GBλ*)
addita miratus veteri nova moenia Vingo,
aequavit Latias ubi quondam Gallia Cannas,
infletaeque iacent inopes super arva catervae.
unde iter ingrediens nemorosa per avia solum
et nulla humani spectans vestigia cultus
praetereo arentem sitientibus undique terris
Dumnissum riguasque perenni fonte Tabernas
arvaque Sauromatum nuper metata colonis,
et tandem primis Belgarum conspicor oris
Noiomagum, divi castra inclita Constantini.
purior hic campis aer Phoebusque sereno
lumine purpureum reserat iam sudus Olympum,
nec iam consertis per mutua vincula ramis
quaeritur exclusum viridi caligine caelum,
sed liquidum iubar et rutilam visentibus aethram
libera perspicui non invidet aura diei.
in speciem tum me patriae cultumque nitentis
Burdigalae blando pepulerunt omnia visu:
culmina villarum pendentibus edita ripis
et virides baccho colles et amoena fluenta
subterlabentis tacito rumore Mosellae.
Salve amnis laudate agris, laudate colonis,
dignata imperio debent cui moenia Belgae,

XVIII. **2.** 4 Verg. Aen. XI 372 sq. nos animae viles, inhumata infletaque turba, sternamur campis, VI 325 inops inhumataque turba est 12 sq. Verg. Aen. VI 640 sq. largior hic campos aether et lumine vestit purpureo 15 Verg. Aen. XI 187 caligine caelum

---

22 prestet *G*, p̄stet *B*, praestat λ*, praestent V^2F, praestem *volgo* hoc *om. volgo* adiungam V^2 23 tuis laudibus inhaerere *B* quoque] quidem *F* trahaas λ, trahatur *F*, accedat *volgo* 24 miramur te λ offensis V^2 (*in quo alt.* s *expunctum*) $F(\Gamma\Phi)$ tua *om. volgo* 25 vale *om. B*

2. Incipiunt excerpta de opusculis Decimi Magni Ausonii Mosella *GB*, Incipit fragmentum Ausonii poetae λ, Mosella Ausonii uiri illustris et consularis incipit *Ug. nullum lemma in Z = cod. Rhenaugiensi LXII saec. XII (f. 39ᵛ) et X = Reginensi 1650 saec. X (f. 39ᵛ), qui desinit in versu 180. de Ugoleti editione et cod. Vindobonensi cf. quae p. 81 adnotavi* 1 nebuloso *X* (o *alt. ex* e) flumne *G*, lumine *Scal. volgo*, flamine *Mommsen* nauem *X* 2 mẹnia *Z* mco λ, muro *Ug.*, uico *cet.*, Vinco *Minola*, Vingo *Mommsen* 4 inflecteque *X et chronicon Coloniense 36ᵇ* sinopes *G* (s *pr. del.* m^2) *X*, inop^{e}s λ (e m^2) caterues *X* 7 utique *X* 8 dumnissam *Z*, dumnisum *X*, dumnixumque λ* riguas sepenni *X* 9 comitata λ 10 gelbarum *B* horis *XZ* 11 noiomagium *G* (i *alt. eras.*), nogomagum *X*, Nivomagum *Ug. volgo* divi castra] climcast λ (*cum spatio 3 litt.*), climeast *Ug.* (*cum spatio 5 litt.*) 12 campus *B* aer campis *Z* phębusque *Bλ** 13 iamsidus *G* reserabat sydus *Z* olympum *G* (y *ex* i) *Z Ug.*, olimphum *X* 14 per *B* (*in mg.* in) 15 et clusum *X* 16 aetrham *X* (et *ex corr.*) 17 noniuidet *G*, non inuidat *X* aula *Z* 18 in *mai. litt. in. G* cum *codd.*, tum *Boecking* nitentẽs *B*, nitentes *XZλ** 19 burdegalę *B*, rudigale λ* 20 ripis] saxis *B*, uillis *Z* 21 bacho *BZ* amęna *B*, amena *Zλ** 22 subter labentis *B*, subterlabentes λ tacto λ 23 salue *mai. litt. in. GB* 24 mẹnia *Z*

amnis odorifero iuga vitea consite baccho,
consite gramineas amnis viridissime ripas!
naviger ut pelagus, devexas pronus in undas
ut fluvius, vitreoque lacus imitate profundo,
et rivos trepido potis aequiperare meatu,
et liquido gelidos fontes praecellere potu:
omnia solus habes, quae fons, quae rivus et amnis
et lacus et bivio refluus manamine pontus.
tu placidis praelapsus aquis nec murmura venti
ulla nec occulti pateris luctamina saxi:
non spirante vado rapidos properare meatus
cogeris, extantes medio non aequore terras
interceptus habes, iusti ne demat honorem
nominis, exclusum si dividat insula flumen.
tu duplices sortite vias et cum amne secundo
defluis, ut celeres feriant vada concita remi,
et cum per ripas nusquam cessante remulco
intendunt collo mulorum vincula nautae,
ipse tuos quotiens miraris in amne recursus
legitimosque putas prope segnius ire meatus!
tu neque limigenis ripam praetexeris ulvis
nec piger inmundo perfundis litora caeno:
sicca in primores pergunt vestigia lymphas.
I nunc et Phrygiis sola levia consere crustis
tendens marmoreum laqueata per atria campum:
ast ego despectis quae census opesque dederunt
naturae mirabor opus, non cura nepotum
laetaque iacturis ubi luxuriatur egestas.
hic solidae sternunt umentia litora harenae,
nec retinent memores vestigia pressa figuras.

---

29 Hor. Carm. II 3, 12 lympha fugax trepidare rivo 35 Verg. Aen. X 291 qua vada non spirant (*cod. Med.*) 42 Verg. Aen. II 236 sq. vincula collo intendunt (*cf.* Hor. Sat. I 5, 18) 48 Ovid. Epist. XVI 57 i nunc et Phrygiae

---

25 odoriferi *Z* iugi᷄ *G*, guga *X* consiste *X* bacho *BZ* 26 grammineas *X* 27 diuexas *Z*, deuexus *Bλ* 28 ut] et *Z* fluuiᵛs *λ* (v m^2) imitante *B* 29 riuas *λ** po*tes *G* (n *eras.*), potes *cet.*, potis *Gronov* aequiparare *Z* 30 gelitos *X* 31 riuus ianthis *λ* 32 biuiore fluius *X* munimine *codd. Boecking*, manamine *Gronov* 33 praelaxus *λ*, prolapsus *Ug. volgo* murmure *λ* 34 occulta *X* patris *λ** sacc̣i *Z* 35 sperante *BZλ*, speranti *X*, superante *Par. volgo* reparare *BZ*, preparare *X*, remeare *λ* meatŏs *X* 36 *om. X* 38 insula *Z* (su *in ras.*) 39 sortire *λ** 40 defluis *Z* (i *ex* u) cereres . . . remis *λ* 41 per *om. X* nuscam *X* remulc̣eo *Z* 42 colla *G*, collo *λ* (o *alt. in ras.* m^2) malorum *codd. volgo*, mulorum *Scheffer* (*cf. Hor. Sat. I 5, 18*) 43 recursum *λ* 44 putas *X* (a *ex* o) segnius *X* (e *ex* i), segnis *λ* 45 tu *mai. litt. in. G* limigeris *Z*, legenis *λ*, lagaeis *Ug.* ul**is *Z* (i *ex* a), ulnis *λ** 46 inmundo *GBλ* perfundit *X* littora *GZλ*, litora *X* (o *ex* e) coeno *Gλ*, cęno *X*, cęno *cet.* 47 imprimores *G* in primo respergunt *BZ*, ī primo respergit *λ* uertigia lymphas *X* sed sicca in primo adspergit u. l. *Par.*, sicca sed in prima adspergis u. l. *Lugd. volgo* 48 frigiis *GZ*, phrigiis *BX*, frigus *λ** 49 masmorum *λ* laquea*ta *Z* atia *X* 50 ege *λ** dispectis *G*, despectus *X* 51 miramur *Z*, mi̇rabor *λ** 52 luxuria *G*, luxuriantur *B*, luxoriatur *X* egestas *X* (a *ex* i) 53 sternant *X* um̄t̤a *G*, humentia *cet.* littora *GXZλ* 54 renuent *λ* fuguras *G*

spectaris vitreo per levia terga profundo,
secreti nihil amnis habens: utque almus aperto
panditur intuitu liquidis optentibus aer
nec placidi prohibent oculos per inania venti,
sic demersa procul durante per intima visu
cernimus arcanique patet penetrale profundi,
cum vada lene meant liquidarum et lapsus aquarum
prodit caerulea dispersas luce figuras:
quod sulcata levi crispatur harena meatu,
inclinata tremunt viridi quod gramina fundo,
usque sub ingenuis agitatae fontibus herbae
vibrantes patiuntur aquas, lucetque latetque
calculus et viridem distinguit glarea muscum.
tota Caledoniis talis pictura Britannis,
cum virides algas et rubra corallia nudat
aestus et albentes, concharum germina, bacas,
delicias hominum, locupletibus atque sub undis
adsimulant nostros imitata monilia cultus.
haud aliter placidae subter vada laeta Mosellae
detegit admixtos non concolor herba lapillos.
Intentos tamen usque oculos errore fatigant
interludentes, examina lubrica, pisces.
sed neque tot species obliquatosque natatus,
quaeque per adversum succedunt agmina flumen,
nominaque et cunctos numerosae stirpis alumnos
edere fas aut ille sinit, cui cura secundae
sortis et aequorei cessit tutela tridentis.
tu mihi flumineis habitatrix Nais in oris
squamigeri gregis ede choros liquidoque sub alveo
dissere caeruleo fluitantes amne catervas.

---

59 sq. Claudian. de rapt. Pros. II 116 sq. (imaque perspicui prodit secreta profundi) 77 sq. Verg. Georg. II 103 sq. sed neque quam multae species, nec nomina quae sint, est numerus 80 sq. Verg. Aen. II 779 fas aut ille sinit Luc. Phars. IIII 110 sq. sic sorte secunda aequorei rector facias, Neptune, tridentis

---

55 uiteo *B*, uitre *X* 56 sed reti *X* nichil . . . habes *Z* almis *X* 57 intitu *X* optutibus *GB*, obtutibus *cet.*, obtentibus *anonym. in annal. Heidelb. 1822 p. 400* 58 oculos *G* (o *alt. ex* i) 59 dimersa *Z* 60 archanique *GBZλ*, arcanique *X Ug.* profundi *G*, fluenti *cet. volgo*, fluentis *Ug.* 61 cum∗uada *B* (u *alt. ex* n) maneant *G* lipidarum *X* est *λ* 62 cę-rulea∗ *B* (s *eras.*) figura *λ* 63 crispatur *G* (a *ex* u m^2) harenę *X* meatus *B* 64 uiri *X* 65 utque *Lugd. volgo* ingenis *λ* 66 la^{t}etque *G* lucoque latosque *λ* 67 uandem . . . glare *X* distingunt *λ** miscum *G* 68 tota *mai. litt. in. GB*, nota *Barth volgo* caledonus *λ** talis picta ora *Boecking*, tali specie ora *Speck* ∗britannis *G*, britantus *λ** 69 rubsa *X* 70 concarum *Gλ** 71 deliciasque *XZ*, delitiasque *λ* locupletibus atque] locupletibusque *BX*, locupletibus *λ*, locupletibus usque *Ug.*, locupletes quaeque *Iunt.*, locupletum quaeque *Toll volgo* 72 assimulant *G* (u *in* i *corr.*), assimilant *BZλ* inmitata *X* monialia *X*, morulia *λ** 73 placido *λ** 74 ammixtos *GB* est color *λ* 75 erro refaciant *X* 76 inter ludentes *BZλ* exagmina *λ**, examina ṗsea *Z* ludibrica piscis *G* 77 sed *mai. litt. in. G* meatus *Z*, na^{ta}tus *X* 78 succendunt *λ* 79 nominaquae *G* (a *pr. in ras.*) *Zλ* et *om. GXλ* 80 aederes aut *X* haud *Z volgo*, haut *Boecking* iura *G volgo* sedere *λ* 81 sortis *G* (i *ex* e) cessiti *λ** 82 horis *B*, ḥoris *Z* in oris] sinoris *X* 83 siquamigeri *λ** alneo *X* 84 cęluleo *X*, ceruleos *λ*, ceruleas *Ug.* fluitantibus *BXλ* caterуis *B*, carteruas *X*

Squameus herbosas capito inter lucet harenas
viscere praetenero, fartim congestus aristis,
nec duraturus post bina trihoria mensis:
purpureisque salar stellatus tergora guttis,
et nullo spinae nociturus acumine rhedo,
effugiensque oculos celeri levis umbra natatu.
tuque per obliqui fauces vexate Saravi,
qua bis terna fremunt scopulosis ostia pilis,
cum defluxisti famae maioris in amnem,
liberior laxos exerces, barbe, natatus:
tu melior peiore aevo, tibi contigit omni
spirantum ex numero non inlaudata senectus.
nec te puniceo rutilantem viscere, salmo,
transierim, latae cuius vaga verbera caudae
gurgite de medio summas referuntur in undas,
occultus placido cum proditur aequore pulsus.
tu loricato squamosus pectore, frontem
lubricus et dubiae facturus fercula cenae,
tempora longarum fers incorrupte morarum,
praesignis maculis capitis, cui prodiga nutat
alvus opimatoque fluens abdomine venter.
quaeque per Illyricum, per stagna binominis Histri
spumarum indiciis caperis, mustela, natantum,
in nostrum subvecta fretum, ne lata Mosellae
flumina tam celebri defrudarentur alumno.
quis te naturae pinxit color! atra superne
puncta notant tergum, qua lutea circuit iris,
lubrica caeruleus perducit tergora fucus:
corporis ad medium fartim pinguescis, at illinc
usque sub extremam squalet cutis arida caudam.
nec te, delicias mensarum, perca, silebo,
amnigenos inter pisces dignande marinis,

85 Ovid. Hal. 118 herbosa . . . harena 88 Ovid. Met. V 461 variis stellatus corpora guttis 89 Ovid. Hal. 130 et spina nocuus non gobius ulla 93 Luc. Phars. I 400 famae maioris in amnem 98 Ovid. Hal. 13 verbere caudae 99 Verg. Georg. IIII 524 gurgite cum medio 102 Ter. Phorm. II 2, 28 (342) sqq. cena dubia, *cf.* Hor. Sat. II 2, 77 106 Ovid. ex P. I 8, 11 binominis Histri

85 squameus *mai. litt. in. B* capito *G* (o *ex* e) *X* (a *ex* l) harenas *X* 86 uiscera *λ* congestus *G* (us *ex* is), egestus *λ* haristis *Z* 87 neo *Z* cibaria *Z*, trioria *X*, thioria *λ* 88 purpureusque *BZ*, purpureasque *λ*, purpurisque *Ug.* 89 raedo *X*, thedo *λ* 90 celeri] hominum *Z* natatu *G* (a *alt. ex* u) 91 fauces *Z* (*s. v.*) uexate *G* (e *alt. ex* ae), uecate *Bλ* sauari *B* 92 qualis *B* bis *G* (b *ex* h) ten na *X* hostia *B* (h *eras.*) *Z* 93 melioris *G* (*ex v. 95 aut ex Verg. Aen. IIII 221*) *Boecking*, maiores *X* 94 saxos *λ*, sacros *Ug.* barbe *G* (e *ex* ae) 95 uni *Z* 96 spirantem *G* (v *supra* e) *Ug.* illaudata *BZ* 97 almo *X* 98 transierim *G* 99 surgite de *λ*, surgit et e *Ug.* 100 occultus *G* (u *alt. ex* ai), occultăs *Z* aequo repulsus *GX* 101 locricato *G* (c *pr. eras.*), loicato *λ** fronte *Z* 102 dubie *λ* (e *ex* o) forcula *λ** (e *ex* o m^2) cęnę *GX*, coenae *λ*, mensę *Z* 103 longůarum *X* incorrupta morarum (a *ex* o) *B* 106 illiricum *GZ*, illipicum *λ* binominis *B* (nominis *in ras.*) histri *Z* 107 incidiis *X* mustella *λ* natatu *Z* 109 defrudarentur *X*, defraudarentur *cet.* 110 finxit *Z* ata *X* 111 cuncta notant *X* quae *Toll volgo* yris *BZ* 112 focus *λ*, sucus *B* 113 fartim *om. B* (*sed post* pinguescis *spatium litt. fere 5*) *λ*, fastim *X* pinguescis *G* (guescis *in ras.*), pingescis *X*, pinguescit *Z* illint *X* 114 sub] ad *Ug.* 115 nec *mai, litt, in, GB* perta *B*, parca *λ** sibebo *X* 116 amnigeros *Z*

solus puniceis facilis contendere mullis:
nam neque gustus iners, solidoque in corpore partes
segmentis coeunt, sed dissociantur aristis.
hic etiam Latio risus praenomine cultor
stagnorum, querulis vis infestissima ranis,
lucius, obscuras ulva caenoque lacunas
obsidet. hic nullos mensarum lectus ad usus
fervet fumosis olido nidore popinis.
quis non et virides, volgi solacia, tincas
norit et alburnos, praedam puerilibus hamis,
stridentesque focis, opsonia plebis, alausas,
teque inter species geminas neutrumque et utrumque,
qui nec dum salmo nec iam salar, ambiguusque
amborum medio sario intercepte sub aevo?
tu quoque flumineas inter memorande cohortes,
gobio, non geminis maior sine pollice palmis,
praepinguis, teres, ovipara congestior alvo,
propexique iubas imitatus, gobio, barbi.
nunc, pecus aequoreum, celebrabere, magne silure,
quem velut Actaeo perductum tergora olivo
amnicolam delphina reor: sic per freta magnum
laberis et longi vix corporis agmina solvis
aut brevibus deprensa vadis aut fluminis ulvis.
at cum tranquillos moliris in amne meatus,
te virides ripae, te caerula turba natantum,
te liquidae mirantur aquae: diffunditur alveo
aestus et extremi procurrunt margine fluctus.
talis Atlantiaco quondam balaena profundo
cum vento motuve suo telluris ad oras
pellitur, exclusum fundit mare, magnaque surgunt

124 Hor. Sat. II 4, 62 inmundis fervent . . . popinis 128 Lucr. V 839 136 Verg. Georg. IIII 416 (*cf.* Mos. 112) 137 Verg. Georg. III 28 magnumque fluentem 138 Verg. Georg. III 423 agmina caudae solvontur 139 Claudian. in Eutrop. II 430 iam brevibus deprensa vadis 145 Ovid. Met. III 597 telluris ad oras 146 sq. Verg. Aen. III 196 sq. magnaque surgunt aequora

117 piniceis *X* est tendere λ multis *X*, in ullis λ* 118 namque *GX*λ, namquę *Z*, ŋam neq; *B* (neq; *in ras.*), namque et *Ug.* solidęque *Z* 119 secmentis *GX* 120 hic *mai. litt. in. B*, hinc λ 121 ramis λ* (n m^2) 122 cenoque *XZ*, coenoque λ 123 hinc λ nullus *X* letus *Z*, latus λ 124 eruet λ olido *G* (li *ex* u) nitore λ propinus *X* 125 quis *mai. litt. in. GB* uolgi *X*, uulgi *cet.* solacia *Z* (c *in* t *mut.* m^1) *X*, solatia *GB*λ 126 pueribus amis *X* 127 obsonia *GBXZ* obsenia plēo λ 128 geminas species λ utrunque *B et* (*om.* et) λ* 129 qui] quę *X* necam *X* 130 sario *X* (o *ex* e), fario *Iunt. volgo* intercepto *X* 131 flumineis *G* memorante λ*, *fortasse* memorare 132 go*bio *G*, gobio *mai. litt. in. B*, gbbio *X* geminis maior *G*, maior geminis *cet. volgo* police λ 134 prospexique *XZ*, prospexitque λ* iubas *post* gobio λ* (*corr.* m^2 *in mg.*) imitaris *Lachmann Boecking* barba *B* 135 nunc *mai. litt. in. G*, hunc λ* celebrare *B*λ* sulure *X* 136 uelud *X* perductum *G* (c *ex* r) oliua λ 137 delfina *BZ* 138 uis *X* corpora λ soli λ 139 defensa *codd. volgo*, deprensa *Lachmann* (*cf. v. l. Claudian. in Eutrop. II 430*) ulli λ 140 aut *X*λ *volgo* tranquillo *Christ* molliris λ in amne] magnae *X* 141 ripae *G* (r *in ras.*) 142 dii aquae *G* 144 talis *mai. litt. in. G* adlantiaco *GX*, athlanciaco *Z*, adantiaco λ* condam *X* ballena *GX*λ profundą *X* 145 sto *X* horas *Z* 146 pelitur *X* surgunt] fundit *X*

aequora vicinique timent decrescere montes.
hic tamen, hic nostrae mitis balaena Mosellae
exitio procul est magnusque honor additus amni.
Iam liquidas spectasse vias et lubrica pisces
agmina multiplicesque satis numerasse catervas.
inducant aliam spectacula vitea pompam
sollicitentque vagos baccheia munera visus,
qua sublimis apex longo super ardua tractu
et rupes et aprica iugi flexusque sinusque
vitibus adsurgunt naturalique theatro.
Gauranum sic alma iugum vindemia vestit
et Rhodopen proprioque nitent Pangaea Lyaeo:
sic viret Ismarius super aequora Thracia collis,
sic mea flaventem pingunt vineta Garumnam.
summis quippe iugis tendentis in ultima clivi
conseritur viridi fluvialis margo Lyaeo.
laeta operum plebes festinantesque coloni
vertice nunc summo properant, nunc deiuge dorso,
certantes stolidis clamoribus. inde viator
riparum subiecta terens, hinc navita labens
probra canunt seris cultoribus: adstrepit ollis
et rupes et silva tremens et concavus amnis.
Nec solos homines delectat scaena locorum:
hic ego et agrestes Satyros et glauca tuentes
Naidas extremis credam concurrere ripis,
capripedes agitat cum laeta protervia Panas
insultantque vadis trepidasque sub amne sorores

---

148 Stat. Achill. I 462 decrescere montem 157 Symmach. Epist. I 8 ubi corniger Lyaeus operit superna Gauri, Stat. Silv. III 1, 147 spectat et Icario nemorosus palmite Gaurus 158 Verg. Georg. IIII 461 sq. 159 Verg. Georg. II 37 sq. iuvat Ismara Baccho conserere 165 sqq. Hor. Sat. I 7, 29 sqq. expressa arbusto regerit convitia, durus vindemiator et invictus, cui saepe viator cessisset magna conpellans voce cuculum 170 sqq. Stat. Silv. II 2, 100 sqq. saepe per autumnum iam pubescente Lyaeo conscendit scopulos noctisque occulta sub umbra palmite maturo rorantia lumina tersit Nereis et dulces rapuit de collibus uvas. saepe et vicino sparsa est vindemia fluctu et Satyri cecidere vadis, udamque per undas Dorida montani cupierunt prendere Panes

---

148 mitissima λ^* (*corr.* m^2) ballena *GBX*, balla λ mossollae *X* 149 magnusque *Z* *Boecking*, magnoque *cet. volgo* honore λ additur *BX Boecking* ulli amni *Z* 150 iam *mai. litt. in. GZ* pisces *G* 151 numeras sacatur uas *G* enumerasse (*om.* que) *B* 152 uitae *G* ponpam *X* 153 bachaia *B*, bacheia *Z*, bachea λ^*, bacche *X* 154 agmina *Z* 155 aprica *G* (p *ex* b), apica *X* flexusq' *G* (q' *ex* u), flexuque λ sinque λ, sinuque *Ug.* 156 assurgunt *BZ*λ 157 almo *X* nectit *Z* (n *ex* u) 158 rodopen *Z*, hrodopen *X*, rhodopem λ pangea *GZ*, pagea *X*, panchea *B*λ lieo *BZ*, ly^{e} λ^* (e m^2) 159 uret *X* ismari λ^* tracia *GZ*, t^{h}racia *B*, tratia *X* 160 fluentem *G Ug.* garonnam *G*, garunnam *BX* 161 cliui *B* (cliu *in ras.*) 162 uiridi* *B* (s *eras.*), uiride *X* lieo *BZ* margalia eo *X* 163 plaebes λ^* que λ^* (*s. v.* m^2) 164 uerticem λ^* nunc] nun *X* dei iuge *Z* (m^2 dediiúge, *in mg.* m^1 déiuge) dōso λ^* 165 *om. X* inde *B* (in *ex* un) 166 riparum *X* (*corr. ex* ripam) tenens *G* hic *X* nauita *G* (uit *ex* ut) lambens λ^* 167 canunt seris] serunt λ astrepit *BZ*λ 168 rupes] rubens λ 169 nec *mai. litt. in. GB* hominum *G* (h *ex* b) *cet.*, homines *Ven.*^{4} scena *codd.* 170 ego] et ego *Z* ego ad agrestes (es *ex* os) satiros *X* glaca λ^* 171 nudas *B*, naidis λ, Naiadas *Ug.* concurrere *G* (r *alt. in ras.*) 172 capedes *Z*, captpede *X* sagittat *X* proteru^{i}a *G*, prouia *X* panos *Z* 173 uadis *G* (*s. v.*), uadas *X* que (*post* trepidas) *om.* λ

terrent, indocili pulsantes verbere fluctum.
saepe etiam mediis furata e collibus uvas
inter Oreiadas Panope fluvialis amicas
fugit lascivos, paganica numina, Faunos.
dicitur et medio cum sol stetit aureus orbe,
ad commune fretum Satyros vitreasque sorores
consortes celebrare choros, cum praebuit horas
secretas hominum coetu flagrantior aestus:
tunc insultantes sua per freta ludere Nymphas
et Satyros mersare vadis rudibusque natandi
per medias exire manus, dum lubrica falsi
membra petunt liquidosque fovent pro corpore fluctus.
Sed non haec spectata ulli nec cognita visu
fas mihi sit pro parte loqui: secreta tegatur
et commissa suis lateat reverentia rivis.
illa fruenda palam species, cum glaucus opaco
respondet colli fluvius, frondere videntur
fluminei latices et palmite consitus amnis.
quis color ille vadis, seras cum propulit umbras
Hesperus et viridi perfudit monte Mosellam!
tota natant crispis iuga motibus et tremit absens
pampinus et vitreis vindemia turget in undis.
adnumerat virides derisus navita vites,
navita caudiceo fluitans super aequora lembo,
per medium, qua sese amni confundit imago
collis et umbrarum confinia conserit amnis.
Haec quoque quam dulces celebrant spectacula pompas,
remipedes medio certant cum flumine lembi
et varios ineunt flexus viridesque per oras
stringunt attonsis pubentia germina pratis!
puppibus et proris alacres gestire magistros

177 Ovid. Epist. IIII 171 montanaque numina Panes Verg. Georg. I 10 praesentia numina Fauni 189 sqq. Stat. Silv. I 3, 17 sqq. nemora alta citatis incubuere vadis; fallax responsat imago frondibus et longas eadem fugit unda per umbras 201 sqq. Ermenrici epigr. 75 sqq. remipedes medio cui certant flumine lembi et varios ineunt flexus viridesque per oras stringunt attonsis pubentia germina pratis

174 torrent λ inlocili λ^* fluctus *Z* 175 saepe *mai. litt. in. G* s^{e}p^{e}& iam *X* (*corr.* m^2) furatę *Z*, furate *X*λ (*omnes om.* e) 176 oreadas *codd. corr. Par.* panape *Z* 177 sugit λ^* paganica *B* (c *ex* t) *Z* (g *ex* i) funos λ^* 178 dicitur *mai. litt. in. G* cūmę *Z* aureus *G Boecking*, igneus *cet. volgo* (*Verg. Georg. IIII 426. Aen. VIII 97*) 179 ut *codd.*, ad *Gronov* satiros *X* 181 cetas *B*, cętu *Z* 182 et cum insultantes λ^* (in *om. Ug.*) 183 rapidusque *B* natanti λ^* 184 cum *B* 185 specunt λ liquidosque λ (s *s. v.* m^2) 186 sed *mai. litt. in. GZ* 187 fās *Z* parte *G* (a *ex* o) secreta *G* (r *in ras.*) tegantur *Z*λ 188 riuis *G* (i *pr. in ras.*) 189 fuenda λ conclaueus λ opaco *G* (a *ex* u) 191 constitit λ 192 quis *mai. litt. in. G* protulit *B volgo*, propulit *Z* (p *alt. ex* t) um^{br}as *Z* (undas *corr.*) 193 profundit λ, perfundit *cet.*, perfudit *Toll* moselam *G* 194 montibus *B* (n *eras.*), *Z* (n *exp.*) 195 terget λ^* 196 admunerat *G*, annumerat *BZ Ug.*, anumerat λ virides] uites *G* derisus] de riuis *B* 197 cadiceo λ^* fluitās λ^* (ā *ex* a m^2) 198 confudit *BZ*λ^* 200 haec *mai. litt. in. GB* 202 oras *G* (o *ex* h), horas *B* (h *post add.*) *Z*λ^* 203 gramina *Boecking* paratis *G* (a *pr. eras.*) 204 pupibus *Z*λ alieris λ, alacris *B Ug.* gestare *B*

impubemque manum super amnica terga vagantem
dum spectat . . . . . .
. . . . . transire diem, sua seria ludo
posthabet: excludit veteres nova gratia curas.
tales Cumano despectat in aequore ludos
Liber, sulphurei dum per iuga consita Gauri
perque vaporiferi graditur vineta Vesevi,
cum Venus Actiacis Augusti laeta triumphis
ludere lascivos fera proelia iussit Amores,
qualia Niliacae classes Latiaeque triremes
subter Apollineae gesserunt Leucados arces,
aut Pompeiani Mylasena pericula belli
Euboicae referunt per Averna sonantia cumbae:
innocuos ratium pulsus pugnasque iocantes
naumachiae Siculo quales spectante Peloro
caeruleus viridi reparat sub imagine pontus,
non aliam speciem petulantibus addit ephebis
pubertasque amnisque et picti rostra phaseli.
hos Hyperionio cum sol perfuderit aestu,
reddit nautales vitreo sub gurgite formas
et redigit pandas inversi corporis umbras.
utque agiles motus dextra laevaque frequentant,
et commutatis alternant pondera remis,
unda refert alios, simulacra umentia, nautas.
ipsa suo gaudet simulamine nautica pubes,
fallaces fluvio mirata redire figuras.
sicuti compositos ostentatura capillos
candentem late speculi explorantis honorem

---

205 Verg. Aen. VII 382 inpubesque manus 206 Verg. Ecl. VII 17 posthabui tamen illorum mea seria ludo 211 sq. Hor. Epist. I 18, 61 sqq. partitur lyntres exercitus, Actia pugna te duce per pueros hostili more refertur, adversarius est frater, lacus Hadria (*cf.* Verg. Aen. VIII 675) Stat. Silv. III 1, 150 et Lucrina Venus, *cf.* Symmach. Epist. I 8 simul innatat choreis Amathusium renidens . . . Dione 216 Verg. Aen. III 442 Averna sonantia silvis 223 sqq. Ermenr. epigr. 78 sqq. reddis nautales vitreo sub gurgite formas et redigis pandas inversi corporis umbras: utque agiles motus dextra levaque frequentent et commutatis alternent pondera remis, unda refert alios, simulacra humentia, nautas. ipsa suo gaudet simulamine nautica pubes fallaces fluvio mirata redire figuras

---

206 *excidisse post* spectat *huius versus particulam alteram et initium insequentis intellexit Boecking, qui haec supplevit* viridis qua surgit ripa, colonus, non sentit spectant *Z* seriça *Z* 207 excludit *B* (x *ex* c), excludet *λ* 208 tales *mai. litt. in. G* 209 sulphurei *G* (p *ex* s) cum *codd.*, dum *ego* per *om. G* 210 perquae *G* *fortasse* Vesaevi 211 actiacis *λ* (c *alt. ex* t m^2, -tis *Ug.*) 212 lascuuos *G* prẹlia *B*, p̄lia *Zλ* 213 miliacae *λ* 214 artes *λ* 215 mylesana *G* (a m^2), milasena *B* (mila *in ras.*) *Zλ*, missena *Ug.* 216 sonantia *G* cymbę *Bλ*, cimbę *Z Ug.* 217 pulsos *λ* locantes *G* 218 syculo *B* spectata *codd.*, spectante *Lugd.* 219 pontes *G* (ntes *in ras.*) 220 non *mai. litt. in. G* aliam in *Ug.* ephoebis *G Ug.*, ęphebis *λ* 221 puppi ertasque *λ*, puppi artasque *Ug.* amnis *codd.*, amnisque *Barth* faselli *λ* 222 yperionio *Z* ęstu *B* (u *in ras.* m^2) 223 nauta**les *G* 224 rediit *Bλ* ubas *λ** 225 atque *Z* frequentant *B* (*in ras.*), freq^{e}ntant *Z* (e m^2) 227 refer^{t} *G* simulachra *B* (s *ex* b) ^{h}umentia *G*, humentia *BZ*, humentius *λ** nautas *G* (n *ex corr.*) 228 suos *B* similamine *B*, simulagmine *λ** 230 sic *mai. litt. in. G* sic ubi *codd.*, sicuti *Speck* 231 explorantis *G* (is *ex* es), expectantis *λ*

cum primum carae nutrix admovit alumnae,
laeta ignorato fruitur virguncula ludo
germanaeque putat formam spectare puellae:
oscula fulgenti dat non referenda metallo
aut fixas praetemptat acus aut frontis ad oram
vibratos captat digitis extendere crines:
talis ad umbrarum ludibria nautica pubes
ambiguis fruitur veri falsique figuris.
Iam vero accessus faciles qua ripa ministrat,
scrutatur toto populatrix turba profundo
heu male defensos penetrali flumine pisces.
hic medio procul amne trahens umentia lina
nodosis decepta plagis examina verrit:
ast hic, tranquillo qua labitur agmine flumen,
ducit corticeis fluitantia retia signis:
ille autem scopulis deiectas pronus in undas,
inclinat lentae convexa cacumina virgae,
inductos escis iaciens letalibus hamos.
quos ignara doli postquam vaga turba natantum
rictibus invasit patulaeque per intima fauces
sera occultati senserunt vulnera ferri,
dum trepidant, subit indicium crispoque tremori
vibrantis saetae nutans consentit harundo:
nec mora et excussam stridenti verbere praedam
dexter in obliquum raptat puer: excipit ictum
spiritus, ut tractis quondam per inane flagellis
aura crepat motoque adsibilat aëre ventus.
exultant udae super arida saxa rapinae
luciferique pavent letalia tela diei.
quoique sub amne suo mansit vigor, aëre nostro
segnis anhelatis vitam consumit in auris.
iam piger invalido vibratur corpore plausus,

---

237 Verg. Aen. XII 99 crines vibratos 243 Verg. Georg. I 142 alta petens pelagoque alius trahit umida lina 245 Verg. Aen. II 782 leni fluit agmine Thybris (Enn. Ann. 177 V. leni fluit agmine flumen) 255 Stat. Achill. I 27 nec mora et 260 Lucr. I 147 (II 60 III 92 VI 40) lucida tela diei

---

232 ammouit *B* (*in ras.*) 233 uirgungula *Z* 234 putant λ* spectate λ (r *ex* t *alt. m*²) *Ug.* 236 fixas *G* (s *post add.*) praetendat λ acus] auis *B* horam *GBZ* 237 libratos *Z*, vibratis *volgo* capᵗat *G*, ∗ captat *B*, coeptat *Ald. volgo* 240 iam *mai. litt. in. G*, nam λ facilis *BZ*λ 241 populatur *B* 242 heu *G* (e *ex* i) defensus *G volgo* piscis *G volgo* 243 amⁿe *G* ʰumentⁱa *G*, humentia *cet.* 244 exagmina λ* uerʂit *G*, uerret λ 245 hi λ* 246 fena signis λ 247 aut λ* deiectas *G*, subiectas *cet.* 248 inclinaᵗ *G* conexa *GBZ*, coñexa λ, convexa *Vin.* 249 indutos *BZ volgo*, inclytos λ, implicitos *Ug.* aescis *G*, ęscis *BZ* loetalibus *G*, lętalibus *BZ*, letabilis λ ʰamos *G*, hamis λ* 250 ignota λ pʼquā *GZ* (posquam?), *cf.* 277 251 faᵛcis *G* 253 inclytum λ tremō λ, tremendo *Ug.* 254 uibrantes *G* (e *in* i *corr.*) setae *GB*λ consensit *Z* arundo λ* 255 praedas λ* 256 dextra λ, dextera *Ug. volgo* raptat *Z* (*s. v.*) 257 spc *Z* fractis *codd.*, tractis *ego* 258 motuque *G* adsibilat *Z* (l *ex* b) 259 exultant *mai. litt. in. G* u∗dę *G* (i *eras.*), undae λ 260 loetalia *G*, lętalia *BZ* 261 quique *GZ*λ, quęque *B*, cuique *Iunt.*, quoique *ego* 262 anhelantis *B volgo* consūᵐ∗∗it *Z* (ps *eras.*; m *s. v. m*²) 263 inualidouibratur *G* (ou *in ras.*) plausus *B* (s *pr. ex* c)

torpida supremos patitur iam cauda tremores,
nec coeunt rictus, haustas sed hiatibus auras
reddit mortiferos expirans branchia flatus.
sic, ubi fabriles exercet spiritus ignes,
accipit alterno cohibetque foramine ventos
lanea fagineis alludens parma cavernis.
vidi egomet quosdam leti sub fine trementes
collegisse animas mox in sublime citatos
cernua subiectum praeceps dare corpora in amnem,
desperatarum potientes rursus aquarum.
quos impos damni puer inconsultus ab alto
impetit et stolido captat prensare natatu.
sic Anthedonius Boeotia per freta Glaucus
gramina gustatu postquam exitialia Circes
expertus carptas moribundis piscibus herbas
sumpsit, Carpathium subiit novus accola pontum.
ille hamis et rete potens, scrutator operti
Nereos, aequoream solitus converrere Tethyn,
inter captivas fluitavit praedo catervas.
talia despectant longo per caerula tractu
pendentes saxis instanti culmine villae,
quas medius dirimit sinuosis flexibus errans
amnis et alternas comunt praetoria ripas.
Quis modo Sestiacum pelagus, Nepheleidos Helles
aequor, Abydeni freta quis miretur ephebi?
quis Chalcedonio constratum ab litore pontum,
regis opus magni, mediis euripus ubi undis
Europaeque Asiaeque vetat concurrere terras?
non hic dira freti rabies, non saeva furentum
proelia caurorum: licet hic commercia linguae
iungere et alterno sermonem texere pulsu.

---

279 Ovid. Met. XIII 903 alti novus incola ponti 286 Stat. Silv. I 3, 25 alternas servant praetoria ripas 287 sq. Stat. Silv. I 3, 27 sq. Sestiacos nunc fama sinus pelagusque natatum iactet et audaci iunctos delphinas ephebo 290 Hor. Epist. II 3, 65 regis opus 290 sq. Stat. Achill. I 409 sq. 292 sqq. Stat. Silv. I 3, 29 sqq. hic aeterna quies, nullis hic iura procellis, numquam fervor aquis. datur hic transmittere visus et voces et paene manus 293 Ovid. Trist. III 11, 9 (V 7, 61; 10, 35) commercia linguae 294 Verg. Georg. IIII 49 concava pulsu saxa sonant

---

264 subremos *B* 266 brancia *GZ Ug.*, brantia *Bλ* 267 sic tibi *B* 268 alterno* *B* (s *eras.*) 269 ṣịc ụbị lanea *Z* parua *B*, parana *λ** (m *ex* an m^2) 270 uidi *mai. litt. in. G* loeti *G*, lęti *BZλ** 272 dare *λ* (d *ex* cl) omne *Bλ** *in mg. sup. f. 76^r cod. B haec leguntur* nonne uides quam praua s.....mii 274 impịos *G* 275 impedit *λ* solido *B*, stalido *λ** p̄nsare *Z*, pensare *λ** 276 sic *mai. litt. in. G* boetia *GBZλ** dirces *codd.*, circes *Ug.* 277 p'quam *Z* 278 moribundus *λ* 279 carpatium *Z* acola *λ**, incola *Schrader* 281 nereus *B* conuertere *BZλ* tethin *GZ*, thetim *B*, theū *λ*, tethim *Ug.* 282 pręda *B* 283 talia *mai. litt. in. G* cęrula *B* (cę *in ras.*) 284 instantę̣s *Z* tullae *λ** 285 quos *BZλ* fluctibus *Z* (exi m^2) 286 ammis *G* alternans *λ* contra *λ*, comit *Ug.* alter (*lac. 8 litt.*) petroria *B* 287 quis *mai. litt. in. G* nephelgides *λ** 288 abhydeni *λ** miratur *λ* ephoebi *G Ug.* 289 calchedonio *G*, calcedonio *BZλ* littore *Zλ* 290 magnum *codd.*, Magni *Freher* 292 non *mai. litt. in. G* sęua *B* (*in ras.*) 293 praelia *BZ Ug.* chaurorum *G*, caucrorum *λ** 294 plausu *Z Boecking*, lusu *Heinsius*

blanda salutiferas permiscent litora voces,
et voces et paene manus: resonantia utrimque
verba refert mediis concurrens fluctibus echo.
Quis potis innumeros cultusque habitusque retexens
pandere tectonicas per singula praedia formas?
non hoc spernat opus Gortynius aliger, aedis
conditor Euboicae, casus quem fingere in auro
conantem Icarios patrii pepulere dolores:
non Philo Cecropius, non qui laudatus ab hoste
clara Syracosii traxit certamina belli.
forsan et insignes hominumque operumque labores
hic habuit decimo celebrata volumine Marcei
hebdomas, hic clari viguere Menecratis artes
atque Ephesi spectata manus vel in arce Minervae
Ictinus, magico cui noctua perlita fuco
allicit omne genus volucres perimitque tuendo.
conditor hic forsan fuerit Ptolomaidos aulae
Dinochares, quadro cuii in fastigia cono
surgit et ipsa suas consumit pyramis umbras,
iussus ob incesti qui quondam foedus amoris
Arsinoen Pharii suspendit in aëre templi.
spirat enim tecti testudine corus achates
afflatamque trahit ferrato crine puellam.
hos ergo aut horum similes est credere dignum
Belgarum in terris scaenas posuisse domorum,
molitos celsas, fluvii decoramina, villas.
haec est nativi sublimis in aggere saxi,
haec procurrentis fundata crepidine ripae,
haec refugit captumque sinu sibi vindicat amnem.
illa tenens collem, qui plurimus imminet amni,
usurpat faciles per culta, per aspera visus
utque suis fruitur felix speculatio terris.

---

298 Verg. Georg. I 52 cultusque habitusque locorum 301 sq. Verg. Aen. VI 32 sq. bis conatus erat casus effingere in auro, bis patriae cecidere manus 304 Verg. Aen. X 146 certamina belli 314 sqq. Plin. N. H. XXXIIII 148 324 Verg. Aen. I 419 collem qui plurimus urbi imminet

---

295 littora *Zλ* 296 poene *B* utrin̄que *G* (m m^2), utrinque *BZ*, utrūque *λ* 297 concurrit *BZλ* eccho *λ** 298 quis *mai. litt. in. G*, qui *Par. volgo* potest *λ** 299 theo̊tonicas *Z* 300 non *mai. litt. in. B* sper^{n}at *Z* gortinius *GBλ*, gertinius *Z* ^{e}dis *R* 301 fr$\dot{\imath}^{n}$gere *Z* 302 iacarios *G*, ycarios *Z* 303 laudatur *Zλ* ho^{c}te *R* 304 syracusii *GB*, siracusii *Z*, siracusu *λ* (-sii m^2), Syracosii *Par.* 306 uolumina *Zλ** margei *GB* (*cf. C. I. L. I 1014*: Margei, *ex lapicidae errore, v. 1013*), mar (*rel. abscissis*) *Z*, mergei *λ*, Marci *Pulmannus volgo* 307 hebdomadas *B*, ebdomadas *λ*, ebdomas *Ug.*, hebdomas *Vindobon.* (*as ex* adas) menecratos *codd. corr. Scal.* 308 vel] tibi *λ* in arce] marce *λ** 309 bictinus *G*, hictinus *BZλ* 'cui 'magico *Z* noctia *Z* faco *λ*, foco *Ug.* 311 conditor *mai. litt. in. G* hinc *G* ptolomaido *G*, Ptolemaidos *Par. volgo* 312 quadra cui *G* quadrę cui *B*, quadro cui *Z volgo*, cedro (*om.* cui) *λ*, quadro cuii *Toll*, cui quadrata *Boecking*, quadrata cui *Peiper* chono *Z* (o *pr. ex* u), conor *λ* 313 ipse *λ* suos *Z* 314 ab *λ* fędus *Z* 315 phariis *Z* 316 chorus *GBλ*, totus *Z*, corus *Lugd.* 317 afflictamque *Par. volgo* t^{r}ahit *G* serato *B*, ferato *λ** 318 hos *mai. litt. in. G* 319 scenas *codd.* 320 decoramine *Bλ* 321 est] stat *Markland* natura *codd.* (*quod fortasse defendi potest*), nativi *Lugd.* 322 procurrentes *λ* 323 uendicat *Z* 324 ulla tenus *λ* amni *B* (amn *in ras.*) 326 atque *Z* felix *G*, diues *cet. volgo*

quin etiam riguis humili pede condita pratis
conpensat celsi bona naturalia montis
sublimique minans irrumpit in aethera tecto,
ostentans altam Pharos ut Memphitica turrim.
huic proprium est clausos consaepto gurgite pisces
apricas scopulorum inter captare novales,
haec summis innixa iugis labentia subter
flumina despectu iam caligante tuetur.
atria quid memorem viridantibus adsita pratis
innumerisque super nitentia tecta columnis?
quid quae fluminea substructa crepidine fumant
balnea, ferventi cum Mulciber haustus operto
volvit anhelatas tectoria per cava flammas,
inclusum glomerans aestu expirante vaporem?
vidi ego defessos multo sudore lavacri
fastidisse lacus et frigora piscinarum,
ut vivis fruerentur aquis, mox amne refotos
plaudenti gelidum flumen pepulisse natatu.
quod si Cumanis huc afforet hospes ab oris,
crederet Euboicas simulacra exilia Baias
his donasse locis: tantum cultusque nitorque
allicit et nullum parit oblectatio luxum.
Sed mihi qui tandem finis tua glauca fluenta
dicere dignandumque mari memorare Mosellam,
innumeri quod te diversa per ostia late
incurrunt amnes? quamquam differre meatus
possent, sed celerant in te consumere nomen.
namque et Promeae Nemesaeque adiuta meatu
Sura tuas properat non degener ire sub undas,
Sura interceptis tibi gratificata fluentis:
nobilius permixta tuo sub nomine, quam si
ignoranda patri confunderet ostia Ponto.
te rapidus Celbis, te marmore clarus Erubris
festinant famulis quam primum adlambere lymphis:

---

337 sqq. Stat. Silv. I 3, 43 sqq. an quae graminea suscepta crepidine fumant balnea et impositum ripis algentibus ignem? quaque vaporiferis iunctus fornacibus amnis ridet anhelantes vicino flumine Nymphas? 342 Hor. Epist. I 3, 11 fastidire lacus 345 Stat. Silv. I 5, 60 nec si Baianis veniat novus hospes ab oris 349 Verg. Aen. VI 327 rauca fluenta

---

327 quin *mai. litt. in. G* irriguis *B* p^{r}atis *G* 328 conpensat *Z*, compensat *cet.* 329 irrupit *Bλ* aethere *BZλ* 330 aliam *B*, alta *λ** faros *GBλ* m̄phitica turrī* *Z* (s *eras.*) 331 est *G* (*s. v.*) *om. Z*, est *susp.* concepto *B*, consepto *cet.* 332 captate *λ* 333 iu^{b}gis in^{a}nixa *λ** 335 atria *mai. litt. in. GB* a^{d}ṣsita *G* (d *m*^{2}), ạssita *Z* 336 colonis *λ* 337 subducta *λ* 338 aperto *λ* 339 flamas *Z* 341 lauachri *B* 342 flumina *B* 343 refotes *λ** 345 quod *mai. litt. in. G* c̣ū̄ ạṇịṣ (cumanis) *G* horis *Z* 346 simulac^{h}ra *B* 347 tantus *codd.*, tantum *Mommsen* 349 sed *mai. litt. in. GB* 350 memorasse (*om.* que) *λ* Mosella *Boecking* 351 ḥostia *G*, hostia *B* (*in quo* h *eras.*) *Z* 352 quanquā *GZλ** 353 in te] uitę *λ* 354 nanque *GBZ* pro*neę *G*, proneę *BZ*, pronea est *λ*, et aquis Promae *Bergk* (*Jahrb. des Ver. v. Alt. im Rheinl. LVII 15*) adducta *λ* 357 nobilibus *Bλ* quasi *λ** 358 confundere^{t} *λ* (t *m*^{2}) hostia *Z* 359 gelbis *G volgo*, belgis *BZλ*, Celbis *Scal.* erubrus *Bλ volgo* 360 adlabere *G*, allabere *Z*, alabere *λ*, allambere *B*

nobilibus Celbis celebratur piscibus, ille
praecipiti torquens cerealia saxa rotatu
stridentesque trahens per levia marmora serras
audit perpetuos ripa ex utraque tumultus.
praetereo exilem Lesuram tenuemque Drahonum,
nec fastiditos Salmonae usurpo fluores.
naviger undisona dudum me mole Saravus
tota veste vocat, longum qui distulit amnem,
fessa sub Augustis ut volveret ostia muris.
nec minor hoc tacitum qui per sola pinguia labens
stringit frugiferas felix Alisontia ripas.
mille alii, prout quemque suus magis impetus urget,
esse tui cupiunt: tantus properantibus undis
ambitus aut mores. quod si tibi, dia Mosella,
Smyrna suum vatem vel Mantua clara dedisset,
cederet Iliacis Simois memoratus in oris
nec praeferre suos auderet Thybris honores.
da veniam, da, Roma potens! pulsa, oro, facessat
invidia et Latiae Nemesis non cognita linguae:
. . . . . .
imperii sedem Romae tenuere parentes.
Salve, magne parens frugumque virumque, Mosella:
te clari proceres, te bello exercita pubes,
aemula te Latiae decorat facundia linguae.
quin etiam mores et laetum fronte serena
ingenium natura tuis concessit alumnis.
nec sola antiquos ostentat Roma Catones,
aut unus tantum iusti spectator et aequi
pollet Aristides veteresque illustrat Athenas.
Verum ego quid laxis nimium spatiatus habenis
victus amore tui praeconia detero? conde,
Musa, chelyn, pulsis extremo carmine netis.
tempus erit, cum me studiis ignobilis oti

---

363 Plin. N. H. XXXVI 158 368 Verg. Aen. VIII 712 tota veste vocantem 372 Ovid. Met. I 580 moxque amnes alii qui qua tulit impetus illos 381 Verg. Georg. II 173 sq. salve, magna parens frugum, Saturnia tellus, magna virum 383 Ovid. Trist. IIII 4, 5 patriae facundia linguae 390 Hor. Carm. I 6, 12 laudes . . . tuas . . . deterere 392 Verg. Georg. IIII 564 studiis florentem ignobilis oti

---

361 celsis *codd.*, Celbis *Scal.* celebratus *GBλ volgo (quod fortasse defendi potest)* 362 precepit λ* (e *alt. ex* i m^2) 365 trachorum *B*, drabonum *Z*, draconum λ 366 salmone *GBλ* 367 nauiger *mai. litt. in. G* mollis arauus *BZλ* 368 vocat] loca *B Ug.*, locat λ 369 festa *Z* augustā λ hostia *Zλ* 370 non λ tacitam λ 371 frug^{if}eras *G* (if m^2) foelix λ alisentia *Z* 372 cumque *G*, quenque *BZ*, quemque λ, quaeque *Ug.* suus *an* suis *incertum Z* 373 tantus *B* (us *ex* ū) 374 mores] moles *Ug. volgo* tibi si *Ug.* 375 smirna *Zλ** 376 yliacis *Z* symois *BZ* horis *Z* 377 tybris *GB*, tibris *Zλ* 378 da Roma] mihi roma *BZλ volgo* potens λ (o *ex* e *m. rec.*) ora *Z*, hora λ* facessā *B* *post v.* 379 *quaedam excidisse videntur* 380 Romaeque tuere *Par. volgo*, Romae tueare *Boecking* parentis *Boecking* 381 salue *mai. litt. in. GB* frigumque . . . mosellam λ 383 faecundia λ* 384 seuera *Bλ volgo* 388 illustrat *om.* λ, ueteres qui clarat *Ug.* 389 uerum *mai. litt. in. G* quod *Gλ* 390 *post* amore *lacuna in membrana B* (*in mg.* tuo) tuo λ 391 muschelim λ* chelim *B*, chelin *Z* neos *G*, netis *B*, necis λ, neruis *Z*, nervis *volgo* 392 otii *B*, ora λ

mulcentem curas seniique aprica foventem
materiae commendet honos: cum facta viritim
Belgarum patriosque canam, decora inclita, mores,
mollia subtili nebunt mihi carmina filo
Pierides tenuique aptas subtemine telas
percurrent: dabitur nostris quoque purpura fusis.
quis mihi tum non dictus erit? memorabo quietos
agricolas, legumque catos fandique potentes,
praesidium sublime reis: quos curia summos
municipum vidit proceres propriumque senatum:
quos praetextati celebris facundia ludi
contulit ad veteris praeconia Quintiliani:
quique suas rexere urbes purumque tribunal
sanguine et innocuas illustravere secures:
aut Italum populos aquilonigenasque Britannos
praefecturarum titulo tenuere secundo:
quique caput rerum Romam, populumque patresque,
tantum non primo rexit sub nomine, quamvis
par fuerit primis — festinet solvere tandem
errorem Fortuna suum libataque supplens
praemia iam veri fastigia reddat honoris
nobilibus repetenda nepotibus. at modo coeptum
detexatur opus dilata et laude virorum,
dicamus laeto per rura virentia tractu
felicem fluvium Rhenique sacremus in undas.
Caeruleos nunc, Rhene, sinus hyaloque virentem
pande peplum spatiumque novi metare fluenti,
fraternis cumulandus aquis: nec praemia in undis
sola, sed Augustae veniens quod moenibus urbis

395 Stat. Achill. I 775 decora inclita 396 sqq. Ermenr. epist. v. 51 sqq. mollia Pyerydes subtili carmina filo non nebunt, domini veste nitente mihi, Castalides nec percurrent subtemine telas: fusis namque meis purpura sed dabitur Hor. Epist. II 1, 225 tenui deducta poemata filo 397 sq. Verg. Aen. VII 14 tenuis percurrens pectine telas (*cf.* Georg. I 294) 401 Hor. Carm. II 1, 13 insigne maestis praesidium reis 405 sqq. Verg. Aen. VI 661 sqq. 407 Ermenr. epigr. 56 quam laudet populus hinc usque Britannos 409 Verg. Aen. IIII 682 populumque patresque 418 Ermenr. 61 Caeruleos hinc, Rhene, sinus Verg. Georg. IIII 335 hyali . . . colore 420 Ermenr. 63 fraternis cumulandus aquis

393 seṇique *G* (ṇi *in ras.*), senuque λ* 394 commendet] comm̄oŏs λ* (o *alt. mut. in* d m^2, v m^2) uirum λ (que *add.* m^2), uirorum *Ug.* 395 cana *Z* inclyta more^{s} λ* (s m^2) 396 michi *Z* 397 pyerides *Z* tenuique captas λ*, tenui captas *Ug.* subtegmine λ *volgo* 398 fustis λ, fastis *Ug.* 399 quis *mai. litt. in. G* tc̄ *Z*, tn̄ λ* memerabo *G*, memorabo *Z* (bo *in ras.*) 401 regis λ 402 municipū* *G* 403 protextati *G*, praetex^{t}ati *Z* 404 ueterę̣s *Z* 405 retexere *G* tribunal *G* (un *in ras.*) 406 innocuos λ* 407 *om.* λ aquilogenasque *G* 408 perfecturarum λ 409 romam *om. B* populique *codd. corr. Lugd.* 411 praefuerit *Gronov volgo* festinat *codd., corr. Boecking* 412 libitaque *GZ* 413 redd$^{a}_{*}$t *Z* (e *eras.*), reddet *Lugd. volgo* honores *B* (*corr.* m^1) *Z* (*corr.* m^2) λ 414 ad modo *BZ*λ ceptum *Z* 415 detestatur *BZ*λ et] est λ 417 fluuium *G* (m *ex* nt) r^{h}enique *Z* undis *BZ*λ *volgo* 418—420 *post* 445 λ 418 cęruleos *mai. litt. in. G* hialoque *Z*, haloque λ 419 pando *G* cumulandis λ* (v m^2) 421 anguste λ* uenies *B*

spectavit iunctos natique patrisque triumphos,
hostibus exactis Nicrum super et Lupodunum
et fontem Latiis ignotum annalibus Histri.
haec profligati venit modo laurea belli:
hinc alias aliasque feret. vos pergite iuncti
et mare purpureum gemino propellite tractu.
neu vereare minor, pulcherrime Rhene, videri:
invidiae nihil hospes habet: potiere perenni
nomine: tu fratrem famae securus adopta.
dives aquis, dives Nymphis, largitor utrique
alveus extendet geminis divortia ripis
communesque vias diversa per ostia fundet.
accedent vires, quas Francia quasque Chamaves
Germanique tremant: tunc verus habebere limes.
accedet tanto geminum tibi nomen ab amni,
cumque unus de fonte fluas, dicere bicornis.
Haec ego, Vivisca ducens ab origine gentem,
Belgarum hospitiis non per nova foedera notus,
Ausonius, nomen Latium, patriaque domoque
Gallorum extremos inter celsamque Pyrenen,
temperat ingenuos qua laeta Aquitanica mores,
audax exigua fide concino. fas mihi sacrum
perstrinxisse amnem tenui libamine Musae.
nec laudem affecto, veniam peto: sunt tibi multi,
alme amnis, sacros qui sollicitare fluores
Aonidum totamque solent haurire Aganippen.
ast ego, quanta mei dederit se vena liquoris,
Burdigalam cum me in patriam nidumque senectae
Augustus pater et nati, mea maxima cura,
fascibus Ausoniis decoratum et honore curuli
mittent, emeritae post munera disciplinae,
latius arctoi praeconia persequar amnis.

---

430 Ermenr. 58 tempore qui longo salvus sit carus adopto 431 Verg. Aen. VIIII 26 dives ecum, dives 433 Ermenr. 62 communesque vias diversa per arva relaxas 434 sq. Ermenr. 64 sq. accedent vires, quas Francia quasque Chamaves Germanique tremant 436 Ermenr. 67 accedet tanto geminum tibi nomen ab amni 437 Ermenr. 66 cumque unus de fonte fluas, dicere bicornis Verg. Aen. VIII 727 Rhenusque bicornis 438 sqq. Verg. Georg. IIII 560 sqq. haec . . . canebam . . . Vergilium . . . audaxque iuventa ibid. III 122 deducat origine gentem (*cf.* 473 ab origine gentem) 449 Plin. Epist. VI 10, 1 senectutis suae nidulum 450 Verg. Aen. I 678 mea maxima cura

---

422 uinctos λ narique λ* triumphos *B* (s *eras.*) 423 nigrum *codd.*, Nicrum *Rhenanus* super est λ luponudum *codd. corr. Rhenanus*; *fortasse* ad Lupodunum, *quod coniecit Mommsen* 424 latus λ hystri *Z* 426 hinc *mai. litt. in. G*, mox *cet. volgo* refer^{e}t *Z* 427 gemino *B* (o *ex* a) prope litora *G* tactu *Z* 428 heu λ* 429 nichil *Z*, nil *Lugd. volgo* 431 nymphis *G* (i *in. ras.*) 432 extendit *Ug.* 433 hostia *G*, hostia *cet.* 436 amne *Z*, ānni λ 437 uno *Ug.* 438 uiuifica *codd. corr. Scal.* 439 hospitus λ (*corr.* m^2) non] nunc λ *volgo* fędera *Z* notos λ 440 latius *codd. corr. Ven.*^{4} 441 pyrenem *G* 442 aquitania *BZ Ug.*, equitania λ 445 ueniam* *Z* t̥ *Z* (*in. ras.*) 447 aganippem *G*, aganippe *B* 448 ast *mai. litt. in. G* tanta λ 449 burgundigalam *G* (gun *eras.*) nudumque λ 450 a^{v}gustus *G* natus *Ven.*^{4} *volgo* 452 tempora *BZ*λ *volgo*

addam urbes, tacito quas subterlaberis alveo,
moeniaque antiquis te prospectantia muris:
addam praesidiis dubiarum condita rerum,
sed modo securis non castra, sed horrea Belgis:
addam felices ripa ex utraque colonos
teque inter medios hominumque boumque labores
stringentem ripas et pinguia culta secantem.
non tibi se Liger anteferet, non Axona praeceps,
Matrona non, Gallis Belgisque intersita finis,
Santonico refluus non ipse Carantonus aestu.
concedet gelido Durani de monte volutus
amnis et auriferum postponet Gallia Tarnen
insanumque ruens per saxa rotantia late
in mare purpureum, dominae tamen ante Mosellae
numine adorato, Tarbellicus ibit Aturrus.
Corniger externas celebrande Mosella per oras,
nec solis celebrande locis, ubi fonte supremo
exeris auratum taurinae frontis honorem,
quave trahis placidos sinuosa per arva meatus
vel qua Germanis sub portibus ostia solvis:
si quis honos tenui volet aspirare camenae,
perdere si quis in his dignabitur otia musis,
ibis in ora hominum laetoque fovebere cantu.
te fontes vivique lacus, te caerula noscent
flumina, te veteres, pagorum gloria, luci:
te Druna, te sparsis incerta Druentia ripis
Alpinique colent fluvii, duplicemque per urbem
qui meat et Dextrae Rhodanus dat nomina ripae:
te stagnis ego caeruleis magnumque sonoris
amnibus, aequoreae te commendabo Garumnae.

---

455 Verg. Georg. II 157 fluminaque antiquos supter labentia muros 459 Verg. Georg. I 118 hominumque boumque labores 460 Verg. Aen. VIII 63 stringentem ripas et pinguia culta secantem 466 Verg. Aen. X 362 saxa rotantia late 467 Verg. Georg. IIII 373 in mare purpureum 469 Verg. Aen. VIII 76 sq. celebrabere . . . corniger 471 Verg. Georg. IIII 371 et gemina auratus taurino cornua voltu 476 Hor. Epist. I 3, 9 Romana . . . venturus in ora 477 Verg. Georg. II 469 vivique lacus 482 sq. Verg. Aen. XII 139 stagnis . . . fluminibusque sonoris

---

vv. 454 *sq. in mg. m*[1] λ 454 tanto qui λ subterlaberi[s] λ* 455 moe°niaque λ, mẹniaque *Z* antiquis λ (o *del.*) 457 non] nunc λ horea λ 461 non *mai. litt. in. G* auxona *B*, anxona *Z* 462 Gallos Belgasque *anonym. apud Pulmannum volgo* fines *codd.*, finis *Pulmannus* 463 santonicus *G*, xantonico λ* profluus *codd. corr. Lugd.* 464 concedes *Scal. volgo* duraui λ 465 postponat λ tandem λ, Tarnem *Lugd. volgo* 468 nomine *codd. corr. Lugd.* tarbellus λ*, tarbellius *cet.*, Tarbellicus *Accursius* aturnus *Z* ibi aturrus λ (c *ex* t) 469 corniger *mai. litt. in. G* celebranda *G*λ mosella p̧ oras *B* (*in ras.*), moselle per horas *Z* 470 celebrandę *G* (e *corr.*), celebranda λ superno *G* 471 taurinthes *Z* 472 quaque *codd.*, quave *Boecking* placido λ* 473 portubus *Basiliensis volgo* hostia *Z* (h *eras.*) soluis *Z* (s *pr. in ras.*) 474 ualet *Z* 475 si quis* (*om. in* his) *B* 479 drima *B* 480 a[l]pinique *Z* 483 *om.* λ garonnae *G*, garunnę *BZ* Explic̄ Decimi Magni Ausonii Mosella *G*, Expł Mosella *B*, Explicit Moysella Ausonii λ Deficit reliquum Mosellae *Ug.*; *in codice Vindobonensi, de quo supra diximus, manu alia* (*fortasse Conradi Celtis*) *haec sunt adscripta*: Eius carminis ultimus uersus is est Amnibus equoreę te commendabo Garumnę

XVIIII. ORDO VRBIVM NOBILIVM.

Prima urbes inter, divum domus, aurea Roma. (I) 285 (*VP*)

Constantinopoli adsurgit Carthago priori, (II) 286
non toto cessura gradu, quia tertia dici
fastidit, non ausa locum sperare secundum,
qui fuat ambarum. vetus hanc opulentia praefert,
hanc fortuna recens: fuit haec, subit ista novisque
excellens meritis veterem praestringit honorem
et Constantino concedere cogit Elissam.
accusat Carthago deos iam plena pudoris,
nunc quoque si cedat, Romam vix passa priorem.
conponat vestros fortuna antiqua tumores.
ite pares, tandem memores, quod numine divum
angustas mutastis opes et nomina: tu cum
Byzantina Lygos, tu Punica Byrsa fuisti.

Tertia Phoebeae lauri domus Antiochia, (III) 287
vellet Alexandri si quarta colonia poni.
ambarum locus unus et has furor ambitionis
in certamen agit vitiorum. turbida vulgo
utraque et amentis populi male sana tumultu.
haec Nilo munita quod est penitusque repostis
insinuata locis, fecunda et tuta superbit:
illa, quod infidis opponitur aemula Persis.
et vos ite pares Macetumque adtollite nomen.
magnus Alexander te condidit: illa Seleucum
nuncupat, ingenuum cuius fuit ancora signum,

XVIIII. 6 Verg. Aen. II 325 fuit Ilium 12 Ovid. Fast. VI 99 ite pares Verg. Aen. V 56 (VI 368) numine divom 14 Verg. Aen. I 367 20 Verg. Aen. VI 59 penitusque repostas

---

XVIII. Incipit ordo urbium nobilium *V*, Decii Magni cathalogus urbium nobilium de Roma Constantinop̃ et Cartag̃. *P*, Decius Magnus Ausonius in cathalogo urbium nobilium *T* (*quocum consentit Med.*) Decii Magni Ausonii catalogus urbium nobilium *Ug*. *In T hi leguntur vv. atque hoc ordine: 86—91. 12—14. 46—63. 92—97. 35—45. 27—34. 73—80. 107—109. 116—127. 129. 130. 135—141. 143—145. 167. 168* 1 I roma *V* (*in mg. m. ant.*), de Roma Constantinopoli et Carthagine *Ug*. intediŭ *V* (ŭ *in ras. m*^{2}) 2 II constanti III nopolis et cartago *V* (*in mg. m. ant.*) constanti**nopoli *V* (li *eras.*) cartago *V* 3 quia] qui *V* 5 fuit *codd. volgo*, fuat *Barth* apuleñ *P* 6 subiit *P* nouis nobq^{s} *V* (nouis *m*^{2}) 7 perstrinxit *P Ug*. 8 elyssam *P* 9 acusat *P* dc̄s *P* 10 nunc] huic *Heinsius* 12 de carthagine et constantinopoli *T* quo *V* numine *V* (n *pr. in ras. m*^{2}, u *m*^{2}; limine *m*^{1} *ut videtur*) 13 angustas*** *V* (tis *eras.*; tis *s. v. add. m. ant.*), augustas mutastis *P* (*in quo* onustatis) *T* quum *V* bŭzantina *V*, bicantina *P*, Bizantina *T Ug*. ligos *V*, licos *P Ug*., lices at (ah *Med.*) tu *T* bursa *P*, birsa *T* 15 IIII anthiotia V et alexandria *V* (*in m. mg. ant.*), de antiochia et alexandria *P Ug*. phebee *P* antiochio *P* 16 alexandre *P*, Alexandrie *Ug*. si] se *V* 19 aet *V* 21 secunda *VP* tuta] tu *P* foecunda situque *Ug*. 22 pressis *V* 23 in acetumque *P*, macedumque *Ug*. attollite *P Ug*. 25 ingenitum *P* ingenitus avus *Ug*. anchora *P Ug*.

qualis inusta solet generis nota certa: per omnem
nam subolis seriem nativa cucurrit imago.

Armipotens dudum celebrari Gallia gestit (IIII) 288
Trevericaeque urbis solium, quae proxima Rheno
pacis ut in mediae gremio secura quiescit,
imperii vires quod alit, quod vestit et armat.
lata per extentum procurrunt moenia collem:
largus tranquillo praelabitur amne Mosella,
longinqua omnigenae vectans conmercia terrae.

Et Mediolani mira omnia, copia rerum, (V) 289
innumerae cultaeque domus, facunda virorum
ingenia et mores laeti, tum duplice muro
amplificata loci species populique voluptas,
circus, et inclusi moles cuneata theatri,
templa Palatinaeque arces opulensque moneta
et regio Herculei celebris sub honore lavacri:
cunctaque marmoreis ornata peristyla signis
moeniaque in valli formam circumdata limbo.
omnia quae magnis operum velut aemula formis
excellunt nec iuncta premit vicinia Romae.

Nec Capuam †pelago cultuque penuque potentem, (VI) 290
deliciis opibus famaque priore silebo,
fortuna variante vices, quae freta secundis
nescivit servare modum. nunc subdita Romae
aemula, nunc fidei memor, ante infida, senatum
sperneret an coleret dubitans, sperare curules
Campanis ausa auspiciis unoque suorum
consule, ut imperium divisi adtolleret orbis.
quin etiam rerum dominam Latiique parentem
adpetiit bello, ducibus non freta togatis,

26 Verg. Georg. III 158 continuoque notas et nomina gentis inurunt 39 Verg. Aen. V 664 cuneosque theatri 49 Verg. Aen. X 501 sq. nescia . . . servare modum, rebus sublata secundis 50 Hor. Epod. 16, 5 aemula nec virtus Capuae

26 cera *V* 27 sobolis *P Ug.* cucurit ymago *P* 28 VI treueris *V* (*in mg. m. ant.*), de treueri *PT Ug.* (*Med. add.*: septimo loco eam ponit) gestis *PT Ug.* 29 reno *P* 30 in *om. P* ^{me}diae *V* (me m^2) secura *P* (cur *in ras.* m^2) 31 inperii *P* imperiique uiros *Ug.* 32 procurrit *V*, procuṙ *P* (*in mg.* m^2 procurrunt) 33 perlabitur *PT Ug.* 34 *in mg. inf.* m^1 *V* omnigenus *PT Ug.* nectas *T* commertia *T Ug.* 35 VII Et mediolanum *V* (*in mg. m. ant.*), de mediolano *PT Ug.* mediolanum *P* 37 et mores laeti *VP*, antiqui mores *cet.* cum *P* dupplice *V* 38 amplicata *P* 39 inclusi *V* (i *alt. add.* m^2) 40 arces *V* (*in mg.* m^2 uł domus), arcens *P* 41 *om. P* labauacri *V* (*fuit* ^{ua}labacri) 42 ꝑstyla *V*, peristula *P*, peristila *T* 43 circundataque *P* limuo *V* (*in mg.* m^2 ał lūbro), lȳbo *T*, labro *Scal. volgo* 45 excollunt *P* iūta *V* 46 VIII capua *V* (*in mg. m. ant.*), de capua *PT Ug.* pelago] largo *Heinsius*; agrorum *temptabam*; *post v. 46 fortasse unus excidit versus* cultu *T Ug.* poenuque *T* 47 famaque fama *T* (*alt.* fama *del.*) silobo *P*, solebo *T* (*corr.* m^1) 48 uaria *V* 49 nescit *V* 50 nunc] non *T*, num *Ug.*, tunc *Scal. volgo* āt *V*, aut *cet.*, anne *Scal. volgo*, ante *Heinsius* infida *V* (a *in ras.* m^2) 51 han *V* collēt *P* dubitat *T* currules *T* 52 suorum cōsule *T* 53 diuisit *V* atoleret *P*, attolleret *T Ug.* 55 ad*petiit *V*, appetiit *cet.* non] nunc *T*

Hannibalis iurata armis deceptaque in hostis
servitium demens specie transivit erili.
mox ut in occasum vitiis communibus acti
conruerunt Poeni luxu, Campania fasto,
(heu numquam stabilem sortita superbia sedem!)
illa potens opibusque valens, Roma altera quondam,
comere quae paribus potuit fastigia conis,
octavum reiecta locum vix paene tuetur.

Non erat iste locus: merito tamen aucta recenti (VII) 291
nona inter claras Aquileia cieberis urbes,
Itala ad Illyricos obiecta colonia montes,
moenibus et portu celeberrima: sed magis illud
eminet, extremo quod te sub tempore legit,
solveret exacto cui sera piacula lustro
Maximus, armigeri quondam sub nomine lixa.
felix, quae tanti spectatrix laeta triumphi
punisti Ausonio Rutupinum Marte latronem.

Pande, duplex Arelate, tuos blanda hospita portus, (VIII) 292
Gallula Roma Arelas, quam Narbo Martius et quam
accolit Alpinis opulenta Vienna colonis,
praecipitis Rhodani sic intercisa fluentis,
ut mediam facias navali ponte plateam,
per quem Romani conmercia suscipis orbis
nec cohibes populosque alios et moenia ditas,
Gallia quis fruitur gremioque Aquitanica lato.

Clara mihi post has memorabere, nomen Hiberum, (VIIII) 293
Hispalis, aequoreus quam praeterlabitur amnis,
submittit cui tota suos Hispania fasces.
Corduba non, non arce potens tibi Tarraco certat
quaeque sinu pelagi iactat se Bracara dives.

---

73 cf. Claud. Rut. Nam. I 155

56 annibalis *T* 57 transire *V* herili *codd.* 58 hoccassū uitiis *V* (is *in ras. unius litterae* m^2) comunibus *P* 59 cōruerent *V*, corruerunt *P*, quo ruerent *T*, corruerent *Ug.* festo *V* (*in mg.* ał fasto) *cet.*, fastu *Lipsius volgo* 60 nunquam *P Ug.* supbia *V* 61 ira *T* condam *P* 64 VIIII aquileia *V* (*in mg. m. ant.*), de aquilegia *P*, De Aquileia *Ug.* orat *P* ste *V* tū *P* recē^{ti} *V* (ē *m. ant. in ras.*, ti *add. m. ant.*) 65 ^{aquile}ia *V* (aquile m^2) 66 Itala] ista *P Ug.* illyricos *V* (y *ex* i m^2) *Ug.*, illuricos *P* 67 illut *V*, *om. P Ug.* 68 e*minet *V* 69 soluīt *P*, soluerit *Ug.* sera *V*, iusta *cet.* (*cf. XXI 1, 41*) *volgo* lustro *V*, bello *cet.* 70 lixae *codd.*, lixa *Suse* 71 trihumphi *V* 73 x arelas *V* (*in mg. m. ant.*), de uienna *P Ug.*, de arletensi urbe *T* prode *PT Ug.* arelate . . . roma *om. PT Ug.* Arelas tutos *Heinsius* blāda *V* (a *alt.* m^2 *in ras.*) por^{tus} *V* (p *ex* c *vel* t *corr. et* tus *add.* m^2) 74 narrbo *V* (b *corr. ex* o?), nābo *P* marcius *V* 75 opulenta colonia *T* (colonia *del.*) 76 rodani *T* intercissa *P* 78 Romani] rerum *P* cōmercia *V*, comertia *T*, comercia *Ug.* 79 coibes *V* alis *T* 80 fluitur *T* acquitanica *P*, aquitania *Ug.*, *volgo* 81 XI hispalis *V* (*in mg. m. ant.*), de tarrachonia *P*, De Emerita et Taracone *Ug.* cara *V*, cura *P*, iure *Ug.*, clara *Toll* hos *VP* numē *V* hibernum *P* 82 hispalis *V*, emerita *cet.* paterlabitur *V* 83 sūmittit *V* tota *V* (o *ex* u) ^{hi}spania *V* (hi m^2) 84 XII cordoba XIII tarraco *V* (*in mg. m. ant.*) non non] hinc non *V*, *alterum* non *om. Ug.* tarracho *P*, Taraco *Ug.* 85 XIIII bracara *V* (*in mg. m. ant.*) brachara *P Ug.* dues *P*

Nunc et terrigenis patribus memoremus Athenas, (X) 294
Pallados et Consi quondam certaminis arcem,
paciferae primum cui contigit arbor olivae,
Attica facundae cuius mera gloria linguae,
unde per Ioniae populos et nomen Achaeum
versa Graia manus centum se effudit in urbes.

Quis Catinam sileat, quis quadruplices Syracusas? (XI) 295
hanc ambustorum fratrum pietate celebrem,
illam conplexam miracula fontis et amnis,
qua maris Ionii subter vada salsa meantes
consociant dulces placita sibi sede liquores,
incorruptarum miscentes oscula aquarum.

Non umquam altricem nostri reticebo Tolosam, (XII) 296
coctilibus muris quam circuit ambitus ingens
perque latus pulchro praelabitur amne Garumna,
innumeris cultam populis, confinia propter
ninguida Pyrenes et pinea Cebennarum,
inter Aquitanas gentes et nomen Hiberum.
quae modo quadruplices ex se cum effuderit urbes,
non ulla exhaustae sentit dispendia plebis,
quos genuit cunctos gremio conplexa colonos.

Nec tu, Martie Narbo, silebere, nomine cuius (XIII) 297
fusa per inmensum quondam provincia regnum
optinuit multos dominandi iure colonos.
insinuant qua se Grais Allobroges oris
excluduntque Italos Alpina cacumina fines:
qua Pyrenaicis nivibus dirimuntur Hiberi:
qua rapitur praeceps Rhodanus genitore Lemanno
interiusque premunt Aquitanica rura Cebennae

88 Verg. Aen. VIII 116 paciferaeque . . . olivae 95 Verg. Aen. V 158

86 xv athena *V* (*in mg. m. ant.*), de athenis *cet.* troiugenis *T* 87 palados *P* cossi *P* *Ug.*, cessi *T* 90 par *P* 91 grana *V* se fiunt *P*, se fudit *T* *Ug.* 92 xvi catina xvii siracusae *V* (*in mg. m. ant.*), de cathina (cathinia *P*) et syracusis (Rheca *add. P*) *cet.* cathinia *P*, cathinam *T* *Ug.* quis] aut *T* q̄drup^{l}o$\overline{\text{cs}}$ siracusas *P* 94 complexam *T* *Ug.* miraculā *P* pontis *T* omnis *T* 95 quā *V* hionii *V* 96 cum sotiant *T*, consociat *Ug.* placida *T* sibi] sunt *P* 97 incorruptarum *V* (a *ex* o) 98 xviii tolosa *V* (*in mg. m. ant.*), de tholosa *P* *Ug.* ūquā *V* (qu *in ras. m*^{2}, ∴ ∴ *add. m*^{2}) ultricem *V* (*corr. m*^{2}) tholosam *P* *Ug.* 99 coctibus *V* quos *P* *Ug.* 100 pulcro *VP* perlabitur *P* *Ug.* anne *P* ga*rūna *V* (r *eras.*), garinna *P* 102 pirenes *P*, Pyrhenes *Ug.* caebennarum *V*, *quod fortasse retinendum*, Gebennarum *Ug.* 104 ex^{s}equū *V* (s *m*^{2}) urbis *V* 105 exaustae *VP* 107 xviiii narbo *V* (*in mg. m. ant.*), de narbona *cet.* marcie *VP* numine *V* 108 immensum *T* *Ug.* quondam] ō *P* 109 optinuit *P*, obtinuit *cet.* 110 insinuant . . . 116 fuit *om. T* 110 q^{s} esse cauis *V*, q̄ sese caius *P*, qua sese graiis *Ug.*, qua se graiis *Ald.*, qua se Sequanis *Scal.* (Secanis *Vin.*) *volgo*, qua Sequanicis (*rectius* Sequanicis se) *Heinsius* allobrogis oris *V*, allobrogesoris *P* 111 italis *P* italosalpiā *V* (osalpi^{n} *in ras. m*^{2}) fenes *V* 112 pirenacis *P*, Pyrenaeis *Ug.* 113 *om. P* *Ug.* rodanus *V* 114 acquitanica *P* gebenne *P* *Ug.*

usque in Teutosagos paganaque nomina Belcas,
totum Narbo fuit: tu Gallia prima togati
nominis attollis Latio proconsule fasces.
quid memorem portusque tuos montesque lacusque,
quid populos vario discrimine vestis et oris?
quodque tibi Pario quondam de marmore templum
tantae molis erat, quantam non sperneret olim
Tarquinius Catulusque iterum postremus et ille,
aurea qui statuit capitoli culmina, Caesar?
te maris Eoi merces et Hiberica ditant
aequora, te classes Libyci Siculique profundi:
et quidquid vario per flumina, per freta cursu
advehitur, toto tibi navigat orbe cataplus.

Impia iamdudum condemno silentia, quod te, (XIIII) 298
o patria, insignem Baccho fluviisque virisque,
moribus ingeniisque hominum procerumque senatu,
non inter primas memorem, quasi conscius urbis
exiguae inmeritas dubitem contingere laudes.
non pudor hinc nobis. nec enim mihi barbara Rheni
ora nec arctoo domus est glacialis in Haemo:
Burdigala est natale solum, clementia caeli
mitis ubi et riguae larga indulgentia terrae,
ver longum brumaeque novo cum sole tepentes

120 Ovid. ex Ponto IIII 8, 31 de Pario . . . templum marmore Verg. Aen. IIII 457 (VI 69) de marmore templum 121 Verg. Aen. I 33 tantae molis erat 123 Sil. It. III 623 aurea Tarpeia ponet capitolia rupe 127 Mart. XII 74, 1 dum tibi Niliacus portat crystalla cataplus; *cf.* Marcell. de med. 67 et quicquid confert medicis Lagaea cataplus 137 Hor. Carm. II 6, 17 sq. ver ubi longum tepidasque praebet Iuppiter brumas Verg. Georg. I 288 cum sole novo

115 Tectosagos *volgo* panaque *P*, pana quae *Ug.* primaevo nomine *Par. volgo* belcos *P*, Belgas *Ug.*, Volcas *volgo* *v.* 116 *inde a* tu *et* 117 *sic scripti sunt in T* tu in Gallia togati nominis prima (*cet. om.*), *deinde post versus unius spatium* 118 quis memoret portus tuos et montes et lacus 118 *sq.* quis memoret . . . quis *codd. corr. Brandes* fontesque *Heinsius* 119 uirio *P*, uarioꝭ *T* 120 *om. T* uario condam *P*, quondam uario *Ug. volgo* *vv.* 121—127 *sic scripti sunt in T* cuius tanta moles erat quantam non sperneret olim | tarquinus (tarquinius *Med.*) et getulus et iterum miles cęsar | qui capitolia culmina aurea statuit | te maris orientalis et iberi merces ditant | te classes libici (lybici *Med.*) et sinili (siculi *Med.*) profundi | et quicquid uario cursu per flumina et per freta | aduehitur toto tibi orbe nauigat 121 tanta *P* 122 ge^{tu}lusque *V*, getulusque *PT Ug.*, Catulusque *Lugd.* iter *P* 123 capitolii *V*, capitolia *PT Ug.* 124 coi *P* hiberica *V*, hiberiori *P* 125 libici sucidique *P* 126 quicquid *PT Ug.* 127 adueitur *V* κατάπλους *Lugd. volgo* 128 xx burdigala *V* (*in mg. m. ant.*), de burdegala ex qua fuit autor iste ausonius *P*, De Burdegala ex qua fuit Ausonius *Ug.*, de burdegali urbe *T* 128 *om. T* condemno* *V* (s *eras.*) *vv.* 129 *et* 130 *sic scripti sunt in T* o patria te insignem dico viris moribus ingeniis hominum | et procerum senatu uino et aquis 129 patriā *V* bacco *V*, bacho *P* flui^{y}sque *V* (y m^2) 130 ingenisque *V* senatum *V* 131—134 *om. T* 131 in^{ter} *V* (ter m^2) cōsius orbis *V* 132 exigue munerico *P Ug.* (*om.* dubitem . . . Arctoo) 134 inhemo *V*, immo *P*, in imo *Ug.* *vv.* 135—145 *sic scripti sunt in T* burdegalia est mihi natale solum | ubi mitis est caeli clementia | et irriguae terrae indulgentia larga | uer enim longum et bruma ibi breuis est | subter quoque iuga frondea feruent fluenta | imitata marinos meatus | quadra etiam ibi murorum species | sic altis turribus ardua | ut sūmitates (summitantes *Med.*) intrent nubes aereas (aerias *Med.*) | latas habet plateas et respondentes | indirecta compita portas | per medium autem urbis fontani | fluminis alueum 135 burdegale *P Ug.* ast *Heinsius* 137. 138 uer longum brumaeque breuis iuga frondea subt̄ (subsunt *Ug. volgo*) *P Ug. volgo*

aestifluique amnes, quorum iuga vitea subter
fervent aequoreos imitata fluenta meatus.
quadrua murorum species, sic turribus altis
ardua, ut aerias intrent fastigia nubes.
distinctas interne vias mirere, domorum
dispositum et latas nomen servare plateas,
tum respondentes directa in compita portas
per mediumque urbis fontani fluminis alveum,
quem pater Oceanus refluo cum impleverit aestu,
adlabi totum spectabis classibus aequor.
quid memorem Pario contectum marmore fontem
Euripi fervere freto? quanta unda profundi!
quantus in amne tumor! quanto ruit agmine praeceps
marginis extenti bis sena per ostia cursu,
innumeros populi non umquam exhaustus ad usus!
hunc cuperes, rex Mede, tuis contingere castris,
flumina consumpto quom defecere meatu,
huius fontis aquas peregrinas ferre per urbes,
unum prae cunctis solitus potare Choaspen.
salve, fons ignote ortu, sacer, alme, perennis,
vitree, glauce, profunde, sonore, inlimis, opace.
salve, urbis genius, medico potabilis haustu,
Divona Celtarum lingua, fons addite divis.
non Aponus potu, vitrea non luce Nemausus
purior, aequoreo non plenior amne Timavus.
hic labor extremus celebres collegerit urbes.
utque caput numeri Roma inclita, sic capite isto
Burdigala ancipiti confirmet vertice sedem.
haec patria est: patrias sed Roma supervenit omnes.
diligo Burdigalam, Romam colo. civis in hac sum,
consul in ambabus: cunae hic, ibi sella curulis.

---

146 Paull. Pell. carm. euch. 44 sqq. (*qui h. l. simul* XII 26 *respexisse videtur*) 147 Verg. Aen. X 269 totumque adlabi classibus aequor 150 Verg. Georg. I 322 agmen aquarum 157 Verg. Aen. VIII 301 salve . . . decus addite divis (Claud. Carm. min. XXVI 67) 162 Verg. Aen. I 244 sq.

---

138 estifluitq^{5} *V*, aestifluique *Vin.* 139 īmitata *P* 141 aereas *PT Ug.* 142 *om. P Ug.* distincte *V*, distinctas *Scal.* mirere** *V* (r *pr. m*^{2} *ex* s; miserere, *ut videtur, m*^{1}) 143 dispositu et *Ug.* placeas *P* 145 aliceum *P* *vv.* 146—166 *om. T* 146 quum *V* 148 contectam *P* 149 euripē *V* feruōe *P* umbra *V*, unda *P Ug.* 150 *om. V* (*nisi forte is versus olim in mg. inf. erat scriptus, ubi versus nunc erasi incerta quaedam extant vestigia*) p̄ces *P* 151 margine *Ug. volgo* contenti *P Ug. volgo* hostia cursus *P Ug.*, ostia cursus *volgo* 152 *om. P Ug.* exaustus *V* 153 rex re medeti' *P* coniungere *Ug. volgo* 154 comsūpto *V* quū *V*, quem *P Ug. volgo*, quom *ego* 156 per cunctas *codd. volgo, corr. Heinsius* portare *codd. volgo*, potare *Heinsius* coaspen *P*, Choaspem *Lugd. volgo* 158 sonē *P* illimis *P Ug.* 159 urbi^{s} *V* (s *m*^{2} *?*) austu *P* 160 Duiona *Ug.* addice *P* diues *V* (e *in* y *mut.*), diuus *P* 161 potui *V* nemeausus *V* 162 tymauus *P* 163 colle^{ge}rit *V* (ge *m*^{2}) 164 sto *V* 165 uurdigala *V*, Burdegala *Ug.* 166 patria sed *V* omnis *V* *vv.* 167 *et* 168 *in T sic sunt scripti* Idem Ausonius (*deinde versus unius spatium*) diligo burdegalam romam colo ciuis in illa | s. (scilicet *s. v.*) burdegala consul in ambabus (*om.* cunae . . . curulis) 167 ciuis in illa *P Ug.* 168 hiic *V* Explicit Decii Magnii Ausonii illustrissimi uiri cathalogus urbium nobilium *P*, Decii magni Ausonii Catalogus Vrbiū nobiliū finit *Ug.*

XX. LVDVS SEPTEM SAPIENTVM.

AVSONIVS CONSVL DREPANIO PROCONS. SAL.

Ignoscenda istaec an cognoscenda rearis, (I) 299
adtento, Drepani, perlege iudicio. (*VP*)
aequanimus fiam te iudice, sive legenda,
sive tegenda putes carmina, quae dedimus.
nam primum est meruisse tuum, Pacate, favorem:
proxima defensi cura pudoris erit.
possum ego censuram lectoris ferre severi
et possum modica laude placere mihi.
novit equus plausae sonitum cervicis amare,
novit et intrepidus verbera lenta pati.
Maeonio qualem cultum quaesivit Homero
censor Aristarchus normaque Zenodoti!
pone obelos igitur, primorum stigmata vatum:
palmas, non culpas esse putabo meas
et conrecta magis quam condemnata vocabo,
adponet docti quae mihi lima viri.
interea arbitrii subiturus pondera tanti,
optabo, ut placeam: si minus, ut lateam.

PROLOGVS.

Septem sapientes, nomen quibus istud dedit (II) 300
superior aetas nec secuta sustulit,
hodie in orchestram palliati prodeunt.
quid erubescis tu togate Romule,
scaenam quod introibunt tam clari viri?
nobis pudendum hoc, non et Atticis quoque,
quibus theatrum curiae praebet vicem.

XX. 1 Appuleius Apol. 65 idque eos arbitror non tam ignoscendi quam cognoscendi causa desiderare; cf. Ter. Heaut. I 2, 6 (218) 9 Verg. Georg. III 186 plausae sonitum cervicis amare 10 Verg. Georg. III 208 verbera lenta pati

---

XX. Ausonius Consul Drepanio procõs sł aid *V* (cõs sł aid *in ras.*), Epistola Decii Magni Ausonii ad Drepanium proconsulem de ludo septem sapientum Rꝛca *Ph*, Decimi Magni Ausonii ad Drepanium Pacatum proconsulem. De Ludo septem sapientum *Ug.* 1 sta*cā *V* (e *eras.*; istaqᵛā m^2), isthet *P*, isthaec *h Ug.* 2 attento *Ph Ug.* 8 laude *V* (*s. v.* m^2) michi *P* 9 amare *V* (a m^2) 12 aristarcus *V* normamque *P* 13 primorum stemma (*om.* uatum . . . condemnata) uocabo *V* puriorum stēata (stemmata *h*) *Ph*, puriorum stigmata *Ug.*, spuriorum stigmata *Ven.*⁴ *volgo* 15 correcta *Ph Ug.* 16 apponet *Ph Ug.* michi *P* 17 subitū *P* (*m. rec. in mg.* rus) ponderē *V* (a m^2) 18 obtabo *V* (*corr.* m^2) si] sin *Par. volgo* iaceam *Ug.*, taceam *Ven.*⁴ *volgo* 19 istut *V* (i *et* d m^2) 20 secuta nec *P* 21 hodie queq3 *P*, hodieque *cet. corr. Pithoeus* orcistram *V*, hortis tam *Ph Ug.* 22 rumule *V* 23 scenam *P Ug.* introirunt *V* 24 haec *Ug.* non *om. V*

nostris negotis sua loca sortito data:
campus comitiis, ut conscriptis curia,
forum atque rostra separat ius civium.
una est Athenis atque in omni Graecia
ad consulendum publici sedes loci,
quam in urbe nostra sero luxus condidit.
aedilis olim scaenam tabulatam dabat
subito excitatam nulla mole saxea.
Murena sic et Gallius: nota eloquar.
postquam potentes nec verentes sumptuum
nomen perenne crediderunt, si semel
constructa moles saxeo fundamine
in omne tempus conderet ludis locum:
cuneata crevit haec theatri inmanitas.
Pompeius hanc et Balbus et Caesar dedit
Octavianus, concertantes sumptibus.
sed quid ego istaec? non hac ⟨de⟩ causa huc prodii,
ut expedirem, quis theatra, quis forum,
quis condidisset privas partes moenium:
set ut verendos disque laudatos viros
praegrederer ac docerem quid vellent sibi.
pronuntiare suas solent sententias,
quas quisque iam prudentium anteverterit.
scitis profecto, quae sint: set si memoria
rebus vetustis cludit, veniet ludius
edissertator harum, quas teneo minus.

LVDIVS.

Delphis Solonem scripse fama est Atticum (III) 301
Γνῶθι σεαυτόν, quod Latinum est: Nosce te.
multi hoc Laconis esse Chilonis putant.
Spartane Chilon, sit tuum necne ambigunt,
quod introfertur: Ὅρα τέλος μακροῦ βίου,
finem intueri longae vitae qui iubes.
multi hoc Solonem dixe Croeso existimant.

---

26 negotiis *V Ug.*, negociis *P*, negotis *h* 27 conscribtis *V* 28 adque *V* (t m^2) rostras *V* separatis *codd. volgo*, separat ius *Scal.* 29 adque *V* (t m^2) omni] omina *V* 30 sedis *V* 32 scenam *P* 33 ex^{c}itatā *V* (c m^2, tā m^2 *in ras.*) 34 sit *P* gallius *V* (iu *in ras.* m^2) 35 suptuum *V* (*corr.* m^2) 36 peremne *P* 37 molis *VP Ug.* 38 panderet *Mommsen* 39 teatri *P* immanitas *V Ug.* 40 ponpeius *P* cesa^{r} *V* (r m^2) 41 ho^{c}tauianus *V* (h *del.* m^2) suptibus *V* (*corr.* m^2) 42 ego quid *Scal. volgo* ^{i}staec *V* (i m^2), istet *P* de *om. codd.*, *add. Mertens* 43 teatra *V* 44 condississet *V* (*corr.* m^2), condidisse *P* priu^{m}as *V* (m m^2), primas *P Ug.* 45 set *V* (d m^2), sed *cet.* diisque *P Ug.* 46 praegrederer *V* (r *ult.* m^2 *in ras.*) agere *codd.*, ac docerem *ego*, ac referrem *Toll volgo* 47 sententias] seminas *P* 48 quas] quas si *V* quisquam *V Ph*, quisque *Ug.*, quisque iam *Peiper* prudentum *codd.*, prouidentium *Ven.*^{4} *volgo*, prudentium *Peiper* 49 profecto *V* (f m^2 *in ras.*) sed *Ph Ug.* 50 claudit *Ph Ug.* ludus *V* 51 et dissertator *V*, edessertator *P*, edesserator *h*, edissertator *Ug.*, edisserator *Ald. volgo* harum *V* (h *ex* n m^2). — lud^{i}us *V* (i m^2), ludus *P* 52 delfis *P* scribsisse *V*, scripsisse *Ug.*, scribis et *P*, scripse *h Ven.*^{4} anticum *VP* 53 gnothi *V* (h *del.* m^2) *P* sȝauton *P* 54 lacones *V* (c m^2 *in ras.*), lacon *P* 56 *fortasse* in ore fertur τελος οραν *Ug.* 57 intu^{eri}; *V* (n m^2; in *exp.* m^2, *ut videtur*) qui *V*, quo *cet. volgo*, *cf. v.* 66, 70 58 solono *P* dixisse *V* creso *P* ex^{s}tim^{an}t *V*

et Pittacum dixisse fama est Lesbium:
Γίγνωσκε καιρόν. tempus ut noris, iubet.
set καιρὸς iste tempestivum tempus est.
Bias Prieneus dixit: Οἱ πλεῖστοι κακοί,
quod est Latinum: Plures hominum sunt mali.
set inperitos scito, quos dixit malos.
Μελέτη τὸ πᾶν est Periandri Corinthii,
meditationi inesse totum qui putat.
Ἄριστον μέτρον esse dixit Lindius
Cleobulus, hoc est: Optimus cunctis modus.
Thales ⟨set⟩ Ἐγγύα· παρὰ δ' ἄτα protulit,
spondere qui nos, noxa quia praesto est, vetat.
hoc nos monere faeneratis non placet.
dixi: recedam: legifer venit Solon.

SOLON.

De more Graeco prodeo in scaenam Solon, (III) 302
septem sapientum fama cui palmam dedit.
set fama non est iudicii severitas:
neque me esse primum ⟨nec⟩ vero imum existimo,
aequalitas quod ordinem nescit pati.
recte olim ineptum Delphicus suasit deus
quaerentem, quisnam primus sapientum foret,
ut in orbe tereti nomina serta incideret,
ne primus esset, ne vel imus quispiam.
eorum e medio prodeo gyro Solon,
ut quod dixisse Croeso regi existimor,
id omnis hominum secta sibi dictum putet.
Graece coactum [est]: Ὅρα τέλος μακροῦ βίου:
quod longius fit, si Latine edisseras:
Spectare vitae iubeo cunctos terminum.
proinde miseros aut beatos dicere

---

59 pittacum *V* (c *s. v. m*^{2}) famā *P* 60 gisnosce (c *ex* s *m*^{2}) ceron *V*, gignoscere cęron *P*, γνώθει καῖρον *h*, καιρον γνῶθι *Ug.* nori *V* 61 sed *Ph Ug.* caeros *V*, caros *P* tempestiunū *V* est tempus *Ug.* 62 prienus *V*, prineus *P* oeplistoecacoe *V* (-coae) *P* 63 homines *Delph.* 64 set *V* (d *m*^{2}), sed *cet.* imperitos *Ph Ug.* 65 periandri est *codd. corr. ego*, Periandri hoc (*rectius* id) est *Mertens* 66 meditationem esse *codd.*, meditationi inesse *ego* (*cf.* 216), esse meditationem *Accursius*, meditationis esse *Heinsius*, meditationem posse *Peiper*, meditationem is esse *Mertens* 67 dicit *codd.*, dixit *Scal.* lidius *V*, lycdius *P*, lyędius *h*, Lindius *Ug.* 68 cleobolus *Vh*, cleoboilus *P corr. Ug.* obtimus *V* (*corr. m*^{2}) 69 tah^{a}les *V* (*corr. m*^{2}) set *add. Peiper* engyea *VP* Thales ἐγγύα πάρεστι δ' ἄτη *Scal. volgo* 70 quia *V*, que *P*, quod *h Ug. volgo* presest *V*, praesto est *cet.*, praesest *Scal. volgo* 71 funeratis *V*, fenoratis *P*, foeneratis *h Ug.* 72 dixere quidam *codd. corr. Scal.* legi*fer *V* (i*f *in ras.*) 73 de] e *P* scaena *V*, scenam *P* salon *P* 75 sed *Ph Ug.* 76 uerum (vestrum *Ug.*) unum *codd.*, nec vero imum *ego*, nec vel imum *Hartel*, verum horum unum *Mommsen*, vestrum aut imum *Scal.*, horum nec imum *Toll volgo* 77 Aaequalitas *V* 78 holim *V* (h *del. m*^{2}) delficus *P* ait *codd.*, iussit *Scal. volgo*, suasit *ego Heinsium*, *qui* inepto . . . suasit . . . quaerenti *coniecerat*, *secutus* 79 sapientium *h* for*& *V* 80 nominū sertum *V*, nomium sertum *Ph*, nomen insertum *Ug.*, nomina eorum *Scal. volgo*, nomina serta *ego* 82 prodio *P* ciro *V*, giro *P* 83 disisse *V* (*corr. m*^{2}) crhoes^o *V* (o *m*^{2}), chryso *P*, cḥroeso *h* 84 ad ōs *P* omnes *h* 85 coactum est *codd.*, est *del. Scal.* telosinat *P* (*cet. om.*), τελος οραν *Ug.* machro *V* 86 dixeras *V*, disseras *P* 88 dicier *codd.*, dicere *Scal.*

evita, quod sunt semper ancipiti statu.
id adeo sic est. si queam, paucis loquar.
rex, an tyrannus, Lydiae Croesus fuit
his in beatis, dives insanum in modum,
lateribus aureis templa qui divis dabat.
is me evocavit. venio dicto oboediens,
meliore ut uti rege possint Lydii.
rogat, beatum prodam, si quem noverim.
Tellena dico, civem non ignobilem:
pro patria pugnans iste vitam abiecerat.
despexit: alium quaerit. innui Aglaum:
fines agelli proprii numquam excesserat.
at ille ridens: quo dein me ponis loco,
beatus orbe toto qui solus vocor?
spectandum dico terminum vitae prius,
tum iudicandum, si manet felicitas.
dictum moleste Croesus accepit. ego
relinquo regem. bellum ille in Persas parat.
profectus, victus, vinctus, regi deditus.
at ilico aptant funeris ipsum instar sui,
qua flamma totum se per ambitum dabat
volvens in altum fumidos aestu globos.
ac paene sero Croesus ingenti sono,
o vere vates, inquit, o Solon, Solon.
clamore magno ter Solonem nuncupat.
qua voce Cyrus motus extingui iubet
gyrum per omnem et destrui ardentem pyram.
et conmodum profusus imber nubibus
repressit ignem. Croesus ad regem ilico
ministrorum per ducitur lectam manum.

---

93 Herod. I 50 Luc. Char. 11 97 Her. I 30 Luc. Char. 10 99 sq. Val. Max. VII 1, 2 terminos agelli sui numquam excesserat

---

89 euenta *Ph Ug.* an**cipisti (ti *eras.*) statum *V* 91 tirannus *V* lidię *V*, hodie *P* chroesus *V*, chresus *P*, chroesus *h* 92 his in beatus *V*, is beatus *cet. corr. Scal.* insanūs *P* 94 his *V* ueni *codd.*, uenio *Ven.*4 obediens *codd.* 95 regem *P* 96 qu**em *V* (id *eras.*) 97 tellana *V*, tellena *P*, tillẹ̊na *h*, Telena *Ug.*, Telana *volgo* 98 ⁱste *V* (i m^2) obiecerat *V* (a *ex* ā) *cet. corr. Graevius* 99 dexpexit *V* inueni *codd. volgo*, innui *Heinsius* 100 fines qui *Scal. volgo* proprii is *Peiper* nunquam *h Ug.* 101 ad *V* (t m^2), ait *h* deinde *codd.*, dein *Scal.* ponit *P* 104 foelicitas *h* 105 chʳysus *V*, chriesus *P* accepi *P et h* (*in quo* t *post add.*), accepit at *Vin. volgo* 107 deditus *V* (edi m^2 *in ras.*) 108 at*illecaptans *V* (a *post* t *add.* m^2), at ille captus *cet. volgo*, at illico aptant *Scal.* funeris (*om.* ipsum) *Vh*, ipse funeris *P Ug.*, funeris ipse *Ven.*4 *volgo* at ilico aptant funeris ipsum instar sui *ego*; *volgo Vineto auctore et ante et post v.* 108 *lacunam statuunt* 109 qua *V*, qui *cet.*, quin *Scal. volgo* fama *Ph Ug.* se per] semper *V* 110 aestu] artu *P*, aer *Ug.* 111 hac *V*, at *P Ug.* chrisus *V*, chreisus *P*, chr̥̊ysus *h* shono *V* (h *del.* m^2) 112 inquid *V* (t m^2) 114 quia *P* 115 girum *VP* homnem *V* (h *del.*) dex̊trui *V* (s m^2) ardentem *V* (d *ex* c ?) 116 comodū *V*, commodum *h Ug.* 117 chrysus *V*, chreysus *P*, chr̥̊ysus *h* illico *h Ug.* 118 per ministrorum *codd.*, ministrorum per *ego*, per administrum *Pulmannus*, per administram *Hartel* deductus lectam per ministrorum manum *Scal. volgo*, ministrorum perducitur lecta manu *Toll*, ministeriorum ducitur lecta manu *Heinsius*

interrogatus, quem Solonem diceret
et quam ciendi causam haberet nominis,
seriem per omnem cuncta regi edisserit.
miseratur ille vimque fortunae videns
laudat Solonem, Croesum ⟨iam⟩ in amicis habet
vinctumque pedicis aureis secum iubet
reliquum quod esset vitae totum degere.
ego duorum regum testimonio
laudatus et probatus ambobus fui.
quodque uni dictum est, quisque sibi dictum putet.
ego iam peregi, qua de causa huc prodii.
venit ecce Chilon. vos valete et plaudite.

CHILON.

Lumbi sedendo, oculi spectando dolent, (V) 303
manendo Solonem, quoad sese recipiat.
hui quam pauca! diu locuntur Attici.
unam trecentis versibus sententiam
tandem peregit meque respectans abit.
Spartanus ego sum Chilon, qui nunc prodeo.
brevitate nota, qua Lacones utimur,
commendo nostrum Γνῶθι σεαυτόν, Nosce te,
quod in columna iam tenetur Delphica.
labor molestus iste fructi est optimi,
quid ferre possis, quidve non, dinoscere:
noctu diuque, quae geras, quae gesseris,
ad usque puncti tenuis instar quaerere.
officia cuncta, pudor, honor, constantia
in hoc et illa spreta nobis gloria.
dixi. valete memores: plausum non moror.

CLEOBVLVS.

Cleobulus ego sum, parvae civis insulae, (VI) 304
magnae sed auctor, qua cluo, sententiae,

131 Plaut. Men. V 3, 6 (882)

119 interroga *V*, interrogatur *P* 120 sciendi *Ph* 121 homnem *V* cunctam *Vh* 122 miseratus *h* uimquem *V*, uim q̄ *h* 123 crysum *V*, chrysum *P*, chr̊ysum *h* in *codd. volgo*, iam in *ego*, hinc in *Heinsius* 124 *om. V* peditis *P* 125 reli*quū *V* (n *eras.*) 126 ergo *Heinsius* duorum c regum *V* (e regum ?) testimonia *P* 129 qua adhuc de causa *h* 130 ualē *P* 131 mi oculi *Ug.*, oculique *Ven.*⁴ *volgo* (*Ritschl in versu Plaut. in editione* mi oculi, *in Nov. exc. Plaut. p.* 72 sedendod, *Fleckeisen* et oculi) 132 quoa̯d ad *P* sese *V* (e *pr. m*²) 133 huic *V*, hiis *P*, hique (*om.* quam) *Ug.*, hui *h Lugd.* quam pauca quam diu (*om.* hui) *Ven.*⁴, hui quam pauca quam diu *Scal.* (*qui illud* hui *extra versum locum habere voluit*) *volgo* loquntur *V* 135 abiit *codd.*, abit *Scal.* 136 Chilo *Scal. volgo* 137 quam *P* usi (usu̯ *P*) sunt *codd.*, utimur *Turnebus* 138 σαυτον *Ug.* 140 fructi̯ *V* (v *m*²) ast *Heinsius* 141 dignoscere *Par. volgo* 142 quAe *V* (A *in ras. m*²) 143 in⁸tar *V* (s *m*²) 145 spraeta *V.* — Cleobolus *codd.* 147 cleobůlus *V* (o *s. v. m*²), cleobus *Ph* 148 quā eleuo *V*, quam duo *P*, quam cluo *Ug.*, qua cluo *h Par.*, qui cluo *Heinsius*

Ἄριστον μέτρον quem dixisse existimant.
interpretare tu, qui orchestrae proximus
gradibus propinquis in quattuordecim sedes:
Ἄριστον μέτρον an sit Optimus modus,
dic. annuisti. gratiam habeo. persequar
per ordinem. iam dixit ex isto loco
Afer poeta vester Vt ne quid nimis,
et noster quidam Μηδὲν ἄγαν. huc pertinet
uterque sensus, Italus seu Dorius.
fandi, tacendi, somni, vigiliae est modus,
beneficiorum, gratiarum, iniuriae,
studii, laborum: vita in omni quidquid est,
istum requirit optimae pausae modum.
dixi: recedam. sit modus: venit Thales.

THALES.

Milesius sum Thales, aquam qui principem (VII) 305
rebus creandis dixi, ut vates Pindarus.
. . . . . .
dedere piscatores extractum mari.
namque hi iubente Delio me legerant,
quod ille munus hoc sapienti miserat.
ego recusans non recepi et reddidi
ferendum ad alios, quos priores crederem.
dein per omnes septem sapientes viros
missum ac remissum rursus ad me deferunt.
ego receptum consecravi Apollini.
nam si sapientem deligi Phoebus iubet,
non hominem quemquam, set deum credi decet.
is igitur ego sum. causa set in scaenam fuit
mihi prodeundi, quae duobus ante me,
adsertor ut sententiae fierem meae.

155 Ter. Andr. I 1, 34 (61) 164 Pind. Olymp. I 1

149 ariston *V* (s m^2 *in ras.*) extimant *P* 150 orchistre *V* (h *del.* m^2) *P* maximus *P Ug.* 151 quatuordecim *Ph Ug.* 152 obtimus *V* (*corr.* m^2) 153 annuis^{ti} *V* (ti m^2), adnuisti *Ug.* 154 porro ordinem *anonymus in exemplari Vratislaviensi, cf. Peiper 267* iam dixi *V*, dixit *P*, iam dixit *h* dixisse ex isto loco afer poeta uidetur *Ug.*, poeta dixe isthoc loco Afer videtur vester *Scal. volgo* 155 affer^{t} *V* (t m^2), affer *P* 156 nŏster] uester *P* mednagā *V* (d *ex* t m^2) 157 ytalus *P* 158 somni uicinus modus *Vh*, uicinus modus somni *P Ug.*, somni vigiliae est modus *Toll* 160 homni (h *del.* m^2) quid^{c}quid *V* (c m^2) 161 ^{i}stū *V* (i m^2) 162 dipi *P* ut sit *Ven.*^{4} *volgo* thalis *V* 163 Thales sum *Scal. volgo* principem *V* (i *pr. in ras.*) 164 uatis *V* pindarus *V* (u *ex* i *vel* o), pyndarus *P* *post v.* 164 *intercidit versus*; *lacunam sic explevit Scal.* cuique olim iussu Apollinis tripodem aureum 167 ille *om. Ph Ug.* 168 recepi *V* (e *alt. ex* i m^2), recipi *P* et] sed *Ug.*, at *Lugd. volgo* 170 homnes *V* (h *del.* m^2) 171 hac *V* (h *del.* m^2), at *P* referant *V* (referunt *?*), deferunt *Ph Ug.*, referunt *volgo* 172 apolloni *V* (*corr.* m^2), apolini *P* (*cf. e. 95, 7*; *v. Ritschelii Opusc. II 493 et Plaut. Men. 871*) 173 si] his *P*, is *Ug.* diligi . . . hominem *om. V* diligit plebus *P*, delegi Phoebus *Ug.* 174 quenquam *h* sed *Ph Ug.* 175 his *V* igitur] qui *P Ug.* set *V* (d m^2), sed *cet.* scenam *VP* 176 michi *P* *si recte se habet* duobus, *Thaletis persona ante Cleobulum est collocanda et v.* 162 *pro* Thales *scribendum* Bias; *an* tribus quoque *restituendum ?* 177 assertor *Ph Ug.* m^{e}ae *V* (e m^2), me *P*

ea displicebit, non tamen prudentibus,
quos docuit usus et peritos reddidit.
⟨en⟩ Ἐγγύα· παρὰ δ' ἄτα Graece dicimus:
Latinum est: Sponde; noxa ⟨set⟩ praesto tibi est.
per mille possum currere exempla, ut probem
praedes vadesque paenitudinis reos:
sed nolo nominatim quemquam dicere.
sibi quisque vestrum dicat et secum putet,
spondere quantis damno fuerit et malo.
gratum hoc officium maneat, ambobus tamen.
pars plaudite ergo, pars offensi explodite.

BIAS.

Bias Prieneus ⟨sum⟩: dixi Οἱ πλεῖστοι κακοί: (VIII) 396
Latine dictum suspicor Plures mali.
dixisse nollem: veritas odium parit.
malos sed inperitos dixi et barbaros,
qui ius et aequum ⟨et⟩ sacros mores neclegunt.
nam populus iste, quo theatrum cingitur,
totus bonorum est. hostium tellus habet,
dixisse quos me creditis, plures malos.
sed nemo quisquam tam malus iudex fuat,
quin iam bonorum partibus se copulet.
sive ille vere bonus est seu dici studet,
iam fugit illud nomen invisum mali.
abeo. valete et plaudite, plures boni.

PITTACVS.

Mitylena ⟨ego⟩ ortus Pittacus sum Lesbius, (VIII) 307
Γίγνωσκε καιρὸν qui docui sententiam.
sed iste καιρός, tempus ut noris, monet
et esse καιρὸν tempestivum quod vocant.

---

191 Ter. Andr. I 1, 41 (68)

---

180 en *addidi*, nos *Scal. et Peiper* engia *V* paradita *P* ecce *codd.*, Graece *Peiper* nos ἐγγύα πάρεστι δ' ἄτη dicimus *Scal. volgo* 181 noxa praesto tibi est *codd.*, noxa set praesto tibi *Peiper*, noxia est praesto tibi *Scal. volgo* 182 possem *VPh*, possum *Ug.* 183 penitudinis *VP*, poenitudinis *h Ug.* 184 quenquam *Ug.* quenquam nominatim *h Ven.*^{4} *volgo* 185 quisquam *Ph* uerum *Vh* 187 gradum *P*, ratum *Heinsius* manet *codd.*, maneat *Ven.*^{4} 188 ergos *P* offensi *V* (i *et insequens* ex *in ras. m*^{2}) explodite *V* (*infra* excludite) *Ug.*, exprodite *P et h* (r *in* l *mut.*), explaudite *Ven.*^{4} *volgo*. — Bias Prieneus *codd.* 189 p^{e}rieneus *V* (e *m*^{2}) sum *add. Scal.*, quod *Peiper*, *an* qui? oepliistoeacae *V*, oeplistoecacoe *P* 191 dixit (*om.* nollem . . . malos) *V* parat *P* 192 imperitos *h Ug.* 193 ius *V* (*in ras. m*^{2}) et (*eras.*) equū *V*, equum (*om.* et) *cet.* et *ante* sacros *add. Ven.*^{4} mores$^{q^{s}}$ *V* (q^{s} *add. m*^{2}) neclegunt *V* (negl- *m*^{2}), negligunt *cet.* 194 ^{i}ste *V* (i *m*^{2}) 195 beatorum *Ug.* 196 credite *P Ug.* 197 qui^{s}quam *V* (s *m*^{2}) fiat *V*, fuerat *P* 198 qui non amborum *codd.*, qui non bonorum *Ven.*^{4} *volgo*, quin iam bonorum *Heinsius* 199 est *V* (*s. v. m*^{2}) 200 illum *codd. volgo*, illud *Toll* 201 pluris *V*. — Pyttacus *P* 202 mitilena *V*, mithylena *P Ug.*; *an* Mytilena *praeferendum ?* ^{h}ortus *V*, ortus *cet.*, oriundus *Ven.*^{4} *volgo*, ego ortus *Mertens*, en ortus *Heinsius* 203 dinosce *V* (d *m*^{2} *in ras.*), ginosce *P* caeron *VP*, γνώθει καῖρον *h* docui *VPh*, dixit *Ug.*, dixi *Lugd. volgo* 204 ^{i}ste *V* (i *m*^{2}) caeros *V*, caros *P* 205 caeron *V*, ceron *P* uocat *P*

Romana sic est vox Venito in tempore.
vester quoque ⟨itidem⟩ comicus Terentius
rerum omnium esse primum tempus autumat,
ad Antiphilam quom venerat servus Dromo
nullo inpeditam, temporis servans vicem.
reputate cuncti, quotiens offensam incidat,
spectata cui non fuerit opportunitas.
tempus me abire, molestus ne sim: plaudite.

PERIANDER.

Ephyra creatus huc Periander prodeo, (X) 308
Μελέτη τὸ πᾶν qui dixi et ⟨hoc⟩ dictum probo,
meditationi inesse totum, quod [recte] geras.
is quippe solus rei gerendae est efficax,
meditatur omne qui prius negotium.
adversa rerum vel secunda praedicat
meditanda cunctis comicus Terentius.
locare sedes, bellum gerere aut ponere:
magnas modicasque res, etiam parvas quoque
agere volentem semper meditari decet.
nam segniores omnes in coeptis novis,
meditatio si rei gerendae defuit.
nil est, quod ampliorem curam postulet,
quam cogitare, quid gerendum sit. dehinc
incogitantes fors, non consilium regit.
sed ego me ad partes iam recipio. plaudite
meditaminique, ut [vestram] rem curetis publicam.

---

206 Ter. Andr. IIII 4, 19 (758) veni in tempore 208 Ter. Heaut. II 3, 123 sq. (364 sq.) in tempore ad eam veni, quod rerum omniumst primum 209 Ter. Heaut. II 3, 34 (275) 219 sq. Ter. Phorm. II 1, 11 sq. (241 sq.) quam ob rem omnis, cum secundae res sunt maxume, tum maxume meditari secum oportet

---

206 uenit *V*, ueni *cet.*, venito *Toll* 207 ^{sic} comicus *V* (sic m^2), comicus *cet.*, ille comicus *Lugd. volgo*, itidem comicus *ego* 208 rex omnem *P* primum esse *Ven.*^{4} *volgo* 209 a*d *V* anthiphilam *V*, antiphylam *P* quo *codd.*, quom *anonymus in exempl. Vratisl.*, *cf. Peiper 267* dromō *V* (r m^2), drimō *P*, drimon *h* 210 īpeditum *P*, impeditam *h Ug.* 211 reputati *Vh*, reputatiue *P* quot' *P*, quotus *Ug.* 212 oportunitas *VP* 213 ^{h}abire *V* (h m^2) ne si (sc̣ī *P*, sim *h*, *om. Ug. volgo*) molestus *codd.*, molestus ne sim *ego*. — Periander (*in mg.* m^2 Hic est Periander ille amicus Arionis fidicinis, cuius fabulam scripsit Herodotus) *P* 214 ephira *V* periander (pi̊riāder *V*, e m^2) huc (hoc *P*) *codd.*, huc Periander *Ven.*^{4} 215 et *codd.*, qui *Lugd.*, et qui *Vin.* (*vel* et sic) *volgo*, et hoc *ego* 216 meditationem esse *codd.*, meditationi inesse *ego* (*cf. v.* 66), meditationem id esse *Accursius volgo*, meditationis esse *Heinsius* totum quod (quidem *P*) recte (recte *del. in V* m^3, *om. Ug.*) geras *codd.*, quod recte geras *Heinsius* 217 his *V* (h *del.* m^2) gerenda^e *V* (e m^2) 220 medicanda *P* tererentius *V* (r *pr. ex* t m^2), terrentius *P* 222 magnus *P* 223 medicari *P* 224 homnes *V* inceptis *codd.* 225 ge^{re}ndae *V* (re m^2) 226 nichil *P*, nihil *h Ug.* 227 quod *h volgo*, qui *Ug.* 229 patres *V* 230 meditamini *Vh*, meditari *P Ug.*, meditati *Par. volgo*, meditaminique *Heinsius* uestram rem *codd. volgo*, uestram *del. Heinsius* plublicam *V* Explicit ludus ·VII· sapientum *P*, Finitur ludus vii sapientum *h*, Finit ludus septem sapientum *Ug.* *In P haec sunt adiecta*: Incipiunt eorundem nomina atque sententie ut qui relegere plura de ipsis scripta fastidiunt, maiore conpendio subiecta cognoscant. primus solon atheniensis ait. ℞ca. τελος ορα μακρου βιου. hoc ê. Finem respice longe uite. Chilon spartanus ait. γνωθι σεαυτον. hoc est. Nosce te ipsum. Cleobulus Ligdius ait. μετρον αριστον. hoc est. Modus optimus. Thales Milesius ait. εγγυα παρα δ' ατα. hoc est. Vadimonio adē noxa. Bias prieneus ait. οι πλειστοι κακοι. hoc ê. plures mali. Pitthacus myteleneus ait. καυρον γνωθι. hoc ê. Tempus agnosce. Periander Corinthius ait: μελετη το παν. hoc ê. Meditatio totum. sicut a poeta legimus usurpatum, modus omnibus utile rebus (*cf. Plaut. Poen. I, 2, 29* [235]). Expliciunt nomina et sententiae septem sapientum. ℞.

XXI. CAESARES.

1. AVSONIVS HESPERIO FILIO S. D.

Caesareos proceres, in quorum regna secundis
consulibus dudum Romana potentia cessit,
accipe bis senos. sua quemque monosticha signant,
quorum per plenam seriem Suetonius olim
nomina res gestas vitamque obitumque peregit.

MONOSTICHA DE ORDINE IMPERATORVM.

Primus regalem patefecit Iulius aulam
Caesar et Augusto nomen transcripsit et arcem.
privignus post hunc regnat Nero Claudius, a quo
caesar, cognomen Caligae cui castra dederunt.
Claudius hinc potitur regno. post quem Nero saevus
ultimus Aeneadum. post hunc tres, nec tribus annis:
Galba senex, frustra socio confisus inerti,
mollis Otho, infami per luxum degener aevo,
nec regno dignus nec morte Vitellius ut vir.
his decimus fatoque accitus Vespasianus
et Titus imperii felix brevitate. secutus
frater, quem calvum dixit sua Roma Neronem.

XXI. **1.** 17 Iuv. IIII 39 cum . . . calvo serviret Roma Neroni

XXI. *Σ = Reginensis 1283 (f. 112 et 113). M² = altera Caesarum in M recensio f. 117ʳ — 118ᵛ. P² = Petavianus ab Heinsio collatus. α, β, γ, δ, ε, ζ = Parisini 2782, 5801, 5802, 6116, 8069, 9347. η, ϑ, ι, ϰ, μ = Laurentiani 45, 26; 64, 8; 64, 9; 66, 39; 89 inf. 8. ν = Bruxellensis 10021. ξ = Mellicensis (cf. Melet. Vindob. I 66). ο et π = Bernenses 104 et 285. ϱ = Montispessulanus schol. med. H 4. σ = Neapolitanus mus. publ. CXXV (IIII C 25). τ = cod. quidam membr. ab Heinsio collatus. φ = Glasgoviensis mus. Hunter. V 3, 11. — cod. ιμσφ = X. — Caesarum quae nunc supersunt continentur omnia VBWΣ, monosticha et ex tetrastichis vv. 53—76 ω, monost. et ex tetr. vv. 1—81 X, monost. et ex tetr. vv. 1 et 2 γδϑϰξοτ, ceteris, quos supra commemoravi, et p³ sola monosticha. in recentissimis quibusdam, qui sola exhibent monosticha, veluti cod. mus. Brit. add. Ms. 12009 saec. XV f. 157ᵛ, omissi sunt vv. 1—5, quibus Hesperium adloquitur Ausonius. — in β leguntur vv. 30—41, 1—5, in ν 1—22, 31—36, 23—27, 29, 37—41, in ϱ post v. 17 leguntur vv. 39—41.* — **1.** Asonius mesperio filio sđ *V*, Ausonius Hesperio filio sał *T et* (sał *om.*) *Mp*³, Incipit epła ad Hesperium filium *Σ* (*in quo ante* ad: Ausonii *s. v. m. ant.*) *W* (*m. rec. in mg.* Ausonii), Incipiunt (*om. ν*) uersus de XII (primis *add. ξ*) imperatorum Romanorum *ενξ*, Sydonii uersus (*m. saec. XV adscr.* in principio libri. Isti uersus ał leguntur Decimi Magni Ausonii Musellę) *ι*, Sydonii uersus in principio e. q. s. *μ*, Sydonii uersus in principio libri. Alii dn̄t Decimi e. q. s. *σ*, Suetonii uersus in principio libri aliter leguntur. Decimi magni Ausonii musillae *φ*, Sidonii (Sydonii *ϑ*) uersus *δϑ*, Versus Suetonii (*in mg. m. saec. XIIII* in quibusdam libris est Sidonii. sed non ⟨ita?⟩. utrobique est error. uersus enim sunt ausonii *γ*, *om. BαβζηκοπϱM²*. — 3 monostica *VBWΣεζ*, monasticha *M²*, monastica *X* sig^{n}āt *V* (n *m²*) 4 perplexam *W post v. 5* Monastica de ordine imperiorum *V*, Explicit epła. incipiunt monastica (monosticha *W*) de ordine imperatorum (imperiorum *W*) *WΣ*, Monostica de ordine imperatorum *ω*, Versus de nominibus duodecim cesarum *M²*, *om. cet.* 6 dulius *V* (*corr. m²*) 7 a^{v}gusto *V* (v *m²*) transcribsit *V* 8 regnat *B* (*s. v.*), *om. M²* 9 cęsar *ε* (gaius *s. v. m²*), gaius *αηϑικοπϱ*, caius *γδμστφ volgo* cognomen *Σ* (ag *ex* cog *m²*) claustra *αεηνξπ et ϱ* (ł castra *s. v.*) 10 scaeuus *T* 11 tres] rex *Σ* (*m² in ras.*) nec *V* (*m² s. v.*), *post* tribus *M²* 12 senes̄ *V* (x *m²*) inherti *WMp*³ 13 oto *T* infamis *ξ* (*in quo* s *eras.*) *γδϑϰXM* deneger *Bϑν* aeui *γδεϑϰX* 15 accitur *γϑϱX* uespassianus *Σ* (*semper*) *et priore* s *eras. ξ* 16 et *ε* (at *m²*) sequtus *V*, sequutus *W*, securus *T* 17 fratrem *Vε*, erāt *M²*

DE AETATE IMPERII EORVM MONOSTICHA.

Iulius, ut perhibent, divus trieteride regnat. 528
Augustus post lustra decem sex prorogat annos.
et ter septenis geminos Nero Claudius addit.
tertia finit hiems grassantia tempora Gai.
Claudius hebdomadam duplicem trahit et Nero dirus
tantundem, summae consul sed defuit unus.
Galba senex, Otho lascive et famose Vitelli,
tertia vos Latio regnantes nesciit aestas,
. . . . . .
implet fatalem decadam sibi Vespasianus. 10
ter dominante Tito cingit nova laurea Ianum.
quindecies saevis potitur tum frater habenis.

DE OBITV SINGVLORVM MONOSTICHA.

Iulius interiit Caesar grassante senatu. 529
addidit Augustum divis matura senectus.
sera senex Capreis exul Nero fata peregit.
expetiit poenas de Caesare Chaerea mollis.
Claudius ambiguo conclusit fata veneno. 5
matricida Nero proprii vim pertulit ensis.

---

25 Verg. Aen. I 265 tertia dum Latio regnantem viderit aestas

---

D^{e} etate imperii eorum mono^{s}tica *V*, Item monostica de ętate imperii eorum *BW*, Īt monastica de aetate imperatorū *Σ*, Monostica de aetate imperatorum in imperio *T*, De etate imperii monostica *Mp*^{3}, De tempore imperii eorum *M*^{2}, De longitudine regni eorum *γδεηϑκνξοπϱX*, *om. cet.* 18 per^{h}ibent *V* (h *m*^{2}), peribent *M* triederide *W*, trieteride *B* (t *alt. in ras.*), triateride *T* 19 sex] ex *TMp*^{3} 21 finit hiemps *W* (*in ras.*) hiems *Σ* (m *in ras.*), hiemps *M*^{2}, hyems *T*, hyemps *M* transsantia *V* (s *alt. del.*), crassantia *Tp*^{3}*M*^{2} gai *Σ* (*corr. ex* regi *m*^{2}), cai *Tp*^{3}, grai *ε* (r *del. m*^{2}) *P*^{2}, graii *ξ* (aii *m*^{2} *in ras.*) 22 ebdomadam *VBWΣM*^{2}*Mp*^{3}*ζνξ et ε* (dem *ex* dam), ebdomam *T*, hebdomadem *vel* ebdomadem *cet.* duplicem] binam *αηπϱ*, *om. νp*^{3} dirus *Σ* (r *in ras.*), dinus *ζ*, durus *η* et] at *T* 23 tandundem *T* summ^{a}e *V* uefuit *V* (*corr. m*^{2}) 24 galbo *V* (*corr. m*^{2}) senes^{x} *V* (x *m*^{2}) oto *T* lassiue *V* (s *alt. in* c *mut. m*^{2}, e *in ras.*), lasciua *T* *et om. VBWΣM*^{2}*P*^{2}*ωp*^{3}*νξτ* formose *P*^{2}*αγδεϑκνξοπϱτφ* et *ι* (a *s. v. m*^{2}) *et μσ* (a *s. v. m*^{1}) 25 regnates *T* nesciat *Σ* (at *ex* et *m*^{1}) *WM*^{2}, nesciet *ωP*^{2}*εξ et ζ* (et *ex* at *m*^{1}), uestiit *αηνπϱ* etas *Vδo*, aetas *B et W* (aestas *corr.*), ae^{s}tas *εκσ* 26 *lacunam significavi*; *in γδκοτX* et *ε* (*m*^{2}) *hic v. legitur* Interitus dignos vita properante probrosa, *in editiones inde ab Ugoleto receptus* 27 decadam *VBWωp*^{3}*M*^{2}, decadem *cet.* uespaxianus *T* 28 *extat in Vωp*^{3}, *om. BWΣM*^{2}*P*^{2}*αζηνξπϱ et ε* (*m*^{1}), Ostensus terris titus est breuitate bienni *ε* (*m*^{2}), Heu tite monstrauit terris te uita biennis *γ*, coniuncti leguntur *hi vv. in δϑκοτX* (*in φ versus alter in mg. scriptus est m*^{2}) 29 scęuis *T*, saevus *volgo* tum *Σ* (*ex* dum) *Heinsius*, dum *cet.* — Īt de obitum singulorum monasthicha *V*, De obitu singulorum monostica *Mp*^{3}, Item (*om. T*) monostica (monastica *Σ*) de obitu singulorum *BWΣT*, De finibus eorum (eorumdem *ξ*) *γδηϑκνξοπϱX*, De mortibus eorum *εM*^{2} *volgo*, *om. cet.* 30 *om. BWΣM*^{2}*P*^{2}*ζνξ et ε* (*m*^{1}), Exegit poenas de cesare curia mollis *αβγδηϑκοπϱτX et ε* (*m*^{2}) crassante *VT* 32 sera *om. T* senes^{x} *V* (x *m*^{2}) Capreis] in campis *T*, campis *BΣ* (*cuius in mg.* ał codex capęreis) *αι* (in quo *s. v. m*^{2} capręis) *ξπϱ*, capis *ε* (a *del. m*^{2}) ex^{s}ul *V* (s *m*^{2}), ex uulnere *W* 33 *om. αβηπϱ*, Ter decies (denis *X*) periit repetito uulnere gaius *ε* (*m*^{2} *in totius uersus rasura*) *γδϑκοτX* expendit *B*, exegit *Ven.*^{4} *volgo* Caesare] Gaio *L. Mueller* curia *V* 34 concludit *T* 35 proprii vim] proprium *P*^{2}*ξ et ε* (*m*^{1}) propriorum pertulit (perculit *η*) enses *αηνπϱ*, proprio se perculit ense *ιμ* (*quorum in mg.* ał proprii uim pertulit ensis) *βγδϑκοστφ et ε* (*m*^{2}) ens*is *V*

Galba senex periit, saevo prostratus Othone.
mox Otho famosus, clara set morte potitus.
prodiga succedunt perimendi sceptra Vitelli.
laudatum imperium, mors lenis Vespasiano.
at Titus, orbis amor, rapitur florentibus annis.
sera gravem perimunt, set iusta piacula fratrem.

2. TETRASTICHA.

Nunc et praedictos et regni sorte sequentes (260)
expediam, series quos tenet imperii. (*VBW*)
incipiam ab divo percurramque ordine cunctos,
novi Romanae quos memor historiae.

IVLIVS CAESAR.

Imperium, binis fuerat sollemne quod olim (I) 261
consulibus, Caesar Iulius optinuit.
set breve ius regni, sola trieteride gestum:
perculit armatae factio saeva togae.

OCTAVIVS AVGVSTVS.

Vltor successorque dehinc Octavius, idem (II) 262
Caesar et Augusti nomine nobilior.
longaeva et numquam dubiis violata potestas
in terris positum reddidit esse deum.

TIBERIVS NERO.

Praenomen Tiberi nanctus Nero prima iuventae (III) 263
tempora laudato gessit in imperio.
frustra dehinc solo Caprearum clausus in antro
quae prodit vitiis, credit operta locis.

---

Praefatio Techopegnii. Ausonius Pacato proconsuli *V*, Ausonius Pacato proconsuli *Q* = *cod. Vossianus Q. 33 f. 112^{v} saec. X* **1.** 1 apud *Q* precedere *V* 2 thaidem *VQ*, Thaide *Scal.* 3 inuenio *VQ corr. Scal.* monosillaba *V* 5 aliave *Hartel* sophystica *Q* uno *V* (u *in ras. m*^{2}) set *V* (d *m*^{2}), sed *Q* cohaerentia ut *Q* 6 separati] si paruū *Q* munuscula *Q* 7 set *V* (d *m*^{2}), sed *Q* laborat tenuis non *Q* 8 monosilbaba *V* 9 techope^{g}nii *V* (g *m*^{2}), tethopegnii *Q* 10 rem *V* (artem *m*^{2}) uale *add. Q volgo*

2. De monosyllabis opus *TE*, De monosyllabis *muvv*^{2}, *nullum lemma M*, Paulino suo *add. Ug.*, Ausonius Paulino suo *Lugd.* 1 techno paegmon *T*, cechnopaogion *M* 2 steti modo *T* 3 concitandi *ω*, cogitandi *Ven.*^{4} *volgo*, concinnandi *ego* monosyllabum *Par. volgo* 4 et o mora, o poena *Lugd. volgo* poema *T* 5 inconnexa *ω* est *T*, *om. Mχ volgo* nihili uel *ω*, vel *om. l*, vel nihili *Scal.* 6 dialeticon (dyal- *M*) *TM*, didacticon *Vin.*

non est quod mireris, sed paucis litteris additis, est cuius miserearis neque aemulari velis. et si huc quoque descenderis, maiorem molestiam capias ingenii et facundiae detrimento, quam oblectationem imitationis affectu.

3. VERSVS MONOSYLLABIS ET COEPTI ET FINITI, ITA VT A FINE VERSVS AD PRINCIPIVM RECVRRATVR.

Res hominum fragiles alit et regit et perimit fors, 339
fors dubia aeternumque labans, quam blanda fovet spes, (*VQOCω*)
spes nullo finita aevo, cui terminus est mors,
mors avida, inferna mergit caligine quam nox,
nox obitura vicem, remeaverit aurea cum lux,
lux dono concessa deum, cui praevius est Sol,
Sol, cui nec furto in Veneris latet armipotens Mars,
Mars nullo de patre satus, quem Thraessa colit gens,
gens infrena virum, quibus in scelus omne ruit fas,
fas hominem mactare sacris: ferus iste loci mos,
mos ferus audacis populi, quem nulla tenet lex,
lex, naturali quam condidit imperio ius,
ius genitum pietate hominum, ius certa dei mens,
mens, quae caelesti sensu rigat emeritum cor,
cor vegetum mundi instar habens, animae vigor ac vis,
vis tamen hic nulla est: tantum est iocus ac nihili res.

4. VERSVS MONOSYLLABIS TERMINATI EXORDIO LIBERO. PRAEFATIO.

Vt in vetere proverbio est 'sequitur vara vibiam', similium nugarum subtexo nequitiam. et hi versiculi monosyllabis terminantur, exordio tamen libero, quamquam fine legitimo. sed laboravi, ut quantum eius possent aput aures indulgentissimas, absurda 340 (*VQω*)

---

3. 2 Tibull. II 6, 19 sq. credula vitam spes fovet

---

10 vale *add. Scal. volgo*

3. Finit p̄fac̄. Incip̄ Tetnopegnii text' *Q*. Incipit techopegnii tes tus *O* = *Paris. 2772 f. 79ʳ saec. X—XI*, Versus monosyllabis (i *pro* y *VM*, monosyllabi *C*) et (*om. VTvE volgo*) coepti et finiti (cepti *CM et T*, *qui om.* et finiti) ita ut (et *add. M*) a fine uersus ad principium recurratur (recurrant *V volgo*, recurrat *CTv*) *VCTMvE*, *deest lemma in mu.* 1 faciles *T* aliter *C* (*om.* et), alit *T* (t *ex* o) egit *Q*, regit et *om. O* sors *TχE* 2 sors *TχE* dubiṭa *C* que *V* (*s. v. m*²) *om. Q* quam] quia *Q* 3 fine aeuo *M*, sine fine aeuo *TχE* termini *O* 4 inferni *QT* mergi ne qua nox *ω* 5 nox sortita uices *Cω* aura *O* quū̇ *V* 6 dona *Q* dm̄ cᵛi *V* (m̄ cᵛi *m*² *in ras.*) 7 ne *T* in *om. Par. volgo* iacet *C* 8 tressa *VMl*, tiressa *O*, thressa *cet.* alit *O* 9 infesta *C*, inferna *O* 10 ⁱste *V* (i *m*²) mox *V* (*corr. m*²) 11 mox *V* (*corr. m*²) 12 inperio *V* 14 irrigat *C* cor cor *T* (*pr.* cor *del.*) 15 uegetam *O* animae *om. T* uigoret *V* (ret *m*² *in ras.*) *Q*, uigor *O*, uigor ac *cet.* 16 tantum] uerum *Cω volgo* est *om. O* iocosa-nihili *V*, iccora nihili *Q*, iuco et nihili *O*, iocus et nilhil *C*, iocus et nihili (nichil *M*) *ω* ac *ego*, et *volgo*

4. Itē praefatio monosyllabarum (-sill- *V*) tantum (tan *V s. v. m*²) in fine positarum *V* (*ubi* ĪĪĪ *ante* Vt) *Q* (monosyllaborum . . . positorum *Scal. volgo*), Versus monosyllis terminati. Exordium *T*, Versus monosyllabis terminati exordio (ordine *m*) libero *muv*, Prefacio quantum ad haec monosyllaborum genera *E*, *nullum lemma M*, *praefatiunculam om. CO* 1 uertere *V*, ueteri *Q* prouerbio] uerbo *ω volgo* est *V* (*s. v. m*²) sequitur uara bibiam *V*, uara bibiam sequitur *Q*, sequitur uarai (narai *M*) ubi iam *ω* subtexⁱo *V* (i *m*²), subtexto *QM*, subtexo *cet.* 2 et in uersiculiˢ *V* (s *m*²) monosillabis *V* exordiᵒ *V* (o *m*²) 3 eius *om. ω* possent *VQ*, posset uideri *ω cod. Accursii*, posset *volgo*, pote *Gronov* apud *Qω*

concinerent, insulsa resiperent, hiulca congruerent, denique haberent et amara dulcedinem et inepta venerem et aspera levitatem. quae quidem omnia, quoniam insuavis materia devenustat, lectio benigna conciliet. tu quoque mihi tua crede securior, quippe meliora, ut, quod per adagionem coepimus, proverbio finiamus et 'mutuum muli scalpant'.

Aemula dis, naturae imitatrix, omniparens ars, (*VQOCω*)
Pacato ut studeat ludus meus, esto operi dux.
arta, inamoena licet nec congrua carminibus lex,
iudice sub tanto fandi tamen accipiet ius:
quippe et ridiculis data gloria, ni prohibet fors.

5. DE MEMBRIS.

Indicat in pueris septennia prima novus dens, 341
pubentes annos robustior anticipat vox. (*VQOCω*)
invicta et ventis et solibus est hominum frons.
edurum nervi cum viscere consociant os.
palpitat inrequies, vegetum, teres, acre, calens cor,
unde vigent sensus, dominatrix quos vegetat mens,
atque in verba refert modulata lege loquax os.
quam validum est, hominis quota portio, caeruleum fel!
quam tenue et molem quantam fert corpoream crus!
pondere sub quanto nostrum moderatur iter pes!

6. DE INCONEXIS.

Saepe in coniugiis fit noxia, si nimia est, dos. 342
sexus uterque potens, set praevalet imperio mas. (*VQCω*)
qui recte faciet, non qui dominatur erit rex.
vexat amicitias et foedera dissociat lis.

---

5. 1 Sol. 27, 1 sq. B. παῖς μὲν ἄνηβος ἐὼν ἔτι νήπιος ἕρκος ὀδόντων φύσας ἐκβάλλει πρῶτον ἐν ἕπτ' ἔτεσιν Gell. N. A. III 10, 12 dentes . . . ait (Varro) . . . cadere annis septimis 2 Plin. N. H. XI 270 vox roboratur a XIIII annis

6. 3 Hor. Epist. I 1, 59 sq. at pueri ludentes 'rex eris' aiunt, 'si recte facies'

---

4 respirent *TM* hiulca . . . haberent *om. VQ* et haberent amara *M* amaram *TχE* 5 inepta *VQ*, inamenam *vel* inamęnam *ω*, inamoena *Lugd. volgo* asperam *ω* lenitatem *VQ* 6 matheria *Q* cōciliet *V* (cili m^2 *in ras.*) 7 quippe *om. Q* ut] sed ut *ω* per *om. T* agionem *Q* et *om. ω* mutuo *Q* 8 scabant *ω volgo, quod fortasse praeferendum* Itē prefatio ėàrum monosillabarum uersus *V* (*in mg.* IIII), Item prefatio uersibus *Q et* (*add.* IIII) *O*, Praefacio quantum ad haec monosyllorum gna *Tχ*, Prefacio *M*, Versus monosyllabis terminati exordio libero *E*, *nullum lemma C* 9 diis *TχE* imitatris *O* 10 *expectes cum Mommseno* niteat ludus] labor hic *Cω* est *OC* 11 a*rta *V* (u *eras.*), arte *QO*, arcta *TχE* inamoena *QOE*, inamena *cet.* cogrua *QT* 12 fando *VQO* 13 fors] lex *C*

5. De membris (menbris *OM*) *V* (*ubi* v *ante* De) *QOCM*, hominum *add. TχE* 2 anticip*at *V* (i *eras.*) 3 *verba* inuicta . . . hominum *bis sunt scripta, sed repetita deleta* m^2 *V* infecta *C* 4 et durum *VQO* cōsociant *V* (ō *ex* ū m^2), consociat *O* cvs *Q* (c *ex* o *per ras.*), ōs *O*, ŏs *C* 5 et requies *ω* terrę sacre *Q* 6 uiget *T* quis *Q* uegatat *V* 7 adque *V* loqu^{a}x *V* (a m^2) 8 homini sunt quota porta *O* 9 quanta *O* crus *V* (s m^2 *in ras.*) 10 ponde *O*

6. De inconexis *V* (*ubi* VI *ante* De) *C*, De inconnexis *ω*, De conexis *Q*, Inconnexa *Lugd. volgo* 1 coniugibus *Cω* dos] uox *V* (*sed* m^2 *in loco evanido*) *Q* 2 sed *QCω* inperio *V* 3 qui* (*ante* recte) *V* (s *eras.*) 4 foedera] sotia *Q* dissociat *V* (a *ex* e m^2)

incipe: quidquid agas, pro toto est prima operis pars.
insinuat caelo disque inserit emeritos laus.
et disciplinis conferta est et vitiis urbs.
urbibus in tutis munitior urbibus est arx.
auro magnus honos, auri pretium tamen est aes.
longa dies operosa viro, sed temperies nox,
qua caret Aethiopum plaga, pervigil, inrequies gens,
semper ubi aeterna vertigine clara manet lux.

7. DE DIS.

Sunt et caelicolum monosyllaba. prima deum Fas, 343
quae Themis est Grais, post hanc Rhea, quae Latiis Ops, (*VQCω*)
tum Iovis et Consi germanus, Tartareus Dis,
et soror et coniunx fratris, regina deum, Vis,
et qui quadriiugo curru pater invehitur Sol,
quique truces belli motus ciet armipotens Mars,
quem numquam pietas, numquam bona sollicitat Pax.
nec cultor nemorum reticebere, Maenalide Pan,
nec genius domuum, Larunda progenitus Lar,
fluminibusque Italis praepollens sulphureus Nar,
quaeque piat divum periuria, nocticolor Styx,
velivolique maris constrator leuconotos Libs,
et numquam in dubiis hominem bona destituens Spes.

8. DE CIBIS.

Nec nostros reticebo cibos, quos priscus habet mos, 344
inritamentum quibus additur aequoreum sal. (*VQCω*)
communis pecorique olim cibus atque homini glans,
ante equidem campis quam spicea suppeteret frux.

---

5 Hor. Epist. I 2, 40 dimidium facti qui coepit habet . . . incipe (*cf.* epigr. 84)
7. 4 Verg. Aen. VII 432 caelestum vis magna iubet 9 Appul. de deo Socr. XV 152 10 Verg. Aen. VII 517 sulpurea (sulphurea *bc*) Nar albus aqua, Plin. N. H. III 109 (Nar) sulpureis aquis 12 Verg. Aen. I 224 mare velivolum

---

5 quicquid *QCω* (*in T* quicquisc) opprima *T* (op. *del.*) 6 diisque *TχE* 8 *om. C* arx] rex *V* (*m*² *in loco evanido*) *Q*, ars *M* 10 uiris *Q* temperiās *C* 11 etiopum^{p}la*ga *V* (p *m*²) plaga plaga *T* (*alt. del.*) irrequies *T* 12 manet *VQ*, clarat *lmu* (*om.* clara), nitet *cet.* (*in T* "clara nitet uertigine) *volgo*
7. VII De di^{i}s *V* (i *m*²), De diis *Q*, De dies *C* (diis *corr.*), De dis *M*, De monosyllabis deorum *TχE* 1 cęlicolę *Q* (ę *alt. ex corr.*) monosillaba *VM* 2 themis tenis est *Q* hac *C* g^{r}ais *V* (r *m*²), grahis *Q* ręa *V*, rea *QC* Latiis] latus ·ē· *C* obs *V* 3 tunc *C* consors *VQ*, consi^{ors} *C* (ors *m*²) tartarius *V* (i *ex* e), thartareus *Q* 4 *om. ω* Et soror *V* (*add. m*²) 5 qui *V* (i *m*² *in ras.*) quidriiugo *V* (*corr. m*²) 6 trucis *VQ* curet *Q* 7 bona *om. VQ* "solicitat bo^{n}a *T* 8 memorum *V* 9 geni^{t}us dom^{u}ū *V* (t *m*²), genus hoc domuum (hominum *χ*) *ω* 10 ytalis *M* sulphureus *V* (h ex b *m*²), sulphureās *C* Nar] nas *C* 11 pias *C* peiuria *VQ* stix *CM* 12 ueliquolique *V*, uelicolique *Q* leucotonos *Qχ* vbs *Q*, lybs *T* 13 hominum *codd.*, hominem *Dousa* distituens *VQ*
8. De cibis *V* (*ubi* VIII *ante* De) *QCM*, nostris *add. cet.* 1 quo priscus *V* (us *ex* a *m*²) habet] abos *Q* 2 irritamentum *QCTM* aequoreus *CTM* 3 pe^{co}rique *V* (co *m*²), pecorisque *TM* olim communis pecori cibus *Ug. volgo* adque *V* 4 equidem] etiam *Q* spicea *om. T* sup$^{ter\&}$&**** *V* (ter& *m*²)

mox ador atque adoris de polline pultificum far,
instruxit mensas quo quondam Romulidum plebs.
hinc cibus, hinc potus, cum dilueretur aqua puls.
est inter fruges morsu piper aequiperans git,
et Pelusiaco de semine plana, teres lens,
et duplici defensa putamine quinquegenus nux,
quodque cibo et potu placitum, labor acer apum, mel.
naturae liquor iste novae, cui summa natat faex.

9. DE HISTORIIS.

Solamen tibi, Phoebe, novum dedit Oebalius flos. 345
flore alio reus est Narcissi morte sacer fons. (*VQCω*)
caedis Adoneae mala gloria fulmineus sus.
periurum Lapitham Iunonia ludificat nubs.
ludit et Aeaciden Parnasia Delphicolae sors.
Thraeicium Libycum freta Cimmeriumque secat bos.
non sine Hamadryadis fato cadit arborea trabs.
quo generata Venus, Saturnia desecuit falx.
sicca inter rupes Scythicas stetit alitibus crux:
unde Prometheo de corpore sanguineus ros
aspargit cautes et dira aconita creat cos.
Ibycus ut periit, index fuit altivolans grus.
Aeacidae ad tumulum mactata est Andromachae glos.
carcere in Argivo Philopoemena lenta adiit mors.
tertia opima dedit spoliatus Aremoricus lars.
sera venenato potu abstulit Hannibalem nex.
res Asiae quantas leto dedit inmeritas fraus!
ultrix flagravit de rupibus Euboicis fax.

---

8. 5 Plin. N. H. XVIII 83 pulte autem, non pane vixisse longo tempore Romanos manifestum, quoniam et pulmentaria hodieque dicitur 9 Verg. Georg. I 228 nec Pelusiacae curam aspernabere lentis

9. 3 Ovid. Fast. II 232 aper . . . fulmineo . . . ore, *cf.* Art. am. II 374 11 Plin. N. H. XXVII 10 nascitur in nudis cautibus quas aconas nominant et ideo aconitum aliqui dixere, . . . hanc aliqui rationem nominis attulere, alii, quoniam vis eadem esset in morte quae cotibus in ferri acie deterenda statimque admota velocitas sentiretur 15 Verg. Aen. VI 859

---

5 ador *V* (a *in ras.*) dpolline *T* (*om.* de) pultificiū *V* 6 ramulidum *Q* 8 fruiges *C* equiparans *M volgo* 9 pelusiaco *V* 10 dupplici *V* quīq^{s}tenis *V*, quinquegenis *Q*

9. VIIII De historiis *V*, De hystoriis *M*, De fabulis et historiis *mu* 1 fhoebe *V*, foebe *Q* 2 est] et *VQ* narciss^{y} *V* (y m^2), narcisi *T* more *C* 3 flumineus *V* (*corr.* m^2) 4 pe*iurū *V* (r *eras.*), peiurum *Q*, periurium *CM* lapitam *VM*, laphitam *C* iunoni^{a} *V* (a m^2) ludifica *Q* 5 aeacidē *V*, eaciden *Q*, aeacidem *cet.* sors] mors *C* 6 thericiū *V*, threicium *cet.* libicum *VQ* cimeriūque *V*, cymericumque *Q* uos *V*, Ros *Q* et furiata (funata *M*) oestro tranat mare cymmerium (cimmenum *M*, cymerium *T*) bos *Cω* 7 amadryadis *T*, amadriadis *QCM* facto *Q* 8 quod *VQ* 9 saeua *Cω* sciticas *VQ*, scythias *C*, scithicas *M* 11 spargit *Q*, aspergit *Cω* acotina *VQ*, conita *C* *pro* cos *in C ras.* 12 ibicus *VCω*, inditus *Q* uindex *Cω volgo* 13 andromacę *V* *v.* 15 *ante* 14 *C* 14 philopoemen alanta *C* 15 *om.* *ω* picna *V*, pugna *Q* dedit *V* (*s. v.* m^2) 16 saera *C* uenetto^{na} *V* (na m^2) annibalem *VC*, anibalem *Q* *v.* 17 *ante* 25 *C*, *post* 22 *ω* 17 lęto *QT*, loeto *C* inmerita *CM*, immeritas *TχE* 18 ult^{r}ix (*V* m^2, ultis m^1) flagraui^{t} *V* (t m^2) aeuoicis *V*, aeboicis *Q*

stat Iovis ad cyathum, generat quem Dardanius Tros.
praepetibus pinnis super aëra vectus homo Cres.
intulit incestam tibi vim, Philomela, ferus Thrax.
barbarus est Lydus, pellax Geta, femineus Phryx.
fallaces Ligures, nullo situs in pretio Car.
vellera depectit nemoralia vestifluus Ser.
nota in portentis Thebana tricorporibus Sphinx.
nota Caledoniis nuribus, muliebre secus, strix.

10. DE VERE PRIMO.

Annus ab exortu cum floriparum reserat ver, 346
cuncta vigent: nemus omne viret: nitet auricomum rus (*VCω*)
et fusura umbras radicitus exigitur stirps.
non denso ad terram lapsu glomerata fluit nix.
florum spirat odor, Libani ceu montis honor tus.

11. PER INTERROGATIONEM ET RESPONSIONEM.

Quis subit in poenam capitali iudicio? vas. 347
quid si lis fuerit nummaria, quis dabitur? praes. (*VCω*)
quis mirmilloni contenditur aequimanus? thraex.
inter virtutes quod nomen Mercurio? fur.
turibula et paterae, quae tertia vasa deum? lanx.
cincta mari quaenam tellus creat Hippocratem? Cos.
grex magis an regnum Minoida sollicitat? grex.
quid praeter nubem Phaeacibus inpositum? mons.

---

22 Plaut. Bacch. II 1, 13 (121) hem quam, o Lyde, es barbarus. *Geta in Phormione Terentiana, Phryx fortasse in Leucadia Turpiliana* (*cf. fr. 2, v. 102 R.*) 23 Verg. Aen. XI 701 haut Ligurum extremus, dum fallere fata sinebant, *cf.* Cic. pro Flacc. 27, 65 Zen. III 59 24 Verg. Georg. II 121 velleraque ut foliis depectant tenuia Seres 26 Stat. Theb. I 597 sqq.

11. 8 Hom. Odyss. VIII 562. XIII 163

---

ante v. 19: Incipiunt monosyłła Ausonii de gentibus *C*, De gentibus *M*, De quibusdam fabulis *TχE* 19 ciatum *V*, cyatum *Q* genera *V* (a *ex* u m^2), genera *Q* quem . . . aëra *om. VQ* 20 pennis *Cω* uictus *V* (s *del.* m^2, rus m^2), uicturus *Q* chres *V* (m^2 *corr. ex* cheres) *Q* 21 vim] ũ *V*, ut *Q* incestam *C*, ingestam *M*, incoestam *T* phylomena *M*, philomena *TχE* trax *CM* 22 lydus *V* (y *ex* i m^2, i *s. v.* m^2), lidius *Q* pellax *VQ*, ferus *C*, seruus *ω*, bellax *Toll volgo* foemineus *T* frix *VQCT*, fax *M* 23 *om. ω* Audaces licii nullo tamen in pretio car *C* 24 *om. ω* depecti *C*; *sed post 10, 5 in Cω hic legitur versus* Iam pelago uolitat mercator uestifluus ser 25 thebam atricorporibus *Q* 26 caledoniis (-nus *Q*) nuribus *VQ*, et paruorum cunis *Cω* decus *VQ*, secus *CM*, scelus *cet.*, pecus *Floridus volgo*

10. x De uere primo *V*, De uere *CM*, De commoditate quae tempore ueris habetur *TE*, De commoditate ueris *cet.* 1 floriparum *V*, flore parum *C*, floriferum *ω* 2 uiret] uiget *T* nitet *om. V* 3 passura *C*, passura *ω* radicatus *V* (*corr.* m^2) exeritur *Mommsen* stirps *T*, strips *M* (*infra in mg. sin.* stirps) 4 labsu *V* ruit *M* 5 sperāt *V* (*corr.* m^2) thus *T*

11. xi *ante* Per *V* responsionē *V* (– *add.* m^2) 1 poena *V* 2 si] cum *Cω* 3 mirmiloni *T*, mimiloni *C* thrax *V* (thrux m^2), threx *C*, thres *ω* 4 uirtute quid *M* 5 thuribula *T*, turribula *M* paterne *C* (n *del.*) 6 cinta *M* quaenam *om. M* ippocratem *VC*, ypocratem *M* con *mu*, cho *E*, co *cet.*, Cos *Par.* 7 solicitat *T* 8 phaecibus *V* (c *del.* m^2, t m^2, pha *in ras.*) impositum *ω*

dic cessante cibo somno quis opimior est? glis.
tergora dic clipeis accommoda quae faciat? glus.
sponte ablativi casus quis rectus erit? spons.
quadrupes oscinibus quis iungitur auspiciis? mus.
quid fluitat pelago, quod non natat in fluvio? pix.
bissenas partes quis continet aequipares? as.
tertia defuerit si portio, quid reliquum? bes.

12. DE LITTERIS MONOSYLLABIS GRAECIS AC LATINIS.

Dux elementorum studiis viget in Latiis A, 348
et suprema notis adscribitur Argolicis Ω. (V)
eta quod Aeolidum quodque ⟨ΕΙ⟩ valet, hoc Latiare E.
praesto, quod Ε Latium semper breve Dorica vox Ε.
hoc tereti argutoque sono negat Attica gens: Ο.
Ω quod et Ο Graecum conpensat Romula vox Ο.
littera sum iotae similis, vox plena iubens I.
Cecropiis ignota notis ferale sonans V.
Pythagorae bivium ramis pateo ambiguis Y.
vocibus in Grais numquam ultima conspicior M.
zeta iacens, si surgat, erit nota, quae legitur N.
Maeandrum flexusque vagos imitata vagor Ξ.
dividuum betae monosyllabon Italicum B.
non formam, at vocem deltae gero Romuleum D.
hostilis quae forma iugi est, hanc efficiet Π.
Ausonium si pe scribas, ero Cecropium Ρ,
et rho quod Graecum, mutabitur in Latium Ρ.
malus ut antemnam fert vertice, sic ego sum Τ.
spiritus hic, flatu tenuissima vivificans, Η.
haec tribus in Latio tantum addita nominibus, Κ,
praevaluit post quam gammae vice functa prius C
atque alium pro se titulum replicata dedit, G.
ansis cincta duabus erit cum iota, leges Θ.
in Latio numerus denarius Argolicum Χ.
haec gruis effigies Palamedica porrigitur Φ.
coppa fui quondam Boeotia, nunc Latium Q.
furca tricornigera specie, paene ultima sum Ψ.

---

12 Plin. N. H. VIII 221 13 Plin. N. H. II 224
12. 10 Quint. I. O. XII 10, 31 20 Ter. Maur. 797 sqq. (VI 349 K.)

---

9 glux *V*, glix^{s} λ (s m^2) 10 clypeis λ, clipeisq *T* (q *del.*) accomoda *V* 11 qui *V* 12 *om.* ω auspicii *C* 13 quis ω 15 bes *om.* *V* (*add.* m^2), bis *C*, bos λ

12. XII De *etc.* *V* monnosillabis *V* (n *pr. del.* m^2) 2 argolo͡cus *V* 3 HTA *V* ΕΙ *add. Peiper*, ε *Turnebus volgo* latiar *V corr. Pulmannus*, Latiale *Floridus volgo* 5 egat *V corr. Scal.* ŏ *Scal. volgo* 6 eo^{y} *V*, et O *Vin.* 8 caec^{r}op**is *V* (r m^2) ferali resonans *V corr. Scal.* 9 pythagora *V*, *corr. Accursius* 13 beate *V*, betae *Accursius* monosillabo *V* (l *alt. ex* b) 14 aut *V*, at *Pulmannus* ^{ro}muleum *V* (ro m^2) 15 iugi* *V* 17 greco *V corr. Pulmannus* 18 antẽnam *V* 20 addit *V*, addita *Vind. 3261 Lipsius* 21 postquam *volgo* 22 adque *V* titulŏ *V* (– *eras.*); alium . . . titulum *Vind. 3261*, aliam . . . titulo *Lipsius*, *qui etiam* alium . . . titulum *proposuit, volgo* C *V*, G *Peiper Mertens*, Q *Turnebus volgo* 23 ansi *V corr. Pulmannus* 25 corucis *V*, gruis *Accursius* 26 cappa *V*, coppa *Peiper Mertens* fuit *Lugd. volgo* b^{o}etia *V* (o m^2) K *V*, Q *Peiper Mertens*

13. GRAMMATICOMASTIX.

En logodaedalia: stride modo, qui nimium trux 349
frivola condemnas, nequam: ⟨quia⟩ cum pretio est mers. (*VCω*)
Ennius ut memorat, repleat te laetificum gau:
livida mens hominum concretum felle coquat pus.
dic, quid significent Catalepta Maronis? in his al
Celtarum posuit, sequitur non lucidius tau:
estne peregrini vox nominis an Latii sil
et quod germano mixtum male letiferum min?
imperium, litem, venerem, cur una notat res?
lyntribus in geminis constratus ponto sit an pons?
Bucolico saepes dixit Maro, cur Cicero saeps?
vox solita et cunctis notissima, si memores lac:
cur condemnatur, ratio magis ut faciat lact?
an, Libyae ferale malum, sit Romula vox seps?
si bonus est insons, contrarius et reus est sons?
dives opum cur nomen habet Iove de Stygio dis?
unde Rudinus ait 'divum domus altisonum cael'?
et cuius de more, quod adstruit 'endo suam do'?
aut de fronde loquens, cur dicit 'populea fruns'?
sed quo progredior? quae finis, quis modus et calx?
indulge, Pacate, bonus, doctus, facilis vir.
totum opus hoc sparsum, crinis velut Antiphilae, pax.

---

13. 3 Enn. Ann. 451 V. 5 sqq. Verg. Cat. 2, 2 B. tau Gallicum, min et spin ut male illisit (*scriptura incerta*; *cf. Baehrens. Poet. lat. min. II 43 sqq.*) 8 *cf.* Quint. VIII 3, 29 germanum Cimber occidit 11 Verg. Ecl. I 53 17 Enn. Ann. 561 18 Enn. Ann. 562 19 Enn. Ann. 563 22 Ter. Heaut. II 3, 49 sq. (290 sq.) (*de Antiphila*) capillus passus prolixus circum caput reiectus neclegenter, pax

---

13. Gramaticomastex XIII *V*, Grammaticomestix *C*, *om.* ω 1 e *V volgo*, et *Cω*, en *ego* logoadaedalia *V*, locō dedalias *C*, loghodebalia *T*, logodacdalia λ ride *C*, strides *Toll volgo* quid ω 2 condemnans *VT* nequam *V*, nequaquam *T volgo*, nequam quoque *cet.*, nequam quia *ego*; *an* nequiquam, *quod probat Mommsen?* est *om. T* mēs *V*, merx *cet.*, mers *Mertens* *v.* 3 *post v.* 19 *hac forma* et quod nonnumquam praesumit (nonnunquam praesummit λ) laetificum gau *Cω* replea *V*, replet *Pulmannus volgo*, repleat *ego* 4 *om.* ω quoquat *V*, coquit *C* 5 scire uelim catalecta (catalepta *TλE*) legens quid significet (significetur *T*) tau (*v.* 6 *omisso*) *Cω* catalecta *volgo* *qui secuntur vv. 7, 8, 9 in V hoc ordine leguntur 9, 7, 8 et sic volgo, in C hoc 8, 9, 7, in* ω *v. 8 omisso v. 7 sequitur versum 9; aptum restitui ordinem praeeunte ex parte Scaligero* 7 sitne *Cω* peregni *V* (*corr.* m^2) an latii *VC*, anni *TE*, antii λ, an tu *cet.* 8 quo *V* 9 una] saepe *V* tria uenerem *C* notet *Cω volgo* 10 lintribus *codd.* an] am *V*, ā *T* 11 buccolico *T* sepes *T*, saepe λ maro *V* (a *ex* o) seps *codd.* 12 s^{y}memores *V* (y m^2) 13 condemnatur *V*, condamnetur *T*, condemnetur *cet. volgo* u^{t} *V* (u *in ras.* m^2, t m^2) 14 libiae *VC*, lybiae *T*, libere λ 16 Iove] curue *T*, cuiue λ stigio *Vλ*, stytio *C* Dis *volgo* 18 addidit *V* 19 auddefrōde *V* (efrō m^2 *in ras.*) frōs *V*, frus *T volgo* (*cf. Ribbeck ad Verg. Georg. II 372, Prolegg. 420*) dicat *Cω* 20 praegredior *V* 21 pauline *Cω* 22 *in mg.* m^1 *T* crinis ūutchtiphile *C* pax] quid *V* (quid m^2 *in ras.*?) Finiunt monosyłła *T*, Finis (Finit *E*) de monosyllabis *vE*

XXVIII. CENTO NVPTIALIS.

1. AVSONIVS PAVLO SAL.

Perlege hoc etiam, si operae est, frivolum et nullius pretii opusculum, quod nec labor excudit nec cura limavit, sine ingenii acumine et morae maturitate. centonem (ω) vocant, qui primi hac concinnatione luserunt. solae memoriae negotium sparsa colligere et integrare lacerata, quod ridere magis quam laudare possis. pro quo, si per Sigillaria in auctione veniret, neque Afranius naucum daret neque ciccum suum Plautus offerret. piget equidem Vergiliani carminis dignitatem tam ioculari dehonestasse materia. sed quid facerem? iussum erat, quodque potentissimum imperandi genus, rogabat qui iubere poterat. sanctus imperator Valentinianus, vir meo iudicio eruditus, nuptias quondam eiusmodi ludo descripserat, aptis equidem versibus et compositione festiva. experiri deinde volens, quantum nostra contentione praecelleret, simile nos de eodem concinnare praecepit. quam scrupulosum hoc mihi fuerit, intellege. neque anteferri volebam neque posthaberi, cum aliorum quoque iudicio detegenda esset adulatio inepta, si cederem, insolentia, si ut aemulus eminerem. suscepi igitur similis recusanti feliciterque et obnoxius gratiam tenui nec victor offendi. hoc tum die uno et addita lucubratione properatum modo inter liturarios meos cum repperissem, tanta mihi candoris tui et amoris fiducia est, ut severitati tuae nec ridenda subtraherem. accipe igitur opusculum de inconexis continuum, de diversis unum, de seriis ludicrum, de alieno nostrum, ne in sacris et fabulis aut Thyonianum mireris aut Virbium, illum de Dionyso, hunc de Hippolyto reformatum. et si pateris, ut doceam docendus ipse, cento quid sit absolvam. variis de locis sensibusque diversis quaedam carminis structura solidatur, in unum versum ut coeant aut caesi duo aut unus et sequens ⟨medius⟩ cum medio. nam duos iunctim locare ineptum est et tres una serie merae nugae. diffinduntur autem per caesuras omnes, quas recipit versus heroicus, convenire ut possit aut penthemimeris cum reliquo anapaestico aut trochaice cum posteriore segmento aut septem semipedes cum anapaestico chorico aut . . . . . post dactylum atque semipedem quidquid restat hexametro, simile ut dicas ludicro, quod Graeci ὀστομάχιον vocavere. ossicula ea sunt: ad summam quattuordecim figuras geometricas habent. sunt enim aequilatera

XXVIII. **1.** 5 Afran. fr. inc. XXIIII (431) R. Plaut. Rud. II 7, 22 (580) ciccum non interduim; *cf. eundem apud* Varr. de l. l. VII 91 ciccum non interduo 19 Hor. Ep. I 17, 3 docendus adhuc

XXVIII. Incipit Cento Nuptialis ω (*add.* Ausonii V. C. gg^2, uiri clarissimi Ausonii b^2) s. p. d. vv^2, Paulo suo s. p. d. *mu* **1.** 4 per *om. T* 5 Afranius . . . Plautus *om. lmuv et* v^2, *ubi in mg. sunt adscripta* nauci ω *volgo*, naucum *Salmasius, Ribbeck* neque cacum *T*, nec cicum $\lambda b^2 g^2 E$ *et* v^2 (*in mg.*), nec sticum *g Med.*, nec stichum *Par.* 6 equidem] enim *Tgg²E volgo* uirgiliani ω 7 est potentissimum *TE volgo*, potentissimum est $b^2 gg^2$, est *om. cet.* 8 sanctus] S ω qui *ante* nuptias *add. E volgo* 9 equidem] etiam λ festina $gg^2 \chi E$ 11 intellige ω 13 foeliciterque *Tλ* 14 tu me uno ω, die uno *E volgo*, tum die uno *Mommsen* 15 conperissem *T*, repperissem λb^2, reperissem *cet.* 17 inconexis gg^2, inconnexis *cet.* de (*om.* v^2, *s. v. scriptum in v* m^2) diuersis *lmuv*v^2 *Med.*, de diuisis gg^2, sed diuersis $T\lambda b^2 E$ nostrum] meum $\lambda b^2 gg^2$ 18 et] aut *T* thionianum λ dyonisio *Tλ* 19 hyppolito *Tλ* 21 medius *add. Mommsen* 22 tres b^2 *Med.*, res *cet.* diffindr untur *T* (r̄ *del.*), diffunditur *Med. volgo* 23 uersus λ (*s. v.* m^2) penthemimeres *T* (e *ult. ex* i) 24 anapaesto $gg^2 E$ *volgo* anapestico|chorico aut *T* 25 *lacunam indicavit Birt* (*ad hist. hex. lat. symb. p. 8*), *qui eam his explevit verbis* parvulum initium cum toto quicquid *Tλ* 26 exametro *Tλ* simile . . . uocauere *T in mg.* m^1 uocauere *TE*, uocauerunt *cet.* stomachion *T*, sthomachion $vv^2 E$, stommaticon (scomm- *m*) *mu*, στωμαχηον *l*, estomachion λ, ὀστομάχιον b^2, ostomachion g^2 *Ald.*, ostoniachon *g*, ὀστοματίων *Salmasius volgo*; *cf. v. l. in Ennodii Carm. II 133* (*Hartel*) ossicla *Salmasius volgo* 27 quatuordecim *T*, XIIII λ

vel triquetra extentis lineis, vel rectis angulis vel obliquis: ἰσοσκελῆ ipsi vel ἰσόπλευρα vocant, ὀρθογώνια quoque et σκαληνά. harum verticularum variis coagmentis simulantur species mille formarum: helephantus belua aut aper bestia, anser volans et mirmillo in armis, subsidens venator et latrans canis, quin et turris et cantharus et alia huiusmodi innumerabilium figurarum, quae alius alio scientius variegant. sed peritorum concinnatio miraculum est, imperitorum iunctura ridiculum. quo praedicto scies, quod ego posteriores imitatus sum. hoc ergo centonis opusculum ut ille ludus tractatur, pari modo sensus diversi ut congruant, adoptiva quae sunt ut cognata videantur, aliena ne interluceant, arcessita ne vim redarguant, densa ne supra modum protuberent, hiulca ne pateant. quae si omnia ita tibi videbuntur, ut praeceptum est, dices me composuisse centonem et, quia sub imperatore meo tum merui, procedere mihi inter frequentes stipendium iubebis: sin aliter, aere dirutum facies, ut cumulo carminis in fiscum suum redacto redeant versus, unde venerunt. vale.

PRAEFATIO.

Accipite haec animis laetasque advertite mentes, 351 (Edyll. XIII)
ambo animis, ambo insignes praestantibus armis,
ambo florentes, | genus insuperabile bello:
tuque prior | (nam te maioribus ire per altum
auspiciis manifesta fides), | quo iustior alter
nec pietate fuit nec bello maior et armis,
tuque puerque tuus, | magnae spes altera Romae,
flos veterum virtusque virum, | mea maxima cura,
nomine avum referens, animo manibusque parentem.
non iniussa cano. | sua cuique exorsa laborem
fortunamque ferent: | mihi iussa capessere fas est.

CENA NVPTIALIS.

Expectata dies aderat | dignisque hymenaeis 352
matres atque viri, | iuvenes ante ora parentum
conveniunt stratoque super discumbitur ostro.
dant famuli manibus | lymphas onerantque canistris

---

2. 1 A. V 304 2 A. XI 291 3 E. 7, 4 A. IIII 40 4 A. VI 834 III 374 5 A. III 375 I 544 6 A. I 545 7 A. IIII 94 XII 168 8 A. VIII 500 I 678 9 A. XII 348 10 E. 6, 9 A. X 111 11 A. X 112 I 77 12 A. V 104 XI 355 13 A. VI 306 G. IIII 477 (iuvenes) 14 A. I 700 15 A. I 701 VIII 180

---

28 lineis uel λ, lineis aut *cet. volgo* frontis ω, rectis *Ven.*^{4} *post* obliquis *add.* id est $\lambda b^2 lmu$, *ortum ex* i *sequenti* isochele *T*, soscele λ ipsi *del. Scal. volgo* sopleura ω, isopleura *Ug.* 29 vocant *del. Scal. volgo* orthogona *T* et] vel *Scal. volgo* vertibularum *Scal. volgo* 30 helephantis λ (v m^2), elephantus $b^2 gE$, helephantus *cet.* bellua *T* mirmilo *T* 31 turturis gg^2, *Accursius ex libro ms. volgo* cantarus ω, cantharus *Par.* 32 modi *om. T* eiusmodi χgg^2 uarugant *T* 34 posteriorem ω *corr. Toll* 35 alienum ω *corr. Ven.*^{4} 36 interluceat Tb^2gg^2 arcessita $T\lambda E$, accersita *cet. volgo* 37 est *om. Delph.* 38 mecum b^2gg^2, metum *cet.*, meo tum *Ald. volgo*

2. Praefatium $\lambda b^2 g^2$, Praefacium super cento nuptiale $T\chi$, Praefacio gE 3 forentes *T* 11 capescere *TE.* — cęna b^2, cena $g^2 mu$, coena *cet.* 13 iuuenes^{que} *g Lugd. volgo* 15 limphas *T*

dona laboratae Cereris | pinguisque ferinae
viscera tosta ferunt. | series longissima rerum:
alituum pecudumque genus | capreaeque sequaces
non absunt illic | neque oves haedique petulci
et genus aequoreum, | dammae cervique fugaces.
ante oculos interque manus sunt | mitia poma.
postquam exempta fames et amor compressus edendi,
crateras magnos statuunt | Bacchumque ministrant.
sacra canunt, | plaudunt choreas et carmina dicunt.
nec non Thraeicius longa cum veste sacerdos
obloquitur numeris septem discrimina vocum.
at parte ex alia | biforem dat tibia cantum.
omnibus una quies operum | cunctique relictis
consurgunt mensis, per | limina laeta frequentes
discurrunt variantque vices, | populusque patresque,
matronae, pueri, | vocemque per ampla volutant
atria: dependent lychni laquearibus aureis.

DESCRIPTIO EGREDIENTIS SPONSAE.

Tandem progreditur | Veneris iustissima cura, 353
iam matura viro, iam plenis nubilis annis,
virginis os habitumque gerens, | cui plurimus ignem
subiecit rubor et calefacta per ora cucurrit,
intentos volvens oculos, | uritque videndo.
illam omnis tectis agrisque effusa iuventus
turbaque miratur matrum. | vestigia primi
alba pedis, | dederatque comam diffundere ventis.
fert picturatas auri subtemine vestes,
ornatus Argivae Helenae: | qualisque videri
caelicolis et quanta solet | Venus aurea contra,
talis erat species, | talem se laeta ferebat
ad soceros | solioque alte subnixa resedit.

---

16 A. VIII 181 I 215 17 A. VIII 180 I 641 18 A. VIII 27 G. II 374 19 G. II 471 G. IIII 10 (neque) 20 G. III 243, 539 21 A. XI 311 E. 1, 80 22 A. VIII 184 23 A. I 724 VIII 181 24 A. II 239 VI 644 25 *et* 26 A. VI 645 *et* 646 27 A. X 362 VIIII 618 28 G. IIII 184 A. VIII 109 29 A. VIII 110 I 707 30 A. VIIII 164, 192 31 A. XI 476 (puerique) I 725 32 A. I 726 (lychni *PMR*) 33 A. IIII 136 X 132 34 A. VII 53 35 A. I 315 XII 65 (cui *MR*) 36 A. XII 66 37 A. VII 251 G. III 215 38 A. VII 812 39 A. VII 813 V 566 40 A. V 567 I 319 41 A. III 483 (subtegmine *GM, in quo* g *del.*) 42 A. I 650 II 591 . 43 A. II 592 X 16 44 A. VI 208 I 503 45 A. II 457 I 506

---

16 pinguesque λ 19 illinc *T*, illis *Lugd. volgo* neque] nec *E volgo* aues ω *corr. Lugd.* 20 dame λ 27 tybia λ 32 lichni λ 37 uolucris λ 41 et ω, fert *Lugd.* subtegmine ω 42 qualisque videri χ *Accursius ex cod., om. cet.*

DESCRIPTIO EGREDIENTIS SPONSI.

At parte ex alia | foribus sese intulit altis
ora puer prima signans intonsa iuventa,
pictus acu chlamydem | auratam, quam plurima circum
purpura maeandro duplici Meliboea cucurrit,
et tunicam, molli mater quam neverat auro:
os umerosque deo similis | lumenque iuventae.
qualis, ubi oceani perfusus Lucifer unda,
extulit os sacrum caelo: | sic ora ferebat,
sic oculos, | cursuque amens ad limina tendit.
illum turbat amor figitque in virgine vultus:
oscula libavit | dextramque amplexus inhaesit.

OBLATIO MVNERVM.

Incedunt pueri pariterque ante ora parentum
dona ferunt, | pallam signis auroque rigentem,
munera portantes, aurique eborisque talenta
et sellam | et pictum croceo velamen acantho,
ingens argentum mensis | colloque monile
bacatum et duplicem gemmis auroque coronam.
olli serva datur | geminique sub ubere nati:
quattuor hic iuvenes, totidem | innuptaeque puellae:
omnibus in morem tonsa coma: | pectore summo
flexilis obtorti per collum circulus auri.

EPITHALAMIVM VTRIQVE.

Tum studio effusae matres | ad limina ducunt:
at chorus aequalis | pueri innuptaeque puellae
versibus incomptis ludunt | et carmina dicunt:
'o digno coniuncta viro, | gratissima coniunx,
sis felix, | primos Lucinae experta labores
et mater. cape Maeonii carchesia Bacchi,

---

46 A. X 362 XI 36 47 A. VIIII 181 48 A. VIIII 582 V 250 49 A. V 251 50 A. X 818 51 A. I 589 *et* 590 52 A. VIII 589 53 A. VIII 591 III 490 54 A. III 490 II 321 55 A. XII 70 (vultus *MR*) 56 A. I 256 VIII 124 57 A. V 553 58 A. V 101 I 648 59 A. XI 333 (portantes *M*) 60 A. XI 334 I 711 (*om.* Servius) 61 A. I 640 *et* 654 62 A. I 655 63 A. V 284 *et* 285 64 A. X 518 II 238 65 A. V 556 *et* 558 66 A. V 559 67 A. XII 131 X 117 68 G. IIII 460 A. VI 307 69 G. II 386 A. VI 644 70 E. 8, 32 A. X 607 71 A. I 330 G. IIII 340 72 G. IIII 380

---

48 clamidem *T* 49 melibaea *T* 52 occeani *T* (c *pr. del.*) 56 adhaesit *T* 60 achanto *T*, acanto λ 62 baccatum *T*, bachatum λ 63 uberâ *T* 64 quatuor *T* hinc *Ald.*, huic *Scal. volgo* 67 effuso λ 70 coniux λ 71 foelix *T*λ 72 meonii *T*, sacra manu λ, ł dona manu meonii *cet.*

sparge, marite, nuces, | cinge haec altaria vitta,
flos veterum virtusque virum: | tibi ducitur uxor,
omnes ut tecum meritis pro talibus annos
exigat et pulchra faciat te prole parentem.
fortunati ambo, | si quid pia numina possunt,
vivite felices. | dixerunt 'currite' fusis
concordes stabili fatorum numine Parcae'.

INGRESSVS IN CVBICVLVM.

Postquam est in thalami pendentia pumice tecta 357
perventum, | licito tandem sermone fruuntur.
congressi iungunt dextras | stratisque reponunt.
at Cytherea novas artes | et pronuba Iuno
sollicitat suadetque ignota lacessere bella.
ille ubi complexu | molli fovet, inde repente
accepit solitam flammam lectumque iugalem:
. . . . . .
'o virgo, nova mi facies, | gratissima coniunx,
venisti tandem, mea sola et sera voluptas.
o dulcis coniunx, non haec sine numine divum
proveniunt. | placitone etiam pugnabis amori?'
talia dicentem iamdudum aversa tuetur
cunctaturque metu telumque instare tremiscit
spemque metumque inter | funditque has ore loquellas:
'per te, per, qui te talem genuere, parentes,
o formose puer, | noctem non amplius unam
hanc tu, oro, solare inopem et | miserere precantis.
succidimus: non lingua valet, non corpore notae
sufficiunt vires, nec vox aut verba secuntur'.
ille autem: 'causas nequiquam nectis inanes',
praecipitatque moras omnes | solvitque pudorem.

---

73 E. 8, 30 *et* 64 74 A. VIII 500 E. 8, 29 75 A. I 74 (omnis *MR*) 76 A. I 75 77 A. VIIII 446 IIII 382 78 A. III 493 E. 4, 46 79 E. 4, 47 80 G. IIII 374 81 G. IIII 375 A. VIII 468 82 A. VIII 467 IIII 392 83 A. I 657 IIII 166 84 A. XI 254 85 A. I 715 VIII 388 (ille repente) 86 A. VIII 389 IIII 496 87 A. VI 104 X 607 88 A. VI 687 VII 581 (sola et sera *MR*) 89 A. II 777 (divum *M*) 90 A. XII 428 IIII 38 91 A. IIII 362 (iamdudum *yabc*) 92 A. XII 916 (telumque *MR*, tremiscit *M*) 93 A. I 218 V 842 (loquellas) 94 A. X 597 95 E. 2, 17 (formosae *P*) A. I 683 96 A. VIIII 290 (hanc *c*) X 598 97 A. XII 911 98 A. XII 912 (sequuntur *M*) 99 A. VIIII 219 (nequiquam *PMR*; inanes *P*) 100 A. XII 699 (omnis *PMR*) IIII 55

---

75 omnis b^2g^2 77 mea carmina λ (*cf. Aen. VIIII 446*) 79 talia s. Concordes *T* 82 *post* dextras *duo excidisse videntur hemistichia, nisi forte* stratisque residunt (*A. VIII 467*) *scripsit Ausonius* 83 citherea *T* 84 solicitat *T* 85 atque ω, inde *ego* (*cf. A. VIII 238*) *post v.* 86 *excidisse videtur versus, fortasse talis*: tum breviter super aspiciens sic fatur ad aurem: (*A. X 251 V 547*) 87 coniux λ 88 sera et sola b^2gg^2 (*ut cod. Palat.*) 89 coniux λ 91 aduersa $T\lambda$, auersa *cet.* 93 loquellas gg^2, querelas *mu* (*ut deteriorum ex Vergilianis pauci et Donati exemplar*), loquelas *cet.* 98 sequuntur ω 99 nequi^{c}quam b^2, nequicquam *cet.* 100 omnis Tb^2gg^2, omnes *cet.*

3. PARECBASIS.

Hactenus castis auribus audiendum mysterium nuptiale ambitu loquendi et cir- 358
cuitione velavi. verum quoniam et fescenninos amat celebritas nuptialis verborumque petulantiam notus vetere instituto ludus admittit, cetera quoque cubiculi et lectuli operta prodentur, ab eodem auctore collecta, ut bis erubescamus, qui et Vergilium faciamus impudentem. vos, si placet, hic iam legendi modum ponite: cetera curiosis relinquite.

IMMINVTIO.

Postquam congressi | sola sub nocte per umbram 359
et mentem Venus ipsa dedit, | nova proelia temptant.
tollit se arrectum: | conantem plurima frustra
occupat: os faciemque, | pedem pede fervidus urget.
perfidus alta petens | ramum, qui veste latebat,
sanguineis ebuli bacis minioque rubentem
nudato capite | et pedibus per mutua nexis,
monstrum horrendum, informe, ingens, cui lumen ademptum,
eripit a femine et trepidanti fervidus instat.
est in secessu, tenuis | quo semita ducit,
ignea rima micans: | exhalat opaca mephitim.
nulli fas casto sceleratum insistere limen.
hic specus horrendum: | talis sese halitus atris
faucibus effundens | nares contingit odore.
huc iuvenis nota fertur regione viarum
et super incumbens | nodis et cortice crudo
intorquet summis adnixus viribus hastam.
haesit virgineumque alte bibit acta cruorem.
insonuere cavae gemitumque dedere cavernae.
illa manu moriens telum trahit, ossa sed inter
altius ad vivum persedit | vulnere mucro.
ter sese attollens cubitoque innixa levavit,
ter revoluta toro est: | manet imperterritus ille.
nec mora nec requies: | clavumque affixus et haerens

---

3. 7 A. XI 631 (tertia sed postquam congressi) VI 268 8 G. III 267 A. III 240 9 A. X 892 VIIII 398 10 A. X 699 XII 748 11 A. VII 362 VI 406 12 E. 10, 27 13 A. XII 312 VII 66 14 A. III 658 15 A. X 788 (femine *PMR*, femore *mχ Priscianus*) 16 A. I 159 XI 524 17 A. VIII 392 VII 84 18 A. VI 563 19 A. VII 568 VI 240 20 A. VI 241 VII 480 (nares *R*) 21 A. XI 530 22 A. V 858 VIIII 743 23 A. VIIII 744 24 A. XI 804 25 A. II 53 26 A. XI 816 27 G. III 442 (vivum *MR*) A. XI 817 28 A. IIII 690 (adnixa *PM*, innixa *m*) 29 A. IIII 691 X 770 (inperterritus *PMR*) 30 G. III 110 A. V 852 (clavum P^2M (*corr.*) *R*, affixus c^1)

---

3. 1 castis] erectis λ ad audiendum λ misterium *Tλ* 2 fesceninos ω 3 quoque] quoque operta *T* 4 uirgilium ω 5 facimus *Delph.* 8 plia λ tentant *Tλ* 9 arreptum λ 15 foemine λ, femore *cet.* 17 exalat *T* 19 alitus *Tλ* 21 hinc *T* 29 thoro *Tλ* 30 adfixus b^2g^2 et *T*

nusquam amittebat oculosque sub astra tenebat.
itque reditque viam totiens | uteroque recusso
transadigit costas | et pectine pulsat eburno.
iamque fere spatio extremo fessique sub ipsam
finem adventabant: | tum creber anhelitus artus
aridaque ora quatit, sudor fluit undique rivis,
labitur exsanguis, destillat ab inguine virus.

4.

Contentus esto, Paule mi,
lasciva, Paule, pagina:
ridere, nil ultra expeto.

sed cum legeris, adesto mihi adversum eos, qui, ut Iuvenalis ait, 'Curios simulant et Bacchanalia vivunt', ne fortasse mores meos spectent de carmine. 'lasciva est nobis pagina, vita proba', ut Plinius dicit. meminerint autem, quippe eruditi, probissimo viro Plinio in poematiis lasciviam, in moribus constitisse censuram, prurire opusculum Sulpiciae, frontem caperare, esse Appuleium in vita philosophum, in epigrammatis amatorem, in praeceptis omnibus extare Tullii severitatem, in epistulis ad Caerelliam subesse petulantiam, Platonis Symposion composita in ephebos epyllia continere. nam quid Anniani Fescenninos, quid antiquissimi poetae Laevii Erotopaegnion libros loquar? quid Euenum, quem Menander sapientem vocavit? quid ipsum Menandrum? quid comicos omnes? quibus severa vita est et laeta materia. quid etiam Maronem Parthenien dictum causa pudoris? qui in octavo Aeneidos, cum describeret coitum Veneris atque Vulcani, αἰσχροσεμνίαν decenter immiscuit. quid? in tertio Georgicorum de summissis in gregem maritis nonne obscenam significationem honesta verborum translatione velavit? et si quid in nostro ioco aliquorum hominum severitas vestita condemnat, de Vergilio arcessitum sciat. igitur cui hic ludus noster non placet, ne legerit, aut cum legerit obliviscatur, aut non oblitus ignoscat. etenim fabula de nuptiis est: et velit nolit aliter haec sacra non constant.

---

31 A. V 853 32 A. VI 122 II 52 33 A. XII 276 VI 647 (iam pectine *codd. Verg.*, et pectine *schol. Persii*) 34 A. V 327 35 A. V 328 et 199 36 A. V 200 37 A. XI 818 (exsanguis *PMR*) G. III 281 (destillat *PMR*)

4. 4 Iuvenal. II 3 5 Mart. I 4, 8 (*cf.* Plin. Epist. IIII 14, 5; Catull. 16, 5 sqq.; Ovid. Trist. II 354) 8 Fulgentius Mythol. I p. 616 S.: hac etenim adludente et Plautini Saureae dominatus obdormit et Sulpicillae Ausonianae loquacitas deperit Sallustianaeque Semproniae, quamvis praesens sit Catilina, melos cantandi raucescit 14 Verg. Aen. VIII 404 sqq.

---

31 ammitebat *T* 36 arridaque *T* 37 exsanguis Tg^2, exanguis *cet.* destillat b^2g^2E, distillat *cet.*

4. 1 o paule *T* 2 o paule *ω*, o *del. Lugd.* 3 expecto Tgg^2 5 forte *Scal. volgo* 6 proba] probata *λ* probissimo] probatissimo *E volgo* 7 poematis $\lambda\chi b^2g$ *volgo* 8 sulpitiue *T* (l *ex* p), sulpitiiue *λ*, sulpitiest *l*, sulpitiem vv^2, sulpitiae b^2mu, simplicine gg^2, sulpitii nec *E* apuleium *T* 9 Tullii *add. λ, om. cet. volgo*; *in* b^2gg^2 *post* extare *est lac. 10 fere litt. an* Ciceronis *supplendum?* epistolis *ω* 10 simposion *T* epillia *ω*, edyllia *Par. volgo* 11 fesceninos *Tλ* 12 euuenum *Tλ* 13 uita seuera *T* maronem parthenien *λ*, uirgilium parthenien b^2gg^2, parthenien *cet.*, Partheniam *Scal. volgo* 14 in *T*, *om. cet. volgo* VII *T* 15 αἰσχροσεμνίαν b^2vv^2E *om. cet. lacuna indicata* 18 uirgilio *ω* accersitum $b^2g^2\chi E$

XXVIIII. EX GRAECO PYTHAGORICON DE AMBIGVITATE ELIGENDAE VITAE.

Quod vitae sectabor iter, si plena tumultu 362 (Edyll. XV) (*VP*)
sunt fora, si curis domus anxia, si peregrinos
cura domus sequitur, mercantem si nova semper
damna manent, cessare vetat si turpis egestas,
si vexat labor agricolam, mare naufragus horror
infamat, poenaeque graves in caelibe vita
et gravior cautis custodia vana maritis,
sanguineum si Martis opus, si turpia lucra
faenoris et velox inopes usura trucidat?
omne aevum curae, cunctis sua displicet aetas.
sensus abest parvis lactantibus et puerorum
dura rudimenta et iuvenum temeraria pubes.
afflictat fortuna viros per bella, per aequor,
irasque insidiasque catenatosque labores
mutandos semper gravioribus. ipsa senectus
expectata diu votisque optata malignis
obicit innumeris corpus lacerabile morbis.
spernimus in commune omnes praesentia. quosdam
constat nolle deos fieri. Iuturna reclamat:
'quo vitam dedit aeternam? cur mortis adempta est
condicio'? sic Caucasea sub rupe Prometheus
testatur Saturnigenam nec nomine cessat
incusare Iovem, data sit quod vita perennis.

XXVIIII. Anth. Pal. VIIII 359 (Ποσειδίππου, οἱ δὲ Κράτητος τοῦ κυνικοῦ):

Ποίην τις βιότοιο τάμῃ τρίβον; εἰν ἀγορῇ μὲν
νείκεα καὶ χαλεπαὶ πρήξιες· ἐν δὲ δόμοις
φροντίδες· ἐν δ' ἀγροῖς καμάτων ἅλις· ἐν δὲ θαλάσσῃ
τάρβος· ἐπὶ ξείνῃς δ', ἢν μὲν ἔχῃς τι, δέος·
ἢν δ' ἀπορῇς, ἀνιηρόν. ἔχεις γάμον· οὐκ ἀμέριμνος
ἔσσεαι. οὐ γαμέεις· ζῇς ἔτ' ἐρημότερος.
τέκνα πόνοι, πήρωσις ἄπαις βίος· αἱ νεότητες
ἄφρονες, αἱ πολιαὶ δ' ἔμπαλιν ἀθρανέες.
ἦν ἄρα τοῖν δισσοῖν ἑνὸς αἵρεσις, ἢ τὸ γενέσθαι
μηδέποτ' ἢ τὸ θανεῖν αὐτίκα τικτόμενον.

4 Aen. VI 276 turpis Egestas 12 Verg. Aen. XI 157 dura rudimenta 14 Verg. Aen. VII 326 iraeque insidiaeque Mart. I 15, 7 catenatique labores 20 sq. Verg. Aen. XII 879 sq. [*verba Iuturnae*] quo vitam dedit aeternam? cur mortis adempta est condicio?

XXVIIII. *lemma in V* (*ubi* Pytagoricon) Incipit egloga eiusdē de ambiguitate uite elegende iuꝛ̄ ġcum poeantis bicto. eo driame tribon (*i. e.* Ποίαν τις βιότοιο δράμῃι τρίβον) .i. q̄ ꝗs uite percurrat uiam *P*, Decimi Magni Ausonii uersus ν = *Marcianus lat. cl. XII cod. 69*, Decimi Magni Ausonii egloga de ambiguitate uitae eligendae incipit g^2, Ausonii ecloga *Ven.*[4] (de vita humana *add. Par.*) 1 uicte *P* 2 curis] ciuis ν axia *V* 3 sequitur] queritur *P* si noba *V* (inob m^2 *in ras.*) 4 si *om. P* 5 agric^{v}lā *V* naufragis Pg^2 orroR *V*, error *P* 8 si *ante* Martis *om.* g^2 9 fenoris *V* (s m^2) $P\nu$, fęnoris g^2 11 lactentibus g^2 *Ven.*[4] *volgo* 13 bella] mare g^2 14 iras g^2 *Ven.*[4] *volgo* cathenatosque $P\nu g^2$ *Ven.*[4] 15 multandos *V* 16 *om. P* obtata *V* 17 inn^{u}is ν 18—23 *om. V* 18 spernibus *P* 21 condictio *P* 23 inausare *P*, incursare g^2 perhennis g^2

respice et ad cultus animi. sic nempe pudicum
perdidit Hippolytum non felix cura pudoris.
e contra inlecebris maculosam degere vitam
quem iuvat, aspiciat poenas et crimina regum,
Tereos incesti vel mollis Sardanapalli.
perfidiam vitare monent tria Punica bella,
set prohibet servare fidem deleta Saguntos.
vive et amicitias semper cole: crimen ob istud
Pythagoreorum periit schola docta sophorum.
hoc metuens igitur nullas cole: crimen ob istud
Timon Palladiis olim lapidatus Athenis.
dissidet ambiguis semper mens obvia votis.
nec voluisse homini satis est: optata recusat.
esse in honore placet: mox paenitet ac, dominari
ut possit, servire volet. idem auctus honore
invidiae obicitur. pernox est cura disertis,
set rudis ornatu vitae caret. esto patronus,
et defende reos: set gratia rara clientis.
esto cliens: gravis imperiis persona patroni.
exercent hunc vota patrum: mox aspera curis
sollicitudo subit. contemnitur orba senectus
et captatoris praeda est heredis egenus.
vitam parcus agas: avidi lacerabere fama.
et largitorem gravius censura notabit.
cuncta tibi adversis contraria casibus. ergo

25 Paullin. Pell. carm. euch. 233 non felix cura laboris 35 Paullin. Pell. carm. euch. 278 saepius et propriis certans mens obvia votis

25 ippolitum *V*, hipolytum *P*, hyppolytum *ν*, ipolitum g^2 non foelix] infelix *P* 26 e cõtra *V*, at contra *cet. volgo* illecebris Pg^2 *Ven.*[4] digere *P*, ducere g^2 *Ven.*[4] *volgo* 27 quom *ν* uiuat *P* aspice et ad penas *Pν* (*in quo* poenas) g^2 *Ven.*[4] 28 thereos *V* (h *ex* e), tereo *P* inc**esti *V* (es *eras.*) sardanappalli g^2 29 uitare g^2 (ui *ex* mu) mon&t.ti^{ria} *V* (ti^{ria} m^2 *in ras.*) 30 set *V*, sed *cet.* sagīthos *V*, sāguuntos *P*, sagunthos $νg^2$ 31 istut *V* 32 pitagoreorum Vg^2, pytagoreorum *P*, pit^{h}o-gareorum *ν* scola Vg^2, schala *P* docto *P* 33 metuens] metu nos (*om.* igitur) *P* crime^{n} *V* (n m^2) stut *V* 34 pallidiis *V* 35 obia *V* 36 obtata *VP* recusant $Pνg^2$ *Ven.*[4] 37 penit&a^{v}dominari *V*, penitet et dominari $Pνg^2$ *Ven.*[4], paenitet ac *scripsi* 38 possint seruire uolunt *codd. corr. Toll* 39 imuidiae *V* desertis *P* 40 *et* 41 set *V*, sed *cet.* 42 imperii *Ven.*[4] *volgo* 44 contenitur *P*; *aut corruptum est* contemnitur *aut quod veri similius est post* subit *duo interciderunt hemistichia, quibus eorum qui liberis florent misera sors significabatur* 45 captatatoris *P*, captoris g^2 eredis etgen^{v}s *V* 47 notauit *V*, notabis *P* at *Graevius Delph.* 48 sibi *Gronov volgo* 50 aut natum *V*, natum aut *cet. volgo* *In* $Pνg^2$ *post v.* 50 *haec sunt adiecta:*

Haec quidem pythagorica est apophasis
secundum tale quod subiectum est distichon:
πρῶτα μὲν μὴ φῦναι ἐν ἀνθρώποισιν ἄριστον,
δεύτερον ὅττι τάχιστα πύλας Ἀΐδαο περῆσαι.
Contra sed alterius sectator dogmatis ista
Quod doceat reprobans subdita disce legens:
Ergo nihil quoniam uita est quod amemus in ista
Nec tamen incassum fas est nos credere natos,
Auctorem uitę si iustum credimus esse,
Vita alia est nobis illi uiuendo paranda,
Cum quo post istam possimus uiuere uitam.
†Illaque stygias properent descendere ad umbras,
Pythagoreorum stolidum qui dogma secuti
Non nasci sese quam natos uiuere malint.

1—4 *om.* g^2; *vv.* 1 *sq. in ν in mg. sinistro scripti evanidi sunt ita, ut haec tantum legi possint:* Pythagorea apoph^{r}asis . . . . disticon; *in mg. dextro latina adiecta est vv.* 3 *sq. interpretatio* (*cf. G. Goetz Ann. philol. CXVII 768*) poetagorica apofasis *P* 3 πρῶτον *Peiper*, πάντων (ἀρχὴν *Stob. Flor. CXX 4 alii*) μὲν μὴ φῦναι ἐπιχθονίοισιν *Theogn. 425* φοιναι *P* ανερωποιστν *P* 4 δευτρον *P* ὅτι *ν* φύντα δ᾽ ὅπως ὤκιστα *Theogn. 427* πυλα.ι.δαο *P*, πυλαεαδαο *ν* πορησαι *P*, περασαι *ν* 6 quod *P*, quid $νg^2$ 7 nil g^2 8 in casum *P* 9 autorem *P* 10 nobis est g^2 12 illaque *P*, illi autem $νg^2$, illi equidem *Peiper*, *an* illi ast iam? stigias Pg^2 13 pitagoreorum Pg^2, pithagoreorum *ν* quid *P* 14 sese] esse *P* mallint *P*, malunt $νg^2$ Finis g^2

optima Graiorum sententia, quippe homini aiunt
50 non nasci esse bonum aut natum cito morte potiri.

XXX. DE VIRO BONO. ΠΥΘΑΓΟΡΙΚΗ ΑΠΟΦΑCIC.

Vir bonus et sapiens, qualem vix repperit unum 363 (Edyll. XVI, A. L. 644) (*VGW*)
milibus e cunctis hominum consultus Apollo,
iudex ipse sui, totum se explorat ad unguem:
quid proceres vanique levis quid opinio volgi
. . . . . .
5 securus, mundi instar habens, teres atque rotundus,
externae ne quid labis per levia sidat.
ille, dies quam longus erit sub sideri cancri
quantaque nox tropico se porrigit in capricorno,
cogitat et iusto trutinae se examine pendit,
10 ne quid hiet, ne quid protuberet, angulus aequis
partibus ut coeat, nil ut deliret amussis,
sit solidum quodcumque subest, nec inania sub'ter
indicet admotus digitis pellentibus ictus,

---

50 Theogn. 425 et 427 πάντων μὲν μὴ φῦναι ἐπιχθονίοισιν ἄριστον . . . φύντα δ' ὅπως ὤκιστα πύλας Ἀίδαο περῆσαι; *cf.* Bergkii comm. et Anal. Alex. I p. 22. Cic. Tusc. I 48, 114 non nasci homini longe optimum esse, proximum autem quam primum mori

XXX. 1 Hor. Epist. I 16, 73 (I 7, 22; 16, 32 Mart. IIII 5, 1) Vir bonus et sapiens 3 Hor. Sat. I 5, 32 sq. ad unguem factus homo 4 Hor. Carm. I 26, 5 sq. quod Tiridaten terreat, unice securus 5 sq. Hor. Sat. II 7, 86 sq. fortis et in se ipso totus, teres atque rotundus, externi ne quid valeat per leve morari 9 Hor. Epist. II 1, 29 sq. Romani pensantur eadem scriptores trutina Pers. Sat. I 6 sq. examenve improbum in illa castiges trutina 12 Pers. Sat. V 24 sq. pulsa, dignoscere cautus quid solidum crepet

---

XXX. *A* = *Augustanus* (*Trevericus*) *998 saec. XI*, *cf. Naekium in Val. Catonis edit. p. 356 sqq.* *B* = *Bembinus* (*Vaticanus 3252*) *saec. VIIII f. 11.* *ε* = *Basiliensis F III 3 saec. XV.* *H* = *Helmstadiensis 332 saec. XV f. 61r.* *l* = *Vossianus 96 saec. XV.* *P*1 = *Paris. 8093 saec. X f. 72r.* *P*2 = *Petavianus.* *P*3 = *Paris. 17177 saec. XI f. 103v.* *Y* = *Thuaneus* (*Paris. 8069*) *saec. XI f. 120.* *V*2 = *Vossianus 81 saec. XIIII.* *φ* = *Vindobonens. 2521 saec. XII f. 142r.* *X* = *Paris. 7927 saec. X f. 7v.* *cf. Ribbeckii App. Verg. p. 24 sqq. et Baehrensii Poet. lat. min. II 8 sqq.* DE VIRO BONO. PYTAGORICE aTIOaCIC *V* (Pythagorica acroasis *Scal.*, Πυθαγορικὴ ἀκρόασις *volgo*, Pythagorice apophasis *Peiper*), De institutione uiri boni *G*, Incipiunt de institutione (*ras. 3 litt.*) uiri boni *W*, Publii Virgilii Maronis (P. V. M. *YX*), Versiculi De Est Et Non Finiunt (Versiculi *add. B*) Eiusdem (Publii *add. B*) De Institutione Viri boni (inchoant *add. AYX*) *ABYX*, De Est Et Non P. V. Maronis Finit Eiusdem De Viro Bono Incip̄ *P*1, P. Vergilii Maronis de institutione uiri boni uersus incipiunt *P*2, Incipiunt uers̄. Virgilii de institutione uiri boni *P*3, ☞ VĪ BONo ⁊ SA. LI. IN. *V*2, Versus de institutione uiri boni *φ*, Opus inclitissimi Maronis de uiro sapienti *l*, P. Virgilii Maronis Vir bonus *ε*, *nullum lemma in H et Harl. 2534, 3963, quorum alter conspirat cum V*2*l*, *alter cum H* 1 bonus *B* (u *ex* o) sap^{i}ens *B* (i *m. ant.*), prudens *Hε* quam *H* (qualem *m*2) repporit *A* ullum *ε* 2 et unctis *A*, e multis *Ald. volgo* ***consultus *B* (con *eras.*, u *alt. ex* o) 3 fui *P*1 unguem *V* (u *pr. ex* a *m*2) 4 preceres *A* uariique *Par. 7936 saec. XIIII*, ianique *l* levis] lues *V*, leues *l* vanique ferat *Bembus volgo* quid leno procax opinio *H* epinio *V* uŏlgi *V* (v *m*2), uulgi *cet.* *post v.* 4 *excidisse versum statuit Ribbeck*; *sed fortasse post* proceres *intercidit huius versus pars altera atque initium insequentis* 5 serus *P*3 hn̄t *H* adq^{s} *V*, at *P*1, que *V*2 rotundas *BP*1, rotundis *P*2 6 labiis *B* (*m*2 labis) *P*1*YX*, fęcis *φ* deuia *WH* fidat *BP*1*P*2*YX*, sydat *l*, sudat *H* 7 illae *X* dies *l*, diem *cet.* quem *BP*1*P*2*YX* erat *P*3 8 que *om. l* nox longo *V*2*l* in capricornu *ABP*1*P*2*X*, in campicornu *Y* 9 cogitat (tig *m*2) *V* tutrinae *V* ex∗anime *A*, exanime *Y* pendet *P*3, pensat *ε* 10 ne quid hinc aut hinc *φ* hiet ne quis *ε* proturberet *ABP*1*YX*, proturbet et *Par. 7936 et Vindob. 3224*, ꝓturbet et *Vl*, conturbet *H* aequus *W* 11 q^{v}oeat *V*, cheat *P*1, coheat *l*, coceat *YX* ut nil *V*2 deleret *B* am^{v}sis *V*, amuscis *H* (*corr. m*2), amusgis *V*2, amisis *l*, amissis *W* 12 quocunque *G* subes *l* ne mania *H*, ianua *G* subter *VGWl*, subtus *cet. volgo* subest quicquam nec inane *φ* 13 *om. B* (*in mg. m. rec.*) *AlP*1*P*2*P*3*V*2*YX* iudicet *ε* admet̄ *B*, admotos *H* pollentibus *B* hictus *V*

non prius in dulcem declinans lumina somnum,
omnia quam longi reputaverit acta diei:
quae praetergressus, quid gestum in tempore, quid non?
cur isti facto decus afuit aut ratio illi?
quid mihi praeteritum? cur haec sententia sedit,
quam melius mutare fuit? miseratus egentem
cur aliquem fracta persensi mente dolorem?
quid volui, quod nolle bonum foret? utile honesto
cur malus antetuli? num dicto aut denique voltu
perstrictus quisquam? cur me natura magis quam
disciplina trahit? sic dicta et facta per omnia
ingrediens ortoque a vespere cuncta revolvens
offensus pravis dat palmam et praemia rectis.

XXXI. ΝΑΙ ΚΑΙ ΟΥ ΠΥΘΑΓΟΡΙΚΟΝ.

Est et Non cuncti monosyllaba nota frequentant. 364 (Edyll. XVII, A. L. 645 (*VGW*)
his demptis nil est, hominum quod sermo volutet.

14 sqq. Χρυσᾶ ἔπη 40 sqq. μηδ' ὕπνον μαλακοῖσιν ἐπ' ὄμμασι προσδέξασθαι, πρὶν τῶν ἡμερινῶν ἔργων τρὶς ἕκαστον ἐπελθεῖν· πῇ παρέβην; τί δ' ἔρεξα; τί μοι δέον οὐκ ἐτελέσθη; *cf.* Hor. Sat. I 3, 133 sq. — Verg. Aen. IIII 184 nec dulci declinat lumina somno 24 sqq. Χρυσᾶ ἔπη 43 sq. ἀρξάμενος δ' ἀπὸ πρώτου ἐπέξιθι καὶ μετέπειτα δειλὰ μὲν ἐκπρήξας ἐπιπλήσσεο, χρηστὰ δὲ τέρπου

XXXI. 1 *cf. ea quae in codice Rottendorfiano Livii (Ms. Gron. fol. 1) scripta sunt in folio ultimo manu saec. XII:* dic, duo quae totas moveant monosyllaba lites? est, non. dic duo quae sanctam rumpunt (rumpant *L. Mueller*) pronomina pacem? meum tuum. dic, duo quae faciunt (faciant *Mueller*) pronomina nomina cunctis? ego tu (Ann. phil. LXXXXIII 867)

14 nec V^2 declinans *VGW*, declinatis *B* (i *alt. ex* u) AP^1P^3YX, detinēt *l*, declinat *cet. volgo* nūia *l* 15 reputarit *W* hacta *V*, apta P^2YX 16 quae V^2, quid *l*, quo *cet.*, qua *Schierius ad carm. aur. 41, sed iam a Vineto commemorata est haec scriptura* praetergressus quod . . . quod *G* tempora *A* 17 *om. W* quur V^2 sti *V*, ista V^2 asit *B*, afit P^1YX, affuit $HV^2\varepsilon$, adfuit *l* ra (*om.* tio) *A* 18 *om. G* michi *W* sedit *om. l* 19 quid *G*, qui *ε* mutasse *l* egenum V^2l 20 quur V^2 facta *l* ꝑsensi *VY* 21 qui *ε* uoluit *Y*, uolu *A* quid nolle *YX* (*in quibus* n̄olle) $BP^1P^3W\varepsilon$, quid uelle *φl* bonum et *l* feret *V* (e *pr. ex* o ?), furet BP^1YX, fuit P^2 honestū *φ* 22 cur mala sepe tuli *φ* quur V^2 malus] magis *l* non HlV^2XW dictu *H* (*corr.* m^2), dato *l* at *l* uoltu *V*, uultu *cet.* facto V^2 23 perstrictis *B* (*ubi* per̄) $P^1P^2V^2YX$, peristrictis *A*, perscriptus *l* quicquam *A*, qt̄q' *H* fortuna V^2 magisq› V^2 24 trait *VW* dic (*om.* ta) *A* aut facta *ε* omne P^3 sic dicta per omnia facta *l*, sic facta per omnia uersans *H*, et s̄ta per omnia uersus V^2 25 ingrediensque *B* (que *del. m. ant.*), egrediens *H* hortoque *B*, ortuque *Hl* ad *l* ad uesperum *W* cuncta] c^{v}nc *V* ingrediens semper ortuque et uespere uoluens *φ* 26 offensis P^2 det $VABP^1P^2P^3Y\varphi XW$ palmam] penā *H* rectis] uictis *l* (iustis *teste Burmanno*) Explic̄ de institutione uiri boni *G*, Explic̄ aegloga super scripta P^3, Explicit egloga supra scripta *W*, Finit Carmen De Viro Bono P. V. M. P^1, P. V. M. eglŏg. fīn *A*

XXXI. *A = Augustanus (Trevericus 998). B = Bembinus (Vaticanus 3252) f. 11. D = Durlacensis 36 saec. VIIII—X f. 18^r, in quo est post Prisciani periegesin. ε = Basileensis F III, 3. H = Helmstadiensis 332 f. 61^r. l = Vossianus 96. P^1 = Paris. 8093 f. 72^r. P^2 = Petavianus. P^3 = Paris. 17177 f. 103^v. R = Reginensis Heinsii (Voss. Q 33 saec. X f. 132^r). S = Paris. 13026 (olim. Sangerm. 1188) saec. VIIII f. 84^v. Y = Thuaneus (Paris. 8069) f. 119^r. V^2 = Vossianus 81. V^3 = Vossianus Q 86 saec. VIIII f. 91^v. X = Paris. 7927 f. 7^r. cf. Ribbeckii et Baehrensii libros s. c.* NAY. KAY OY ΡITAGORICON *V*, Incipit de Pythagoricis diffinitionibus NAIKЄOY *G*, Incipit de pitagoricis diffinitionibus NAY KHΩY *W*, Publii Virgilii Maronis Copa Finit. Versiculi Eiusdē Maronis (Maronis *om. AYX*) De Est Et Non Incipiunt (Inciп̄ *B*, Incipit *A*) *ABYX*, P. Virgilii Maronis Copa Finit. De Est Et Non Eiusdē Verš. Incipiunt P^1, Virgilii Maronis Versus de Est et Non incipit P^2, Finit moretum virg. marōn. Incipiunt uerš eiusdē virg. de ЄST. 7 NON P^3, MARO VIRGILII DE E ET NON E. LI. IN. V^2, P. Virgilii Maronis: Est & non est *ε*, Virgilius de est et non *l*, VERSVS PRISCIANI ELOQVENTISSIMI DE EST ET NON *R et 'vetus liber secundae notae membranaceus' Toll*, Prisciani de EST ET NON *Voss. n. 15 (catal. p. 386, cf. Naeke l. c.)*, De duabus monosillabis est et non P. Virgilii incipit *Harl. 3963, qui consentit cum H, nullum lemma in DSV^{3}H Harl. 2534, qui conspirat fere cum* V^2 1 cunctis *W* monosyll̄a *S*, monosillaba *VGDWX*, monosillabe *A*, monosilba *H* frequenter *W*, frequentat *A* 2 *post* 4 *transposuit Ribbeck* 2 hys *H* dētis *V* nil *VGl*, nichil *W*, nihil *cet. volgo* nichil ~ ominum *Y*, hominum nihil est V^2 quod *Hlε*, ꝙ V^2, quo *cet.* uolutat P^1, uolu P^2

omnia in his et ab his sunt omnia, sive negoti
sive oti quicquam est, seu turbida sive quieta.
alterutro, pariter nonnumquam, saepe seorsis
obsistunt studiis, ut mores ingeniumque,
ut faciles vel difficiles contentio nancta est.
si consentitur, mora nulla intervenit 'est est':
sin controversum, dissensio subiciet 'non'.
hinc fora dissultant clamoribus, hinc furiosi
iurgia sunt circi, cuneati hinc lata theatri
seditio, et tales agitat quoque curia lites.
coniugia et nati cum patribus ista quietis
verba serunt studiis salva pietate loquentes.
hinc etiam placidis schola consona disciplinis
dogmaticas agitat . . . . certamine lites.
hinc omnis certat dialectica turba sophorum.
est nunc lux: est ergo dies? non convenit istuc.
nam facibus multis aut fulgeribus quotiens lux
est nocturna homini, non est lux ista diei.
est et non igitur, quotiens lucem esse fatendum est,
set non esse diem. mille hinc certamina surgunt,
hinc pauci . . . . . .
. . . . . .; multi quoque talia conmeditantes

23 Pers. Sat. III 81 sqq. murmura cum secum et rabiosa silentia rodunt atque exporrecto trutinantur verba labello aegroti veteris meditantes somnia

3 hys *H* et *om. DR*, ut *l*, uel *Leidensis alter Burmanni* omnia *om. ABP*^{1}*P*^{2} sue *S* negotii *VP*^{3}*RSV*^{3}*W*, naegotii *D* 4 otii *VDRV*^{3}, ocii *P*^{3}*WH*, totii *S* quitquam *H* (*om.* est) seu] siue *V* (*corr. m*^{1}?) *l et unus Leid.* turbae *HlV*^{2} *volgo* quietis *codd. volgo*, quieta *Ribbeck*, *quamquam fortasse defendi potest* quietis 5 non *om. X* nonnumquam *ADP*^{3}*RV*^{2}*Wl*ε, non umquam (unquam *P*^{2}*YH*) *cet.* seorsum *DRHlV*^{2}, seorsus ε *post* 5 *add.* alter in alterius decertat (de certa *l*, decẽpta *V*^{2}), uoce notandis (nõndis *H*, nota *V*^{2}) *HlV*^{2} 6 absistunt *W*, absistant *l* studiis studiores *DR Leid. alter Burmanni* (*duo Vossiani teste Bondamio*) et mores *l* 7 uel *l volgo*, et *cet.*, ut *Bondamius* faciles *B* (e *m. ant. corr. in* i) *AGP*^{1}*YXWHV*^{2}ε, facilis *cet.* difficiles *B* (e *m. ant. corr. in* i) *AYXHV*^{2}ε, difficules *P*^{1}, dificilis *S*, dificiles *G*, difficilis *cet.* comptentio *l* (*corr. m*^{2}) nata *VDP*^{1}*RSV*^{3}, nancta *GP*^{3}, naçta *H*, nacta *cet.* 8 sic *D* (c *expunxit m*^{2}) *V* contitur *P*^{2} nulla mora *l*, nulla *om. V*^{2} interueniens est *DR* *alterum* est *om. DRSV*^{3} est ẽ *P*^{1} 9 si *GHlV*^{2}, in *VDRSV*^{3} controuersum *B* (ł sia *m. rec.*), contra uersum *P*^{1}*P*^{2}*YX*, controuersiȝ *V*^{2}*l*, contrauersim ε dissessio *V*, dissenso *G*, dessentio *B* (diss. *m. ant.*), dissentio *P*^{1}, desenso *S*, discussio *l*, contentio *W* subiiciet *Bl*, subbiciet *G*, subicio *V*^{2} *vv.* 13, 14, 10—12 *Buecheler* 10 h**inc *X* (ic *eras.*) foras *D*, foro *SV*^{3} distultant *YX*, dissultant *P*^{1} (s *alt. eras.*), disultãt *H* hic *V*^{2}*V*^{3} 11 laeta *codd.* (laetat *X*), tanta *Ribbeck*, lata *ego* teathri *B*, teatri *AGV*^{3}, teatro *D*, theatro *R* 12 seḍdicio *H* agitet *H* *detes *P*^{3} (*corr.* lites) 13—16 *om. H* 13 *om. l* sta *V* 14 uerbera *l* studii *V*^{3}, studia *l* piaetate *D* loquentis *DRW* 15 placitis *P*^{2}*l volgo* schola *VH*ε, cola *S*, stola *A*, scola *cet.* 16 docmaticas *D*, docnaticas *R*, dagmaticas *S* agittat *V*^{3} placito *ABP*^{1}*P*^{2}*P*^{3}*YX*, placido *D* (d *ex* t), laeto *Gothanus A 869, saec. XV*, placid *R*, placido *cet. volgo*, lento *Ribbeck*; *lacunam significavi* 17 omnes *G*, oms̃ *H*, omni *V*^{2} certant *H* dialetica *GY*, dyalectica *H*, dyaletica *l* turbas *G*, tuba *V*^{2} 18 estne dies est ergo dies *codd.*, est lux: estne dies ergo ε *Vind. 3230 Ald. volgo*, lux est: estne dies ergo *Ribbeck*, si lux est, est ergo dies *Riese*, est en (nunc *Mommsen*) lux, est ergo dies *ego* non *om. GP*^{1}*P*^{2}*YXW* (*in W lacuna 3 litt.*), nũ *B* (*s. v. m. rec.*), nam ε stic *V*, istic *B*, istic *AGDP*^{1}*RSYXW*, ista *P*^{3}*V*^{3}, istud *l*, illud *H* 19 at *l* *aut *W* (haut?) fulgeribus *VG*, fulgoribus *cet.*, fulguribus *volgo* quoties *SV*^{3} 20 nocturno *D* hominũ *W* sta *V*, ita *G* 21 et *om. l* igni *H*, gĩ *l* quoties *P*^{3}*SV*^{3}, *om. l* eṣt *S*, est *om. ABP*^{1}*P*^{2}*P*^{3}*YXW* 22 set *V*, seo *V*^{3}, sed *cet.* mile *H* hanc *P*^{3} certamin *S* 23 hic *VGP*^{3}*SV*^{3}*W*, hinc *ceteri* pauci et *Hl*, pauci *cet.*, rauci *Ribbeck*, fatui *Buecheler*; *lacunam indicavi* multi multi quoquę̣ *S*, multi qui *Ribbeck* cõmed^{i}tantes *V* (i *m*^{2}), cõme·· *S*, comine *V*^{3}, commemorantur *DR*, comeditantes *V*^{2}, commeditantes *cet.*

murmure concluso rabiosa silentia rodunt.
qualis vita hominum, duo quam monosyllaba versant!

XXXII. DE AETATIBVS ANIMANTIVM. HESIODION.

365 (Edyll. XVIII, A. L. 647) (*VGW*)

Ter binos deciesque novem super exit in annos
iusta senescentum quos implet vita virorum.
hos novies superat vivendo garrula cornix,
et quater egreditur cornicis saecula cervus.
alipedem cervum ter vincit corvus, et illum
multiplicat novies Phoenix, reparabilis ales.
quem nos perpetuo decies praevertimus aevo,
Nymphae Hamadryades, quarum longissima vita est.
haec cohibet finis vivacia fata animantum.
cetera secreti novit deus arbiter aevi:
tempora quae Stilbon volvat, quae saecula Phaenon,
quos Pyrois habeat, quos Iuppiter igne benigno

XXXII. Hesiod. fragm. 163 F.:

Ἐννέα τοι ζώει γενεὰς λακέρυζα κορώνη
ἀνδρῶν γηρώντων· ἔλαφος δέ τε τετρακόρωνος·
τρεῖς δ' ἐλάφους ὁ κόραξ γηράσκεται. αὐτὰρ ὁ φοίνιξ
ἐννέα τοὺς κόρακας· δέκα δ' ἡμεῖς τοὺς φοίνικας,
νύμφαι ἐϋπλόκαμοι, κοῦραι Διὸς αἰγιόχοιο.

cf. Plin. N. H. VII 153

---

24 conclusa *H* (a *in* o *mut.* m^2), concluse BP^1P^3S, conclusae V^3 rodent *G* 25 quam] q̄ꝛ V^2, cū *l*, dum V^2 monosillaba *V* (*b ex* u m^2), monosẏ illa *G*, monosyłła *S*, monosrocaba *X*, monosillı̣ba *W* (a m^2) uersant *om. S*, uersant·ꝛ *G*, seruant *l* Explicit egloga scrīp̄ *G*, Explicit egloga supra scripta *W*, De Est Et Non. P. V. Maronis Finit P^1

XXXII. *S* = *Valencenensis 393 saec. VIIII f. 137ʳ*. *s* = *Valencenensis 145 saec. XII* (*ex quo ed. Mangeartus in catalogo bybl. p. 130*). *L* = *Laur. 33, 31 saec. XIIII f. 36ᵇ*. *ϱ* = *Rehdigeranus S. I 6, 17, saec. XV f. 126ᵛ*. *σ* = *Arundelianus mus. Brit. 133, saec. XV f. 100ᵛ*. *τ* = *Helmstadiensis 332 saec. XV f. 108ʳ*. De aetatibus. Hesiodion *V*, Incipit de ętatibus animantium. hesidion *G*, Incipit de etatibus animantium. hHCYWΔYWN (hesiodion) *W*, Incipit de aetatibus animantium hesiod (*margine cum fine tituli avulso*) *S*, Hesiodus de aetatibus animantum *s*, De etatibus animantum Hesidion *τ*, De Etatibus Āiantium *L*, De etatibus animalium ex Hesiodo (Hesiodion *volgo*) *ϱσ volgo*. 1 *in G s. v. m. rec.*: centū et bis denos protenditur sępe per annos 2 iuxta *WLτ*, iusta (*s. v. m. rec.* longa) *G* senex centum *W* (x *in* s *mut.*) quos implet (*s. v. m. rec.* perdurans) *G* inplet *L* 3 ui**do (uen) *V* (dē *eras.*, uen m^2) garrula *S* (r *alt. ex* l) 4 saecula (*s. v. m. rec.* tēpora) *G* 5 uinxit *V* 6 multiplicat (*s. v. m. rec.* exsuperat) *G* phenix *WsLσ*, phenis *τ* reạparabilis *G* alāes *G* 7 quem nos (*s. v. m. rec.* quam uos) *G*, quam nos *Accursius*, quam vos *edd. vett.*, quem vos *volgo* praeuertimus *G* (*supra* mus *m. rec.* tis), peruertimus *τ*, peruertit̃ *ϱ*, praevertitis *volgo* 8 nīphe *V*, nimphae *SsL* amadriades *VSLστ*, amadryades *sϱ* nimphęa amadryades *W* (a *post* ę *eras.*; a *alt.* m^2) 9 coibet *VL*, cohibent *ϱσ* hi cohibent *edd. volgo* finis *Vsτ*, fines *G* (*corr. m. rec.*) *SLϱσ volgo* animatū *ϱ* 10 caętera *V*, cętera *S* secreta *GSWτ* *vv.* 11—17 *in V solo leguntur* 11 qˢ stilo inuoluat *V corr. Accursius* pʰaęton *V* (h m^1 *ut videtur*; t *ex* n m^2), Phaenon *Scal.* 12 pirois *V* quod *V*, quos *Accursius*, quot *Burmannus*

circuitus, quali properet Venus alma recursu,
qui Phoeben, quanti maneant Titana labores,
donec consumpto, magnus qui dicitur, anno
rursus in anticum veniant vaga sidera cursum,
qualia disposita steterant ab origine mundi.

XXXIII. MONOSTICHA DE AERVMNIS HERCVLIS.

366 (Edyll. XVIIII, A. L. 641) (*VGBRWω*)

Prima Cleonaei tolerata aerumna leonis.
proxima Lernaeam ferro et face contudit hydram.
mox Erymantheum vis tertia perculit aprum.
aeripedis quarto tulit aurea cornua cervi.
Stymphalidas pepulit volucres discrimine quinto.
Thraeiciam sexto spoliavit Amazona balteo.

XXXIII. Anth. Pal. XVI 92 ἄδηλον. Ἡρακλέους ἆθλοι.
Πρῶτα μὲν ἐν Νεμέῃ βριαρὸν κατέπεφνε λέοντα.
δεύτερον ἐν Λέρνῃ πολυαύχενον ὤλεσεν ὕδραν.
τὸ τρίτον αὖτ' ἐπὶ τοῖς Ἐρυμάνθιον ἔκτανε κάπρον.
χρυσόκερων ἔλαφον μετὰ ταῦτ' ἤγρευσε τέταρτον.
πέμπτον δ' ὄρνιθας Στυμφαλίδας ἐξεδίωξεν.
ἕκτον Ἀμαζονίδος κόμισε ζωστῆρα φαεινόν.
ἕβδομον Αὐγείου πολλὴν κόπρον ἐξεκάθηρεν.
ὄγδοον ἐκ Κρήτηθε πυρίπνοον ἤλασε ταῦρον.
εἴνατον ἐκ Θρῄκης Διομήδεος ἤγαγεν ἵππους.
Γηρυόνου δέκατον βόας ἤγαγεν ἐξ Ἐρυθείης.
Κέρβερον ἑνδέκατον κύν' ἀνήγαγεν ἐξ Ἀίδαο.
δωδέκατον ἐκόμισσεν ἐς Ἑλλάδα χρύσεα μῆλα.

cf. XVI 93 4 Verg. Aen. VI 802 aeripedem cervam

---

13 a^1^rma *V* (l *m*2) 15 consūto *V*, consumpto *Accursius* 17 dispositi *V*, dispositu *vel* disposita *Buecheler* steterunt *Baehrens* Finit egloga sup̄ scr. *G post v. 10*

XXXIII. *S = Paris. 13026 (olim Sangerm. 1188) saec. VIIII—X f. 84^r.* *V*2 = *Vossianus Q 86 saec. VIIII. a et a*2 = *Einsidlenses 326 (cf. Mommsen, mus. Rhen. VIIII 296 sqq.) saec. X f. 89^r et 302 saec. XI p. 2. b = Bernensis 250 saec. X f. 11^v. c = Mellicensis f. 222^r. d = Monacensis 14836 (Emmeran. R. 6) saec. XI f. 124^v.* Monostica (Monastica *Ga*) de aerumnis herculis (erumnis erculis *V*) *VGaa*2, De erūnis herculis *B*, Herculis incipiunt monosticha de erūpnis *W*, Mentio duodecim uersuum pręcipuarum uirtutū Herculis. siue ερẏθλφyon (um) ipsius *R*, Incipiūt monostica de xii erūnis Herculis *T et* (*om.* xii) *p*3, Incipiunt monestica de erumnis Herculis xii *M*, De laboribus Herculis *v*, Labores Herculis *mu*, Ausonii monostichum de xii. erumnis Herculis *E*, De xii. uirtutibus Herculis *c*, Duodecim Herculis erumnę quas uictor sustinuit Euristeo (u *ex* n) iubente Iunonis p̄ce *d*, *nullum lemma SV*2*b* 1 cleonei *V* (e *pr. ex* ę), cleomei *R*, deonei *SV*2, dionei *c*, clionei *d* tollerata *S*, tolenata *V*2 erumpna *W* laboris *Tχp*3 2 leraneam *V*, lerneae *R* (r *ex* n), lerneae *SV*2 cōtudit *V*, contulit *M* irā *V*, ydram *BRWMp*3*ad*, idra *V*2, hydra *S*, hydrum *b* 3 erimanteū *VWRM*, herimanteum *B*, erymanteum *a*, erymantheum *Gb*, erimantheum *cet.* uis *c* (s *m*2) 4 aeripidis *Ra*2, aeripedęs *S*, aerepedis *c*, aeraspedis *V*2 ceruum *R* 5 stimphalidas *VRSV*2*TMp*3*c* certamine *T* 6 thereiciā *V*, threitio *T*, treiciam *V*2*Mp*3, treitiam *R*, threciam *S*, th^r^eicia *c* spoliauit *d* (o *ex* a), expoliauit *SV*2 balte *S*, balteum *R*, balteo *V*2 (a *ex* e), baltheo *TMaa*2*cd*

septima in Augei stabulis inpensa laboris.
octava expulso numeratur adoria tauro.
in Diomedeis victoria nona quadrigis.
Geryone extincto decimam dat Hiberia palmam.
undecimo mala Hesperidum destricta triumpho.
Cerberus extremi suprema est meta laboris.

XXXIIII. DE RATIONE LIBRAE.

Miraris quicumque manere ingentia mundi 368 (Eglog. I) (*V*)
corpora, sublimi caeli circumdata gyro,
et tantae nullam moli intercedere labem,
accipe quod mirere magis. tenuissima tantis
principia et nostros non admittentia visus
parvarum serie constant conexa atomorum,
set solidum in parvis nullique secabile segmen.
unde vigor viresque manent aeternaque rerum
mobilitas nulloque umquam superabilis aevo.
divinis humana licet conponere. sic est
as solidus, quoniam bis sex de partibus aequis
constat et in minimis paribus tamen una manet vis.
nam si quid numero minuatur, summa vacillat
convulsaeque ruunt labefacto corpore partes,
ut, medium si quis vellat de fornice saxum,
incumbunt cui cuncta, simul devexa sequentur
cetera communemque trahent a vertice lapsum.
non aliter libra est. si defuit uncia, totus
non erit as nomenque deunx iam cassus habebit.
nec dextans retinet nomen sextante remoto
et dodrans quadrante carens auctore carebit
divulsusque triens prohibet persistere bessem.

---

12 Paullin. Pell. carm. euch. 328 tolerati meta laboris
XXXIIII. 10 Verg. Georg. IIII 176 si parva licet componere magnis

---

7 septimam̃ *R* in *om. cd* augeis *VGBSV*^{2}*Waa*^{2} *volgo*, mageis p^3, aurei *c*, glauceis *d*, augaei *b*, augei *Rω* tabulis p^3a impensa *GBWTp*^{3}*χab* labores *c*, labore *d* 8 octa^{ba} *V* (ba m^2) numerantur *R* adauria *R*, adorea *χEb volgo* 9 diomedeis *V* (i *alt. ex* i *longa*), diomediis *SV*^{2}, diomedei *R* non^a *V* (a m^2) 10 gerione *VGTMa*^{2}, gerryone *W*, cerione *RV*^{2} deci**mam *c* hyberia *WTp*^{3}*a*^{2}, yberia *S*, ybereria *R* (re *eras.*) 11 esperidū *V*, hisperidum *S*, sp̣idū *V*^{2} destricta *VV*^{2}*b*, destr̥acta *S*, distracta *a*, distincta *cd*, districta *cet.* trihūfo *V*, triumphis *R* 12 extremi *V*^{2} (i *ex* a), extrem *S*, et saeuus *a* subp̄ma *V*, sup^{b}p̄ma *c*, supprema *BWSd*, suppremi *a* Finiunt monostica supra scripta *W*

XXXIIII. 2 giro *V* 7 set *V* (d m^2) 8 uires uirg^{o}que *V* (ires uirg^o *in ras.*) *corr. Canter* 13 uacillet *V corr. Lugd.* 16 imc̈ūbūt *V* 19 eriţas *V* (t *del.* m^2) dunx *V corr. Lugd.* 20 destās *V* 21 sat^{v}s *V*, carens *Gronov*, *scriptura incerta*; *temptabam* resecto 22 proibet *V*

iam quincunx tibi nullus erit, si †prama revellas.
et semis, cui semis erit pereuntibus assis
partibus? et cuius librae pars septima septunx?
libra igitur, totum si nulla in parte vacillet:
ponderis et numeri morumque operumque et aquarum
libra: nec est modulus, quem non hoc nomine signes.
telluris, medio quae pendet in aëre, libra est
et solis lunaeque vias sua libra cohercet.
libra dii somnique pares determinat horas,
libra Caledonios sine litore continet aestus:
tu quoque certa mane morum mihi libra meorum.

XXXV. DE RATIONE PVERPERII MATVRI.

Omnia, quae vario rerum metimur in actu, 369 (Eglog. II) (*V*)
astrorum dominatus agit: terrenaque tantum
membra homini, e superis fortuna et spiritus auris,
septeno moderanda choro: set praesidet ollis
sortitus regimen nitidae Sol aureus aethrae.
nec sola in nobis moderatur tempora vitae,
dum breve solliciti spatium producimus aevi:
creditur occultosque satus et tempora vitae
materno ducenda utero formare videndo
et nondum exortae leges conponere vitae.
namque ubi conceptus genitali insederit alvo,
haut dubium solem cuicumque insistere signo.
qui cum vicini stationem ceperit astri,
contiguos nullum transfundit lumen in ortus.
ast ubi conversis post menstrua tempora habenis
scandit purpureo iam tertia sidera curru,
obliqua exilem demittit linea lucem,

---

29 Ovid. Met. I 12 sq. nec circumfuso pendebat in aëre tellus ponderibus librata suis 31 Verg. Georg. I 208 libra die somnique pares ubi fecerit horas 32 Tac. Agr. 10 septentrionalia eius nullis contra terris vasto atque aperto mari pulsantur

XXXV. 1 Cens. de die nat. 8, 2 ante omnia igitur dicunt actum vitamque nostram stellis tam vagis quam statis esse subiectam earumque varió multiplicique cursu genus humanum gubernari 12 sq. Cens. 8, 4 igitur quo tempore partus concipitur sol in aliquo signo sit necesse est . . . 6 sol ergo cum in proximum signum transcendit, locum illum conceptionis aut inbecillo videt conspectu aut etiam nec conspicit 17 Cens. 8, 6 at cum in tertio est signo . . ., tunc primum illum locum unde profectus est videre dicitur, sed valde obliquo et invalido lumine

---

23 quinq^{v}s *V*, quincunx *Lugd.* si prama *V*, si prima *Lugd. volgo*, septena *Gronov* 24 cui] qui *F. Hultsch* rebellas *V* 29 lybra *V* (y *ex* a) 30 coercet *V* 31 die *volgo*

XXXV. 2 terraenaque *V* (a *pr. del.* m^2) 4 septeno *V* (o *ex* a m^2) 6 sol *V corr. Toll* 7 aęui *V* 8 occultosquae satos *V corr. Scal.* 10 exorate *V corr. Scal.* 11 albo *V*, arvo *Graevius* (*Verg. Georg. III 136*) *volgo* 12 ^{h}aut *V* (h m^2) 14 contiguos *V* (g *ex* n m^2) 15 conuersis *V* (i *ex* u) 16 purpureo *V* (o *ex* u m^2) 17 obliquaę *V*, obliqua *Lugd.* dimittit *V*, demittit *Floridus*

adspirans tenues per inertia pondera motus.
quarta in sede viget primi indulgentia Solis
suadet et infusus teneros coalescere fetus.
fulgor tetragono aspectu vitale coruscat
clarum et lene micans, quintique ⟨e⟩ cardine signi
incutit attonitam vegetato infante parentem.
nam sexto vis nulla loco, quia nulla tuendi
aequati lateris signatur regula Phoebo.
ast ubi signiferae media in regione cohortis
septimus accepit limes rutilantia flammis
recto castra situ, turgentis foedera partus
iam plena sub luce videt, nec fulgura parci
luminis intendens toto fovet igne coronae.
hinc illud, quod legitimos Lucina labores
praevenit et gravidos sentit subripere nixus
ante expectatum festina puerpera votum.
quod nisi, septeno cum lumina fudit ab astro,
impulerit tardi claustra obluctantia partus,
posterior nequeat, possit prior: an quia sexto
aemulus octavi conspectus inutilis astri
nescit conpariles laterum formare figuras?
set nono incumbens signo cunctantia matrum
vota levat, trigono vires sociante sequenti.
at si difficilis trahit Ilithyia retrorsum,
tetragono absolvet dubiarum vincla morarum.

---

24 Cens. 8, 10 ceterum a loco sexto conspectus omni caret efficientia: eius enim linea nullius polygoni efficit latus 27 Cens. 8, 10 at a septimo zodio . . . *plenissimus* potentissimusque conspectus quosdam iam maturos infantes educit, qui septemmestres appellantur, quia septimo mense nascuntur 34 sqq. Cens. 8, 11 at si intra hoc spatium maturescere uterus non potuerit, octavo mense non editur (ab octavo enim signo ut a sexto inefficax visus) sed vel nono mense vel decimo 41 sq. Cens. 8, 12 sol enim a nono zodio particulam conceptionis rursum conspicit κατὰ τρίγωνον et a decimo κατὰ τετράγωνον, qui conspectus, ut supra iam dictum est, perquam sunt efficaces

---

19 *fortasse* prima 20 infusos *V*, infusus *Scal.* 21 tetrigono *V corr. Scal.* aspectus *V corr. Vin.* 22 quintiq^{s} *V*, quinti qui *Scal. volgo*, quintique e *ego*, quintique in *Vin.*, quintique a *Heinsius* 25 phebo *V* 26 signifer . . . cohortes *V corr. Scal.* 28 federa *V* 29 plena (e m^2) sub luce (sub luc *in ras.* m^2) *V* 31 illut *V* 32 subrepere *Lugd. volgo* 34 quū *V* 35 tardi *V* (d *ex* t) 36 neq^{s}at *V* (q m^2 *in ras.*) 37 aemulus ^{oc}taui *V* (lus ^{oc}ta m^2 *in ras.*) 40 uiris *V* 41 ad *V* hilithisiderar^{v}rsū *V*, Ilithyia retrorsum *Heinsius* partum (partus *Floridus*) trahit Ilithyia *Toll volgo*

EPISTVLAE.

I. AVSONIVS AD PATREM DE SVSCEPTO FILIO.

Credideram nil posse meis affectibus addi, 390
quo, venerande pater, diligerere magis. (*V*)
accessit (grates superis medioque nepoti,
bina dedit nostris qui iuga nominibus)
accessit titulus, tua quo reverentia crescat, (9)
quo doceam natum, quid sit amare patrem. (10)
ipse nepos te fecit avum, mihi filius idem
et tibi ego: hoc nato nos sumus ambo patres.
nec iam sola mihi pietas mea suadet amorem:
nomine te gemini iam genitoris amo.
quippe tibi aequatus videor, quia parvulus isto
nomine honoratum me quoque nobilitat:
dein aetas quia nostra eadem. nam subparis aevi
sum tibi ego et possum fratris habere vicem.
nec tantum nostris spatium interponitur annis,
quanta solent alios tempora dividere.
vidi ego natales fratrum distare tot annis,
quot nostros: aevum nomina non onerant.
pulchra iuventa tibi senium sic iungit, ut aevum
quod prius est maneat, quod modo ut incipiat.
et placuisse reor geminis aetatibus, ut se
non festinato tempore utraque daret,
leniter haec flueret, haec non properata veniret,
maturam frugem flore manente ferens.
annos me nescire tuos, pater optime, testor
totque putare tuos, quot reor esse meos.
nesciat hos natus: numeret properantior heres,
testamenta magis quam pia vota fovens
exemploque docens pravo iuvenescere natos,
ut nolint patres se quoque habere senes.
verum ego primaevo genitus genitore fatebor
subparis haec aevi tempora grata mihi.
debeo quod natus, suadet pia cura nepotis
addendum patri, quo veneremur avum.

I. suscep *V* 2 quod *V*, quo *Lugd.* diligerere *V* (re *alt. m*^{2} *in ras.*) 3 gratis super his *V corr. Gronov* 4 bina *V* (b *m*^{2} *in ras.*) 5 *et* 6 *qui leguntur post* 8 *huc transtulit Brandes* 6 quod *V*, quid *Pulmannus* 10 gemino *Gronov* 11 quia *V*, quod *Scal. volgo* iste *V* (i *post add.*), isto *Vin.* 12 honorato *Toll* 13 bonaętas *V*, atque aetas *Lugd. volgo*, paene aetas *Gronov*, dein aetas *ego* subpatris *V corr. Lugd.* 14 abare *V corr. Lugd.* 16 tempora *V* (a *in ras.*; e *ante ras.*, *ut vid.*) 18 quod *V*, quot *Lugd.* honerant *V* (h *del. m*^{2}) 19 pulcra *V* 21 gemminis *V* (m *pr. del. m*^{2}) 22 utrâque *V* 25 me *V* (e *m*^{2} *in ras.*) obtime *V* 26 meos . . . tuos *Lugd. volgo* quod *V*, quot *Lugd.* 27 hoc *V*, hos *Gronov* properâtior (a *ex* ā *corr.*) ^{b}ęres *V* 30 nollint *V* (l *pr. del. m*^{2}) 32 subpatris *V corr. Lugd.*

tu quoque, mi genitor, geminata vocabula gaude,
nati primaevi nomine factus avus.
exiguum quod avus: faveant pia numina divum
deque nepote suo fiat avus proavus.
largius et poterunt producere fata senectam:
set rata vota reor, quae moderata, magis.

II. PATER AD FILIVM. CVM TEMPORIBVS TYRANNICIS IPSE TREVERIS REMANSISSET ET FILIVS A PATRE PROFECTVS ESSET. HOC INCOHATVM NEQVE INPLETVM SIC DE LITVRARIIS SCRIPTVM.

Debeo et hanc nostris, fili dulcissime, curis 391
historiam: quamquam titulo non digna sereno (*V*)
anxia maestarum fuerit querimonia rerum.
iam super egelidae stagnantia terga Mosellae
protulerat te, nate, ratis maestique parentis
oscula et amplexus discreverat invidus amnis.
solus ego et quamvis coetu celebratus amico
solus eram, profugaeque dabam pia vota carinae
solus, adhuc te, nate, videns, celerisque remulci
culpabam properos adverso flumine cursus.
quis fuit ille dies? non annus longior ille est,
Attica quem docti collegit cura Metonis.
desertus vacuis solisque exerceor oris.
nunc ego pubentes salicum deverbero frondes,
gramineos nunc frango toros viridesque per ulvas
lubrica substratis vestigia libro lapillis.
sic lux prima abiit, sic altera meta diei,
sic geminas alterna rotat vertigo tenebras,
sic alias, totusque mihi sic annus abibit,
restituant donec tua me tibi fata parentem.
hac ego condicione licet vel morte paciscar,
dum decores suprema patris tu, nate, superstes.

III. AVSONIVS HESPERIO S. D.

Qualis Picenae populator turdus olivae 392
clunes opimat cereas (*V*)
vel qui lucentes rapuit de vitibus uvas,
pendetque nexus retibus,

II. 15 Verg. Ecl. VIII 87 viridi in ulva Mart. II 59, 3 frange toros (*cf.* IIII 8, 6)
III. 1 Mart. VIIII 55, 1 si mihi Picena turdus palleret oliva (*cf.* XIII 5, 1)

---

35 genite *V corr. Lugd.* 37 abuus *V* nomĩa *V* (*sed* o *ex corr.*), numina *Lugd.* 38 fiat *V* (i m^2 *in ras.*)

II. Incipit pater . . . qu^{v}m . . . tirannicis . . . ad patrem (a patre *Scal.*) . . . in | incoatū (incoat m^2 *in ras.*) . . . litterariis (liturariis *Scal.*) scriptum *V* 3 ancsiă (x *ex* c m^2) mestarum *V* (st m^2) 5 rates *V* 9 ad^{h}uc *V* (h *fortasse* m^2) 12 medonis *V corr. Pithoeus* 13 aris *V*, oris *Pithoeus* 15 uiridisque *V* 20 mea te mihi vota parenti *Gronov* 21 hęc *V*, hac *Toll* 22 decore *V* (e *alt.* m^2 *in ras. 2 litt.*, *ut videtur*, es)

quae vespertinis fluitant nebulosa sub horis
vel mane tenta roscido:
tales hibernis ad te de saepibus, ipsos
capi volentes, misimus
bis denos. tot enim crepero sub lucis eoae
praeceps volatus intulit.
tum, quas vicinae suggessit praeda lacunae,
anates maritas iunximus,
remipedes, lato populantes caerula rostro
et crure rubras Punico,
iricolor vario pinxit quas pluma colore
collum columbis aemulas.
defrudata meae non sunt haec fercula mensae:
vescente te fruimur magis.
vale bene, ut valeam.

IIII. AVSONIVS THEONI.

Ausonius, cuius ferulam nunc sceptra verentur, 393
paganum Medulis iubeo salvere Theonem. (*Vω*)
quid geris, extremis positus telluris in oris,
cultor harenarum vates? cui litus arandum
Oceani finem iuxta solemque cadentem,
vilis harundineis cohibet quem pergula tectis
et tingit piceo lacrimosa colonica fumo.
quid rerum Musaeque gerunt et cantor Apollo?
Musae non Helicone satae nec fonte caballi,
set quae facundo de pectore Clementini
inspirant vacuos aliena mente poetas.
iure quidem: nam quis malit sua carmina dici,
qui te securo possit proscindere risu?
haec quoque ne nostrum possint urgere pudorem,
tu recita: et vere poterunt tua dicta videri.
quam tamen exerces Medulorum in litore vitam?
mercatusne agitas, leviore nomismate captans,

---

13 sq. Ovid. Am. II 6, 22 rubro Punica rostra croco

IIII. 2 Hor. Epist. I 10, 1 salvere iubemus 3 et 8 Hor. Epist. I 3, 1 sqq. 6 sqq. 4 Verg. Aen. IIII 212 cui litus arandum 5 Verg. Aen. IIII 480 oceani finem iuxta solemque cadentem 7 Hor. Sat. I 5, 80 lacrimoso non sine fumo 8 Hor. Epist. II 3, 407 et cantor Apollo

---

III. 11 lacunęę *V* 12 anetes *V corr. Lugd.* maritas (a *alt. in ras.* m^2) iuncximus *V* 15 pi^{n}xit *V* (n m^2) puma *V*, pluma *G. Canter* 17 debrudata *V corr. Vin.* hoc *Lugd. volgo* 19 valē *V*

IIII. Ausonius Theoni *Vλ*, *add.* sał. pl. dicit *T*, salutem *E*; Theoni suo s. *v*, Theoni s. p. d. *mu* 2 e medulis *ω* theonem *V* (th *ex* & m^2) 4 ^{h}arenarum *V* (h m^2) littus *Tλ* 5 occeani *T* (c *pr. del.*) 6 ^{h}arundineis *V* (h m^2), arundineis *λ* co^{h}ibet *V* (h m^2) percula *V* 7 tinguit *VTλ* lachrymosa *λ* colonia *T* 9 elicone *V* 10 sed *ω* fecundo *Ven.*^{4} *volgo* dementini *λ* 12 quid (*del.*) quis *T* 14 urg^{v}ere *V* 16 medullorum *V* (l *pr. del.* m^2) *λ* littore *Tλ* 17 mercatusme *V* lebiora *V* nŏmismata *V* (v m^2), nomismate *l*, numismate *cet.* captans *V* (p *ex* b)

insanis quod mox pretiis gravis auctio vendat?
albentis sevi globulos et pinguia cerae
pondera Naryciamque picem scissamque papyrum
fumantesque olidum, paganica lumina, taedas?
an maiora gerens tota regione vagantes
persequeris fures, qui te postrema timentes
in partem praedamque vocent? tu mitis et osor
sanguinis humani condonas crimina nummis
erroremque vocas pretiumque inponis abactis
bubus et in partem scelerum de iudice transis?
an cum fratre vagos dumeta per avia cervos
circumdas maculis et multa indagine pinnae?
aut spumantis apri cursum clamoribus urges
subsidisque fero? moneo tamen, usque recuses
stringere fulmineo venabula comminus hosti.
exemplum de fratre time, qui veste reducta
ostentat foedas prope turpia membra lacunas
perfossasque nates vicino podice nudat.
inde ostentator volitat, mirentur ut ipsum
Gedippa Vrsinusque suus prolesque Iovini
Taurinusque, ipsum priscis heroibus aequans,
qualis in Olenio victor Calydonius apro
aut Erymantheo pubes fuit Attica monstro.
set tu parce feris venatibus et fuge nota
crimina silvarum, ne sis Cinyreïa proles
accedasque iterum Veneri plorandus Adonis.
sic certe crinem flavus niveusque lacertos
caesariem rutilam per candida colla refundis:
pectore sic tenero, plana sic iunceus alvo,
per teretes feminum gyros surasque nitentes
descendis, talos a vertice pulcher ad imos.
qualis floricoma quondam populator in Henna

---

20 Verg. Georg. II 438 Naryciaeque picis 29 Verg. Aen. XII 750 cervom . . . formidine pinnae 30 Verg. Aen. I 324 aut spumantis apri cursum clamore prementem 32 Ovid. Art. am. II 374 (Fast. II 232) fulmineo . . . ore; *cf.* XXVII 9, 3 45 Verg. Georg. IIII 337 caesariem effusae nitidam per candida colla (*cf.* Stat. Theb. V 220) 46 Ter. Eun. II 3, 25 (316) reddunt curatura iunceam; *cf.* Prudent. Peristeph. III 132 48 Hor. Epist. II 2, 4 talos a vertice pulcher ad imos

---

18 grauis *om. V* actio *V* 19 albentes *V* sebi *V*, sceui *T* pingu^{i}a *V* (i m^2) 20 nariciamque *VT*, naritiamque *cet.* sissamque *λ* papirum *V* (p *pr. ex* u) *λ* 22 terrēs *V* 24 tumidis *Tλ* 25 crimina *V*, praemia *ω* 26 erroremqueque *T* imponis *ω* 27 bobus *Tχ volgo* 28 perbia *V* 29 circumdas *muE*, circundas *cet.* oculis *V* pennae *T* 32 cominus *Tλ* 33 ūsr ei uncta *V*, ueste reducta *ω*, veste revincta *Vin.*, veste recincta *Heinsius* 35 nate *V* 36 hostentator *V* (h *del.* m^2) 37 ieiuni *λ* 38 neruibus *V*, erronibus *l* 39 calidonius *Vλ* 40 au^{t}terimantheo *V* (t m^2) erimantheo *λ* a^{t}tica *V* (t m^2), actica *λ* 41 sed *ω* pace *V* 42 cinereia *Vlvv*^{2}, cynereia *Tλ*, cynireia v^2 *in mg.* 44 crine *T*, trinę *λ* nieosque *codd. corr. Ven.*^{4} 45 cęsariā *V* (e m^2) 46 iunc^{t}us ^{in}aluo *V* (t *et* in m^2), uinceris aluo *Tλ*, iunceus aluo *cet.* 47 foeminum *λ* giros *V* 48 descendis *V* (e *pr. ex* i m^2) pulcer *V* 49 et^{h}na *V* (h m^2), ethna *λ*, aethna *l*, aetna *cet. volgo*, Enna *Accursius* (*cf. Meinekium ad Mosch. III 123 et v. l. Claud. de rapt. Pros. III 85*)

virgineas inter choreas Deoida raptam
sustulit emersus Stygiis fornacibus Orcus.
an, quia venatus ob tanta pericula vitas,
piscandi traheris studio? nam tota supellex
Dumnitoni tales solita est ostendere gazas,
nodosas pestes animantum Nerinorum
et iacula et fundas et nomina vilica lini
colaque et insutos terrenis vermibus hamos.
his opibus confise tumes: domus omnis abundat
litoreis dives spoliis. referuntur ab unda
corroco, letalis trygon mollesque platessae,
urentes thynni et male tecti spina ligati
nec duraturi post bina trihoria corvi.
an te carminibus iuvat incestare canoras
Mnemosynes natas, aut tris aut octo sorores?"
et quoniam huc ventum, si vis agnoscere, quid sit
inter doctrinam deridendasque camenas,
accipe congestas, mysteria frivola, nugas,
quas tamen explicitis nequeas deprendere chartis,
scillitae decies nisi cor purgeris aceto
Anticyramve bibas, Samii Lucumonis acumen.
Aut adsit interpres tuus,
aenigmatum qui cognitor
fuit meorum, cum tibi
Cadmi nigellas filias,
Melonis albam paginam
notasque furvae sepiae
Gnidiosque nodos prodidit.
nunc adsit et certe, modo
praesul creatus litteris,
enucleabit protinus,
quod militantes scribimus.

56 Verg. Georg. I 141 sqq. 57 Verg. Georg. II 242 colaque

50 coreas *Vλ* 51 emersus∗stigiis *V* 53 tra^{h}eris *V* (h m^2) 54 dumnitoni *V*, dumnotini *ω* tale *T* 55 uestes *codd. volgo*, pestes *Gronov* nereinorum *V* 56 nomina bellicani *ω*, nomina bellica lini *Dezeimeris* 57 collaque *Tλ* indutos *Toll volgo* 58 confisettumes *V* omni$^{a}_{s}$bundat *V* (a *et* s m^2) habundat *T* (h *del.*) 59 littoreis *T*, litoriis *λ* 60 corroq^{s} *V* (*corr.* m^2), corrocho *T*, corrhoco *λvE*, corrogo *cet.* letalisque *ω* trigon *VT* platesę *V*, platesse *TE*, platese *cet.* 61 tinni *V*, tini *T*, thinni *λ*, thynni *E* ligari *V* (*in mg.* ẏ), ligatri *T* (*in mg.* ł gạlatri), ligati *λ*, legatri *E*, elegati *Par. volgo* 62 uina trioria curbi *V* (curui m^2) 63 coronas *ω* 64 minemosines *V*, mnemosines *Tλ* tres *V* 65 agnoscere *VλvE*, cognoscere *Tmu volgo* 67 misteria *VT* 68 dependere *V*, dependere *T*, dephendere *λ* cartis *V*, carthis *T* 69 *om.* *ω* scillito *V*, scillite *Scal.*, scillitae *Baehrens* sicorp^{v}s geris *V*, non si purgeris *volgo*, ni cor purgeris *Baehrens*, nisi cor purgeris *ego* 70 anticipesque $\overset{t}{\dot{u}}$iuum *V* (t m^2; *in mg.* m^2 anticipetque tu^{v}m), antichiramque (anticiramque) bibas *ω* Anticyramve bibas *Baehrens*, anticipesque tuo *Dousa volgo* llucumonis *V* (l *alt. erasum*) 72 enigmatum q^{s} *V* 75 paginam *codd.*, filiam *Accursius* (‘*ex cod. ms.*’) *volgo* 77 crudosque *T*, cardiosque *λ*, cnidiosque *vE* 78 certo *Baehrens* 79 literis *T* 80 promptius *ω* 81 velitantes *Baehrens*, vellicantes *Mommsen*

Notos fingo tibi poeta versus,
quos scis hendecasyllabos vocari,
set nescis modulis tribus moveri.
istos conposuit Phalaecus olim,
qui penthemimeren habent priorem
et post semipedem duos iambos.
sunt quos hexametri creant revolsi,
ut penthemimeres prior locetur,
tum quod bucolice tome relinquit:
sunt et quos generat puella Sappho,
quos primus regit hippius secundus,
ut cludat choriambon antibacchus.
set iam non poteris, Theon, doceri,
nec fas est mihi, regio magistro,
plebeiam numeros docere pulpam.
verum protinus ede, quod requiro.
nil quaero, nisi quod libris tenetur
et quod non opicae tegunt papyri.
quas si solveris, o poeta, nugas,
totam trado tibi simul Vacunam,
nec iam post metues ubique dictum:
'hic est ille Theon poeta falsus,
bonorum mala carminum Laverna'.

V. AVSONIVS THEONI.

Ausonius salve caro mihi dico Theoni, 394
versibus expediens quod volo quodve queror. (*V*)
tertia fissipedes renovavit Luna iuvencas,
ut fugitas nostram, dulcis amice, domum.
nonaginta dies sine te, carissime, traxi.
huc adde aestivos: hoc mihi paene duplum est.
vis novies denos dicam deciesque novenos
isse dies? anni portio quarta abiit.
sexaginta horas super et duo milia centum
te sine consumpsi, quo sine et hora gravis.

---

83 endecasyllabos *V* (y *ex* u m^2), endecasyllabos *Tχ* 84 sed *ω* 85 composuit *ω* p^{h}aleucius *V* (h m^2) 86 pentemimeren *V*, penthimemeren *T*, penthemimeren *λ* 87 *om. ω* 88 hexametri *mu*, exametri *cet.* rebolsi *V*, revulsi *cet.* 89 pentemimeres *V*, pent^{h}imemeres *T*, penthemimers *λ* prius *λ* 90 quo *V* bucolicet *Tλ* tome] me *λ*, pome *cet.* 91 sapho *T* 92 quo *T* primos *ω* ippius *V*, hyppius *T* 93 cludat *Vλ*, claudat *cet.* coriambon *V* antibaccus *V*, antibacus *λ*, antibrachus *T* 94 sed *ω* poteris teo *V*, potes ostolo *ω* (potes, o stolo, *fortasse praeferendum*), potis es Theon *Toll volgo* 99 papiri *Vλ* 100 quasi *T* (*corr.* m^1), quasi *λ* 101 tortam *V* simul et agnam *V* *vv.* 99—101 *in T repetiti*; *priores cancellis min. pictis inclusi atque in mg. sin.* Va, *in dextro* cat *scriptum* 103 hic *V* (h m^2) teon *V* 104 taberna *V volgo*, lauerna *T*, lauerna *cet.*

V. 1 teoni *V* 2 experiens *V*, expediens *Heinsius* quero *V*, queror *Lugd.* 3 renobabit *V* 4 amihe *V* (c m^2) 7 bis *V*, vis *Vin.* 9 ^{h}oras *V* (h m^2) 10 consumsi *V* ^{h}ora *V* (h m^2)

milia bis nongenta iubet dimensio legum
adnumerata reos per tot obire dies.
iam potui Romam pedes ire pedesque reverti,
ex quo te dirimunt milia pauca mihi.
scirpea Dumnitoni tanti est habitatio vati?
Pauliacos tanti non mihi villa foret.
an quia per tabulam digito pangente notatam
debita summa mihi est, ne repetamus, abes?
bis septem rutilos, regale nomisma, Philippos,
ne tanti fuerint, perdere malo, Theon,
implicitum quam te nostris interne medullis
defore tam longi temporis in spatio.
ergo aut praedictos iam nunc rescribe Darios
et redime, ut mora sit libera desidiae,
aut alios a me totidem dabo, dummodo cari
conspicer ora viri, pauperis usque licet.
puppe citus propera sinuosaque lintea veli
pande. Medullini te feret aura noti
expositum subter paradas lectoque iacentem,
corporis ut tanti non moveatur onus.
unus Dumnitoni te litore perferet aestus
Condatem ad portum, si modo deproperes.
inque vicem veli, quotiens tibi flamina cessant,
remipedem iubeas protinus ire ratem.
invenies praesto subiuncta petorrita mulis:
villa Lucani mox potieris aco.
rescisso disce ⟨en⟩ conponere nomine versum:
Lucili vatis sic imitator eris.

VI. AVSONIVS CONSVL VATEM RESALVTO THEONEM.

Aurea mala, Theon, set plumbea carmina mittis. 395
unius massae quis putet has species? (*V*)

V. 19 Hor. Epist. II 1, 234 regale nomisma Philippos; *cf.* epist. XVIII 5

VI. 1 Verg. Ecl. III 71 aurea mala decem misi; *cf.* Anth. lat. 218, 1 R. aurea mala mihi, dulcis mea Marcia, mittis

---

11 nonaginta *V corr. Pithoeus* demensio *V* 12 ouire *V corr. Pithoeus* 15 domnotonis *V* (o *alt. ex* i) 16 Pauliacus *Scal. volgo* 17 tabulā (ā *ex* a m^2) medica pugna *V*, tabulam medico pugnante *Lugd. volgo*, tabulam digito pugnante (*idem quod* repugnante) *Toll*, tabulam digito pangente *ego* 18 suma *V* (*corr.* m^2) 20 nec *V volgo*, ne *Pithoeus* teon *V* 23 aud *V* (t m^2) tarios *V corr. Pithoeus* 25 abos a me totidiem *V corr. Pithoeus* 28 ora *Bip.* 31 unusadōnnotoni *V* (ō *ex* o m^2; *in mg.* m^2 hic .s. liquescit) littore ꝑfer^{e}t *V* (e m^2) 33 uenti *V volgo*, veli *Heinsius* t^{v}a *V volgo*, sua *Heinsius*, tibi *ego* 35 petorita *V* 36 *post* aco *in V ras.* 5 *fere litt.*; *in mg.* m^2 lucaniaco 37 disce *V*, disces *Heinsius volgo*, disce en *cum eodem scripsi* 38 lucilii *V corr. Toll* imitatoꝛreris *V* (or m^2)

VI. Eidem Theoni *Scal.*, *qui titulum pro primo huius carminis versu accepit*, *volgo*. — Theō** *V*

unum nomen utrisque, set est discrimen utrisque,
poma ut mala voces, carmina vero mala.
vale beatis nomen a divis Theon:
metoche set ista saepe currentem indicat.

VII. AVSONIVS THEONI, CVM EI TRIGINTA OSTREA, GRANDIA QVIDEM, SET TAM PAVCA MISISSET.

1.

Expectaveram, ut rescriberes ad ea, quae dudum ioculariter luseram de cessatione 396
tua valde impia et mea efflagitatione, cuius rei munus reciprocum quoniam in me (*V*)
colendo fastidisti, inventa inter tineas epistula vetere, quam de ostreis et musculis
affectata obscuritate condideram, quae adulescens temere fuderam, iam senior re-
tractavi. set in eundem modum instaurata est satirica et ridicula concinnatio, saltem
ut nunc respondeas notissimae cantilenae, qui illam noviciam silentio condemnasti.

2.

Ostrea Baianis certantia, quae Medulorum
dulcibus in stagnis reflui maris aestus opimat,
accepi, dilecte Theon, numerabile munus.
verum quot fuerint, subiecta monosticha signant:
quot ter luctatus cum pollice conputat index:
Geryones quot erant, decies si multiplicentur:
ter quot erant Phrygii numerata decennia belli
aut iter ut solidi mensis tenet ignicomus Sol:
cornibus a primis quot habet vaga Cynthia noctes:
singula percurrit Titan quot signa diebus:
quotque annis sublimis agit sua saecula Phaenon:
quot numero annorum Vestalis virgo ministrat
Dardaniusque nepos regno quot protulit annos:
Priamidae quot erant, si bis deni retrahantur:
bisque viros numeres, qui fata Amphrysia servant:
quot genuit fetus Albana sub ilicibus sus

VII. **2.** 1 Mart. X 37, 11 ostrea Baianis 13 Verg. Aen. IIII 163 Dardaniusque nepos 14 Verg. Aen. II 503 quinquaginta illi thalami, spes certa nepotum 16 Verg. Aen. VIII 43 (III 390) inventa sub ilicibus sus

---

3 utriusque *V*, utrisque *Toll* utri**que *V*, utrisque *Toll* 5 *in mg.* m^2 iambicum *V* beatus *V*, beatis *Heinsius* 6 *in mg.* m^2 idem *V* metod^{v}s *V*, metoche *Auratus* set (d m^2) ^{i}sta (i m^2) *V* currente *V corr. Scal.*

VII. *lemma in V* (Teoni . . . et (ei m^2) . . . ostrae (*corr.* m^2) set tamen *Mommsen* **1.** 1 ea *V* (a *ex* ă) 3 epistola ueterem *V* (m *eras.*) 4 condi^{de}rā *V* (de m^2) 5 euidem *V* (*corr.* m^2) 6 notissimae *corruptum esse videtur*: *expectes* vetustissimae

2. 1 hostrea *V* 3 teon *V* 4 quod *V* (*et sic duodecies usque ad v.* 18), quot *Lugd.* monostica *V* 6 geriones *V* 7 prigii *V* 8 ter ut eolidi *V*, iter ut solidi *Heinsius* 9 cintia *V* 11 fęton *V*, Phaenon *Scal.* 14 retraantur *V* *ante v.* 15 *unus v. videtur excidisse* 15 uisque *V* (bis *m. rec.*) amphrisia *V* (p *ex* f)

et quot sunt asses, ubi nonaginta trientes,
vel quot habet iunctos Vasatica raeda caballos.
Quod si figuras fabulis adumbratas
numerumque doctis involutum ambagibus
ignorat alto mens obesa viscere,
numerare saltim more vulgi ut noveris,
in se retortas explicabo summulas.
Ter denas puto quinquiesve senas
vel bis quinque, dehinc decem decemque,
vel senas quater et bis adde ternas.
septenis quater adde ⟨iam⟩ unam et unam
(29) aut ter quattuor adde bis novenis.
(28) duc binas decies semelque denas:
octonas quater, hinc duae recedant:
binas ter decies, semel quaternas:
et sex adde novem vel octo septem,
aut septem geminis bis octo iunge,
aut, ne sim tibi pluribus molestus,
triginta numero fuere cunctae.
Iunctus limicolis musculus ostreis
primo conposuit fercula prandio,
gratus deliciis nobilium cibus
et sumpti modicus pauperibus focis.
non hic navifrago quaeritur aequore,
ut crescat pretium grande periculis,
set primore vado post refugum mare
algoso legitur litore concolor.
nam testae duplicis conditur in specu,
quae ferventis aquae fota vaporibus
carnem lacteoli visceris indicat.
Set damnosa nimis panditur area.
fac campum replices, Musa, papyrium.
nec iam fissipedis per calami vias
grassetur Gnidiae sulcus harundinis,
pingens aridulae subdita paginae
Cadmi filiolis atricoloribus.
aut cunctis pariter versibus oblinat
furvam lacticolor sphongia sepiam.
parcamus vitio Dumnitonae domus,
ne sit charta mihi carior ostreis.

---

18 reda *V* 19 *in mg.* m^2 metrum iambicum *V*, *choliambo de industria usus esse videtur Ausonius Theonem temptaturus* 21 albo *Heinsius* 24 *in mg.* m^2 metrum falebum *V* quinquiesque *V corr. Toll* 25 de^{h}inc *V* (h m^2) 27 adde *V*, addito *Heinsius volgo*, adde iam *ego* unum et unum *V*, unam et unam *Toll* *vv.* 28 *et* 29, *qui inverso ordine leguntur in V, transposui* 29 uina *V* (b m^2) *corr. Lugd.* 30 octonis *V volgo*, octonas *Toll* 32 a te *V*, adde *Lugd.* 33 uis *V*, bis *Lugd.* *post* 35 *et* 46 *in V unius versus est spatium* 36 *in mg.* m^2 metrum asclepiadeum V 41 U:^{t}crescat *V* 45 qui *V*, quae *Lugd.* 48 replice *V corr. Goropius* papirum *V* (papirium m^2) 50 arundinis *V* 53 cu^{n}ctis *V* (n m^2) 54 fuluam *V* (u *ex* b m^2), furvam *Vin.* sępiam *V* 55 dūmnotinę *V* 56 carta *V*

VIII. AVSONIVS AXIO PAVLO RHETORI SAL.

Tandem eluctati retinacula blanda morarum 397
Burdigalae molles liquimus inlecebras (*Vω*)
Santonicamque urbem vicino accessimus agro.
quod tibi si gratum est, optime Paule, proba.
cornipedes rapiant inposta petorrita mulae,
vel cisio triiugi, si placet, insilias,
vel celerem mannum vel ruptum terga veraedum
conscendas, propere dummodo iam venias,
instantis revocant quia nos sollemnia paschae
libera nec nobis est mora desidiae.
perfer in excursu vel teriuga milia epodon
vel falsas lites, quas schola vestra serit.
nobiscum invenies nullas, quia liquimus istic
nugarum veteres cum sale relliquias.

VIIII. AVSONIVS PAVLO.

Ostrea nobilium cenis sumptuque nepotum 398
cognita diversoque maris deprensa profundo, (*V*)
aut refugis nudata vadis aut scrupea subter
antra et muriceis scopulorum mersa lacunis,
quae viridis muscus, quae decolor alga recondit,
quae testis concreta suis ceu saxa cohaerent,
quae mutata loco, pingui mox consita limo
nutrit secretus conclusae uliginis umor,
enumerare iubes, vetus o mihi Paule sodalis,
adsuefacte meis ioculari carmine nugis.
adgrediar, quamvis curam non ista senilem
sollicitent frugique viro dignanda putentur.
nam mihi non Saliare epulum, non cura dapalis,

VIIII. 13 Hor. Carm. I 37, 2 sqq. nunc Saliaribus ornare pulvinar deorum tempus erat dapibus

---

VIII. *lemma in V* (retori sal⁓), Ausonius Paulo *M*, Incipit liber epłarum. Ausonius Paulo sał. *T*, Liber epistolarum incipit. Paulino suo S. P. D. (Ausonius Paulino suo *mu*) cet., Ausonii Peonii poetae disertissimi epistolarum liber. Ausonius Paulo salutem *E* 2 līquimus *V* illecebras *ω* 3 sc̄onicamque *V*, sanctonicamque *ω*, santonicamque *E* 4 signatū̇ *V* obtime *V* 5 raptant *Delph.* imposta *ω* ꝑtorrita *V*, petorita *T* 7 ceremannu^{v}m *V* (v m^2) uerendum *T* 9 solennia *T*, solempnia *M* pasc^{h}ę *V* (h m^2), pascae *ω* 11 perter in cursu *V* mili^{a}epondon *V* (a m^2), milie podon *ω* 12 qua *T* scola *VTM* 13 inuenias *V* multas *V* (nullas *m. recentiss.*) *ω*, nullas *Ven.*^{4} qui aliqui mustio *TM*, quia liquimus eio (legimus eia *mu*) *χE* 14 relli∗quias *V* (n *eras.*) in *ω loco v.* 14 *haec leguntur*: Vale ualere si uoles me uel uola (*epist. XV 37*)

VIIII. Item Ausonius Paulo *V* 1 host^{r}ea *V* (r m^2) 2 diuersaque *V corr. Scal.* defensa *V volgo*, deprensa *Heinsius*; *cf. XVIII 2, 139* 5 ^{de}decor *V* (de m^2) *volgo*, decolor *Dousa* 6 co^{h}erent *V* (h m^2) 7 consta *V*, consita *Scal.*, condita *Lugd. volgo* 8 conclusę∗ *V* (ę m^2 *in ras.*) humor *V* 11 ista∗ *V* (m *eras.*) 13 soliare *V*, saliare *Lugd.* rura *V*, cena *Lugd. volgo*, cura *Mommsen et Hartel* dapilis *V*, dapalis *Lugd.*

qualem Penelopae nebulonum mensa procorum
Alcinoique habuit nitidae cutis uncta iuventus.
enumerabo tamen famam testesque secutus
pro studiis hominum semper diversa probantum.
set mihi prae cunctis dulcissima, quae Medulorum
educat oceanus, quae, Burdigalensia nomen,
usque ad Caesareas tulit admiratio mensas,
non laudata minus nostri quam gloria vini.
haec inter cunctas palmam meruere priorem
omnibus ex longo cedentibus, ista et opimi
visceris et nivei dulcique tenerrima suco
miscent aequoreum tenui sale tincta saporem.
proxima sint quamvis, set longe proxima multo
ex intervallo, quae Massiliensia, portum
quae Narbo ad Veneris nutrit, cultuque carentia
Hellespontiaci quae protegit aequor Abydi,
vel quae Baianis pendent fluitantia palis,
Santonico quae tecta salo, quae nota †Genonis,
aut Eborae mixtus pelago quae protegit amnis,
ut multo iaceant algarum obducta recessu,
aspera quae testis, set dulcia, carnis opimae.
sunt et Aremorici qui laudent ostrea ponti,
et quae Pictonici legit accola litoris, et quae
mira Caledonius nonnumquam detegit aestus.
accedunt quae fama recens Byzantia subter
litora et insana generata Propontidis acta
Promoti celebrata ducis de nomine laudat.
haec tibi non vates, non historicus neque toto
orbe vagus conviva loquor, set tradita multis,
ut solitum, quotiens dextrae invitatio mensae
sollicitat lenem comi sermone Lyaeum.
haec non per vulgum mihi cognita perque popinas,
aut parasitorum collegia Plautinorum,
set festos quia saepe dies partim ipse meorum
excolui inque vicem conviva vocatus adivi,

---

14 sq. Hor. Epist. I 2, 28 sq. sponsi Penelopae nebulones Alcinoique in cute curanda plus aequo operata iuventus 15 Hor. Epist. I 4, 15 nitidum bene curata cute 26 Verg. Aen. V 320 proximus huic, longo sed proximus intervallo 29 Verg. Georg. I 207 (Georg. IIII 111; Catull. fr. 3) 46 Hor. Sat. I 2, 1 Ambubaiarum collegia (*cf.* Epist. II 1, 173)

---

15 alicinoique *V* 18 ditissima *V*, dulcissima *ego*, mitissima *Gronov volgo* medullorum *V corr. Lugd.* 19 edocat *V corr. Lugd.* 21 quam *V* (m *evanidum*) 22 cunctas] cunctos *Mommsen* 25 ticta *V* (*corr.* m^2) 26 quęuis *V volgo*, quamvis *Heinsius* 27 portu *V*, portum *Vin.* 28 carentia *V* (i m^2 ?), carentis *Vin. volgo* 29 abidi *V* 30 palis] pilis *Scal.* (*cf. Verg. Aen. VIIII 711*) *volgo* 31 sc̄onico *V* (m^2 *in mg.* sanctoni) Genonis *suspectum*; *fortasse* Salonis (*cf. Plin. N. H. XXXII 60*), *de quibus cogitavit Mommsen*; *sed res plane incerta* 32 ebore *V* (e *pr. ex* ę), Eborum *Scal. volgo* q᷑ua *V* 34 et *V volgo*, sed *Toll* farris opimę *V volgo*, carnis opimae *Vin.*, farris opimo *Toll*; *fortasse* farris opima, *cf. ind. s. v. opimus* 37 mersa *Heinsius* culędonius *V* 38 uizantia *V* (b m^2) 39 insana et *V*, et insana *Lugd.* 41 uatis *V*, vates *Lugd.* ^{hi}storicus *V* (hi m^2) 44 lieum *V* (e *ex* ę) 46 collecta *V* (t *in* g *mut.* m^2; i *supra* t *eras.*) *corr. Pulmannus* 47 ipsa memorum *V corr. Lugd.*

natalis si forte fuit sollemnis amico
coniugioque dapes aut sacra repotia patrum,
audivi meminique bonos laudare frequentes.

X. INVITATIO AD PAVLVM.

Si qua fides falsis umquam est adhibenda poetis 399
nec plasma semper adlinunt, (ω)
Paule, Camenarum celeberrime Castaliarum
alumne quondam, nunc pater
aut avus aut proavis antiquior, ut fuit olim
Tartesiorum regulus,
intemerata tibi maneant promissa memento.
Phoebus iubet verum loqui.
etsi Pierias patitur lirare sorores,
numquam ipse torquet αὔλακα.
te quoque ne pigeat consponsi foederis: et iam
citus veni remo aut rota,
aequoris undosi qua multiplicata recursu
Garumna pontum provocat,
aut iteratarum qua glarea trita viarum
fert militarem ad Blaviam.
nos etenim primis sanctum post pascha diebus
avemus agrum visere.
nam populi coetus et compita sordida rixis
fastidientes cernimus
angustas fervere vias et congrege volgo
nomen plateas perdere.
turbida congestis referitur vocibus echo:
-'tene, feri, duc, da, cave',
sus lutulenta fugit, rabidus canis impete saevo
et impares plaustro boves.
nec prodest penetrale domus et operta subire:
per tecta clamores meant.
haec et quae possunt placidos offendere mores
cogunt relinqui moenia,

---

49 sq. Hor. Sat. II 2, 60 sq. repotia natalesve aliosve dierum festos

X. 2 Paull. Pell. carm. euch. 73 plasmata Homeri 5 Sil. Ital. III 397 rex proavis fuit humani ditissimus aevi 25 sq. Hor. Epist. II 2, 74 sq. tristia robustis luctantur funera plaustris, hac rabiosa fugit canis, hac lutulenta ruit sus

---

50 reportia *V corr. Lugd.* 51 bono *V*, bonos *Heinsius et Gronov*

X. Imitatio ad paulinum *M* 1 unquam *ME*, nunquam (numquam *T*) *cet.* 3 camoenarum *T* 5 proauus *ω*, proavis *Ven.*[4] 6 regulorum *T* 10 nunquam *T* auliaca *mu*, aulica *cet.*, aulaca *Lugd.* 11 pigea *T* conspensi per hoc ederis et iam *M* 12 rome *M* 14 carunna *M* potum *T* 17 sanctum *T* (u *ex* a) pasca *ω* 21 feruor *T* cumgrege *TvE* uolgo *ME*, uulgo *cet.* 23 eccho *T* 25 scaeuo *T* 28 per saepta *Accursius*

dulcia secreti repetantur ut otia ruris,
nugis amica ac seriis,
tempora disponas ubi tu tua iusque tuum sit,
ut nil agas vel quod voles.
ad quae si properas, tota cum merce tuarum
veni camenarum citus.
dactylicos elegos, choriambum carmen, epodos,
socci et cothurni musicam
carpentis impone tuis: nam tota supellex
vatum piorum chartea est.
nobiscum invenies κατεναντία, si libet uti
non προῖκα, sed Graeca fide.

XI. RESCRIPTVM PAVLO SVO.

Versus meos utili et conscio sibi pudore celatos carmine tuo et sermone prae- 400
missis dum putas elici, repressisti. nam qui ipse facundus et musicus editionis alienae (ω)
prolectat audaciam, consilio quo suadet exterret. tegat oportet auditor doctrinam suam, qui volet ad dicendum sollicitare trepidantem nec emerita adversum tirunculos arma concutiat veterana calliditas. sensit hoc Venus de pulchritudinis palma diu ambiguo ampliata iudicio. pudenter enim ut apud patrem velata certaverat nec deterrebat aemulas ornatus aequalis. at postquam in pastoris examen deducta est lis dearum, qualis emerserat mari aut cum Marte convenerat, et consternavit arbitrum et contendentium certamen oppressit. ergo nisi Delirus tuus in re tenui non tenuiter laboratus opuscula mea, quae promi studueras, retardasset, iamdudum ego ut palmes audacior in hibernas adhuc auras improbum germen egissem, periculum iudicii gravis inconsulta festinatione subiturus. denique Bisonum, quem †tolleno iñ existimo proprie a philologis appellatum, addere, ut iubebas, recenti versuum tuorum lectione non ausus, ea, quae tibi iam cursim fuerant recitata, transmisi. etenim hoc poposcisti atque id ego malui, tu ut tua culpa ad eundem lapidem bis offenderes, ego autem quaecumque fortuna esset semel erubescerem. vide, mi Paule, quam ineptum

35 sq. Hor. Carm. IIII 12, 21 sq. ad quae si properas gaudia, cum tua velox merce veni 38 Hor. Epist. II 3, 80 hunc socci cepere pedem grandesque cothurni 42 Plaut. Asin. I 3, 47 (199) cetera quae ⟨nos⟩ volumus uti Graeca mercamur fide

XI. 3 Sid. Apoll. XXIII 1, 11 suades scribere, sed facis tacere 9 Verg. Georg. IIII 6 in tenui labor: at tenuis non gloria

32 amena *TM*, amoena *cet. volgo*, amica et *Heinsius*, amica ac *ego* 33 tu] tui (*vel* tua) *T* (*litt. ult. del.*) 36 camoenarum *T* 37 dactilicos *T*, dactilos *M* coryambum *T* et pedes *M* 38 coturni *M* 40 cartha *T*, cartea *M* 41 katenantia *T*, catenancia *M*, catenoplia (katenoplia *Ven.*4) *volgo*, κατεναντία *scripsi* 42 poena (poema *M*) sed *ω*, προῖκα sed *Weil*

XI. Rescriptum Paulo (Paulino *mu*) suo (suo *om. M*) *ω*, Ausonius Paulo S. *Lugd. volgo* 2 qui] que *M* edictioni *T*, editioni *cet.*, editionis *Gronov* 3 quae lectat *T* que *M* 5 pulcritudinis *TM* 6 nec *T*, neque *cet.* 7 deterebat *T* 8 marti *TM*, mari *cet.* prosternauit habitum *T* 12 pissonem *T*, pisonem *cet.*, dissonum *E volgo*, Bisonum *Hartel* tolleno iñ *T*, tolle nomen *cet.*, Colonomon *Ven.*4 *volgo*, Κεκολλημένον *temptabam*, Tollenonem *Hartel*; *significatur sine dubio epistula duodecima* 13 adcreui *ω*, addere *ego*, ad te mittere *Gronov volgo* iubeas *M* 14 fuerat *M* transmitti *Par.*, transmitto *Scal. volgo* 15 poposisti *T* 16 quaecunque *T* *post* erubescerem *in ω sequitur carmen XXV 3, quod excipiunt haec*: ad Paulum suum (*sic Tχ, om. M*) uide mi Paule *e. q. s.*

lacessieris, in verbis rudem, in eloquendo hiulcum, a propositis discrepantem, in versibus concinnationis expertem, in cavillando nec natura venustum nec arte conditum, diluti salis, fellis ignavi, nec de mimo planipedem nec de comoediis histrionem. ac nisi haec a nobis missa ipse lecturus esses, etiam de pronuntiatione rideres. nunc commodiore fato sunt, quod licet apud nos genuina, aput te erunt adoptiva.

Vinum cum biiugo parabo plaustro
primo tempore Santonos vehendum,
ovum tum quoque passeris marini,
quod nunc promus ait procul relictum
in fundo patriae Bigerritanae.

XII. ΑΥΣΟΝΙΟΣ ΠΑΥΛΩΙ.

401 (ω)

Ἑλλαδικῆς μέτοχον μούσης Latiaeque camenae,
Ἄξιον Αὐσόνιος sermone adludo bilingui.
Musae, quid facimus? τί κεναῖσιν ἐφ' ἐλπίσιν αὖτως
ludimus ἀφραδίῃσιν ἐν ἥματι γηράσκοντες;
Σαντονικοῖς campoisin, ὅπου κρύος ἄξενόν ἐστιν,
erramus gelidotromeroi καὶ frigdoποιηταί,
Πιερίδων teneroπλοκάμων θεράποντες inertes.
πάντα δ' ἔχει παγετός τε pedum καὶ κρουσμὸς ὀδόντων,
θαλπωρὴ quia nulla πέλει χιονώδεϊ χώρῃ,
et duplicant frigus ψυχρὰ carmina μητιόωντες.
ἀρχόμενος δ' ἄρα μηνὶ νέῳ Ἰανοῦ τε calendais
primitias Παύλῳ nostrae πέμψωμεν ἀοιδῆς.
Μνημοσύνης κρηδεμνοκόμου polucantica τέκνα,
ἐννέα verbosae κριννοστέφανοί τε puellae,
ἔνθ' ἄγε μοι polurisa ἔπη, κουρώδεα μολπήν,

24 Plaut. Pers. II 2, 17 (199) marinus passer (*cf.* Fest. 222, 16)

17 me loquendo hyulcum *M* 18 nec *om. E volgo* invenustum *Ven.*^{4} *volgo* 19 salis et *E volgo* minio *T* comediis *TME*, comedis *cet.*, comoedis *volgo* hystrionem *M* 21 sunt *om. M* aput *T*, apud *cet.* erunt] essent *T* 22 plaustro parabo *ω*, parabo plaustro *Ug.* 23 sanctonos *T* 24 tu *ω*, tum *Heinsius* 26 begeritanae *ω corr. Scal.*

XII. *lemma TMpp*^{2}*kv*^{2}*E* *in k desunt vv.* 31—45, *in v*^{2} *vv.* 14—45, *in lmuv totum deest carmen* 1 μετοχον *T* (χ *ex* κ), μέτεχον *p*, μετέχων *Iunt. volgo* 2 Ἀξίῳ *Scal. volgo* alludo *Tpp*^{2}*E* 3 ἐπ' ἐλπίσιν *Par. volgo* αὖτως *Lugd. volgo* 4 ἥματι *T*, ἥματι *Iunt. volgo* γιρασκοντες *T* 5 Cantonikoic *M* καμποισιν *ω*, campoisin *Toll* οπι *T*, οποι *cet.*, ὅπη *Toll volgo*, ὅπου *ego* αξγανεστιν *Mpp*^{2}*kv*^{2}, *om. T*, ἄσπετόν ἐστιν *Scal. volgo*, ἄξενόν ἐστιν *Peiper* 6 frigdopoete *pv*^{2}, frigidopoete (-tę *T*) *cet.*, rigidoque poetae *Ven.*^{4}, rigidique poetae *Scal. volgo*, frigdoποιηταί *ego* 7 τενενοπλοκαμων *T*, τερενοπλοκάμων *Med. volgo* 8 κρουσμος *v*^{2}*k*, κροισμος *M*, κριοσμος *p*, κρυοσμο *p*^{2}, κρυος *T*, κρυμὸς *Scal. volgo* οδωντων *T* (*corr. m*^{1}) 9 πιλει *T Med.*, Φοκiy *cet.*, *om. E*, πέλει *Par.* χιοηωρη *M* (*cet. om.*) 10 dupplicant *T*, duplicat *M* ψηχρα *T* 11 μηνιηεωιαηουτεcalendes *Mpp*^{2}*kv*^{2}, μήνιν εὼια *TE* (*cet. om.*) 12 nostrę (-e *TM*) *ω*, nostro *Scal. volgo* πεμψωμεοαοιλες *M*, πεμψω μεολοιδες *p*, πεμψω μελοδείας *p*^{2}, πεμψωμεοδοιαες *v*^{2}, πεμυωμολοιδες *k*, πεμψω μελοείδες *T*, πέμψω μελοειδὲς *E*, πέμψω μελιηδεῖς *Scal. volgo*, πέμψωμεν ἀοιδῆς *ego* 13 πολycantica *M*, πολυκαντιca *kv*^{2}, πολυκλητισα *pp*^{2}, πολυκλητινα *TE*, πολυinclita *Scal. volgo* *in v.* 13 *desinit v*^{2} 14 ennea *Mk*, aenea *Tpp*^{2}*E* ριννοστεφανοιτε *Mp*, ῥίνοστεφάνοι τε *p*^{2}, ριννοιστεφανοι τε *k*, κριννοςεφανοι τε *TE* 15 ελεατεμοy *M*, ενθα τε μοι *Tpp*^{2}*E*, ελεατεμοι *k*, ἔνθ' ἄγε μοι *Scal.* πολyrisae επyc *M*, πολὺριsę ἐπι *p*, πολύκισε ἐπϊ (ϊ *ex* υ) *p*^{2}, πολyrisae επιc *k*, πολυ(*lac. 4 litt.*)επι *TE*, ἔνθ' ἄγε μοι τολυπεύετ' ἔπη *Scal. volgo*

frontibus ὑμετέραις πτέρινον praeferte triumphum.
ὑμᾶς γὰρ καλέω καινὸς Διονυσοποιητής:
Παύλῳ ἐφαρμόσσαιτε μεμιγμενοβάρβαρον ᾠδήν.
οὐ γάρ μοι θέμις ἐστὶν in hac regione μένοντι
Ἄξιον ab nostris ἐπιδευέα εἶνε καμήναις.
κεῖνος ἐμοὶ πάντων μέτοχος, qui seria nostra,
qui ioca παντοδαπῇ novit tractare παλαίστρῃ.
καὶ νῦν sepositus μοναχῷ ἐνὶ rure Κρεβέννου,
ἀσταφύλῳ ἐνὶ χώρῳ, habet θυμαλγέα λέσχην,
οὔτε φίλοις ἑτάροις nec mensae accommodus ulli,
ὅττι ἀθελξινόοις aeger συμμέμφετο μούσαις.
iam satis, ὦ φίλε Παῦλε, πόνων ἀπεπειρήθημεν
ἔν τε forῳ causαις τε καὶ ingrataισι καθέδραις
ῥητορικοῖς ludοισι καὶ ἔπλετο οὐδὲν ὄνειαρ.
ἀλλ' ἤδη κεῖνος μὲν ἅπας iuvenalios ἱδρὼς
ἐκκέχυται μελέων, τρομερὴ λάβε βλέμμα senectus
καὶ minus in sumptum δαπάνας levis arca ministrat.
οὔτ' ἄρ' ἔχει ἀπάλαμνος ἀνὴρ κουαιστώδεα lucrον
κλεινικὸς οὔτε γέρων ἄρ' ἴσον κεραϊζόμενος νοῦν.
aequanimus quod si fueris et πάντα mal' εὕδειν
malueris, λήθη πόνου ἔσσεται ἠδὲ πενείης.
κεῖνο δὲ παγκάλλιστον, ut omnibus undique musis
σὺν φιάλῃ vinoque, ἐτεῶν συνοπάονι μουσῶν,
θυμοῦ ἀκηχεμένου solacia blanda requiras.
hic erit et fructus Δημήτερος ἀγλαοκάρπου,

XII. 40 *cf.* Hymn. Hom. IIII 4 Δήμητρος . . . ἀγλαοκάρπου, Orph. hymn. prooem. 6 Δημήτηρ τ' ἀγλαόκαρπε

---

16 υμετεραισ *T* (α *ex* ο) triumphum] libellum *Ven.*² *volgo* 17 ΥΜΑΤΑΡΚΑΜΕΩCΑΙCΟCΤΙΧΟΗΥΕΟΤΙΟΗΤΗC *M*, υματαρκαλεωsΑΙSΟCΤΙΧΟΝΥσότΙΟΗΤΗC *pp*², υματαρκΜΕΟsΑΙSΟCΤΙΧΟΝυσοποΝΤΙς *k*, υματαρ(*lac. 8 litt.*) ςιχον (*cet. om.*) *TE*, ὑμᾶς γὰρ καλέω καινὸς Διονυσοποιητής *ego* 18 εφαρμοccατε *M*, ἐφαρμοcατε *pp*², cφαρμοζιατε *k*, εφαρμοζατε *TE*, ἐφαρμόζετε *Par.*, ἐφαρμόζητε *Scal. volgo*, ἐφαρμόσσαιτε *ego* μεμιγμενοβαρον *Mpp*²*k*, μεμιγμενο (*om.* βαρον) *TE corr. Peiper* 19 ουτ' αρ *T* εcτ. in *Mk*, ἐcτιν in *pT*, ἐστι in *p*² 20 ΕΝΕ *M*, εινε *Tpk*, εἵνε *E*, εἶνναι *p*², esse *Scal. volgo* 21 καίνοσ *T* 23 μοναχῶ *T* ΚΡΕΒΕΝΝΟΥ *Mpp*²*k*, κρεβεννον *T*, κρεβεννον *E*, κρεβέννων *Par.*, Κρεβέννῳ *Scal. volgo* 24 ασαφύλο *T* 26 otia θελξιΗοοιcΛετερcΥΜΜΕΝφεοτ *M*, ὁτιαθελξινοοιςαεcεRcγλλ μεμφεο *p*, ὅτιαθελξινοοιςδετεκισυμ μεμφεο *p*², ὁτιαθελξινοοιςΑεcεRιΥΜΜΕΝφεοτ *k*, οττι ἀθελξινοοισ(*lac. 6 litt.*)μεμφεο *TE* aeger συμμέμφετο (*an* συνεμέμφετο?) *ego*, αἰεὶ συνέμεν φάτο *Scal. volgo* ΜΟΙCΑΙC *M*, μοιαιc *p*² 27 πονου απεπᾱ̣ιρηθημεν *T* 28 φορω *T* ingrata ες ικαεΗλψαιc *M*, ingrata ἐσ ικαθηαραισ *pp*², ingrata εcικαθΗΜραιο *k*, ingrata es ικαθΗαραισ *TE*, ingrataῖσι καθέδραις *Scal.* 29 λουδοισι *ω*, ludοισι *Toll* *in v.* 29 *desinit k* 30 καινος *T* παc *M*, απασ *Tpp*²*k*, ἅπασ *E* iuuenali οcιαροc *M*, iuuenali οsΔροc *pp*², iuuenali ωσ ιδρωσ *TE* 31 τρομερο *T* (*corr. m*¹) λεπα pecti *M*, λεπαpcrti *p* (*in marg.* λυπράτε), λυπρὰ τε *p*², βλέμμα *T* (*om.* λάβε), λαβεβλέμα *E* 32 Δαπαc *Mpp*²*E*, Δαπιναc *T Med.*, δαπάνας *Par.* 33 οὐ γὰρ *Pulmannus volgo* απλαΜΗοc *M* κοιλιcτωΔεαλογcροΗΜΟΗ *M*, κογαιcτωΔειεΔ̄LVcRON^MON *p*, κὄυδὶς τω δε *p*² (*ceteris omissis*), *om. TE*, κουαιστώδεα lucrον *ego* 34 οὔτε] ουτο *Ven.*⁴, οὔθ' ὁ *Pulmannus volgo* αργcοΗκεραλzετεΜΟΙΝ *M*, αρẏcεοΝκερααzετεΝοιχ *p*, ἀρυσεον κεραιζετε νοῦν *p*², *om. TE*, ἄρ' ἴσον κεραϊζόμενος νοῦν *ego* 35 si qua fueris *Ug. volgo* ετπαΝΤαΜελωΔειΝ *M*, εσ παντα μελωδειν (μηλωδειν *T*) *cet.*, ἐς πάντα μάλ' εὕδειν *Scal. volgo*, et πάντα mal' εὕδειν *ego* 36 επεται *T* πενιης *TE* ληθη δὲ πόνου ἔσετ' ἠδὲ πενίης *Scal. volgo* 37 καινοσ *T* mensis *Scal. volgo* 38 cΥΝφιαγιαεqνενοqνε *M*, Cὺν φιάλη δὲ quę voque (voque *om. TE cum lacunae signo*) *pTE*, ἐν φιάλῃ δε quę uo que *p*², σὺν φιάλῃ vinoque *ego* τεωΗ *Mpp*², *om. TE* (*cum lacunae signo*), ἐτεῶν *ego*, *an* ἐτεῷ? ΜΟΙCΩΝ *M*, μουσάω *T*, μούςαον *E* σὺν φιάλῃ ἢ σὺν δέπαϊ συνοπάονι μουσέων *Scal. volgo* 39 αχ(*del.*)ακηχεμενου *T* solatia *ω* 40 αcαλοκαρπογ *M*, ἀ7αλοκαρπου *pp*², ἀγλαοκάρπȣ *TE*

ἔνθα σύες θαλεροὶ πολυχανδέα pocula τ', ἔνθα
κιρνᾶν, εἴ κε θέλοις, νέκταρ vinoio bonoio.
ambo igitur nostrae παραθέλξομεν otia vitae,
dum res et aetas et sororum
νήματα πορφύρεα πλέκεται.

XIII. ΑΥΣΟΝΙΟΣ ΠΑΥΛΩΙ.

Ῥωμαίων ὕπατος ἀρεταλόγῳ ἠδὲ ποιητῇ, 402
Αὐσόνιος Παύλῳ· Σπεῦδε φίλους ἰδέειν. (ω)

(XIIII).

Aequoream liqui te propter, amice, Garumnam, 403
te propter campos incolo Santonicos. (ω)
congressus igitur nostros pete: si tibi cura,
quae mihi, conspectu iam potiere meo.
sed tantum adpropera, quantum pote corpore et aevo.
ut salvum videam, sat cito te video.
si post infaustas vigor integratus habenas
et rediit membris iam sua mobilitas,
si riguam laetis recolis Pimpleida Musis,
iam vates et non flagrifer Automedon,
pelle soporiferi senium nubemque veterni
atque alacri mediam carpe vigore viam.
sed cisium aut pigrum cautus conscende veraedum:
non tibi sit raedae, non amor acris equi.
cantheris moneo male nota petorrita vites
nec celeres mulas ipse Metiscus agas.
sic tibi sint Musae faciles, meditatio prompta
et memor, et liquidi mel fluat eloquii:

---

41 Odyss. VIII 475 sq. νώτου . . . ἀργιόδοντος ὑός, θαλερὴ δ' ἦν ἀμφὶς ἀλοιφή 44 Hor. Carm. II 3, 15 sq. dum res et aetas et sororum fila trium patiuntur atra

XIIII. 10 Verg. Aen. II 476 sq. equorum agitator Achillis armiger Automedon 16 Verg. Aen. XII 469 sq.

---

41 ενθα συ εδλα ρεοι *T*, σοι εἶδαρ ἔοι *Scal. volgo* ρocyλαεnελ *M*, pocula ε^ν^νθα *p*, pocula ἔνθα *p*²*TE*, pocula θέντι *Scal. volgo*, pocula τ' ἔνθα *ego* 42 κειρнан *M* αἴ κε *Pulmannus volgo* ουιnοιο вонуιο *Mp*, οἰνοῖο βοήιο *p*², ουίνοιο βόνοιο *T* (*in quo ante* ουίνοιο *legitur* οο *m*¹ *del.*) *E*, uinoio bonoio *Toll* 43 παραθελαξομεν *M*, παραθ$\overset{\lambda\lambda}{\underset{\cdot\cdot}{\underset{\cdot\cdot}{\varepsilon}}}$ϙαξομεν *p*, παραεδάξομεν *p*², παραλλάξομεν *TE*, παραλέξομεν *Scal. volgo*, παραθέλξομεν *ego* 45 πορφυρωн *M*, πορφυρεων *pp*², πορφυρεοσ *T* (οσ *ex* α), πορφυρεω *E*, πορφύρεα *Scal.* ιταεκετατ *M*, πλεκεται *T* (αι *ex* ε), πλέκονται *Scal. volgo*

XIII. αυσόνιος παύλω *TE*, *nullum lemma Mpp*², *in ceteris totum deest carmen*; *hoc carmen titulum epistulae quae sequitur esse probabiliter coniecit Hartel* 1 ρωμ$\overset{\alpha\iota}{\varepsilon}$ων *T* αρεταλοΓанаε *M*, αρεταλογωηδε *pp*², αρεταλόγων τε *T*, ἀρεταλόγων δὲ *E* τοнτн *M*, ποητη *p*

XIIII. Ad amicum ut quam primum ad se ueniat *TvE*, *om. cet.*, Ad eundem Paulum *Lugd. volgo* 5 tamen *Delph.* appropera *Mχ* 9 si riguam] linguam *M* pipeleida *TMv*, pipeleia *l*, pipleia *mu*, pipleida *E* (*cf. Hesych. s. v.* Πίπλειαι), *corr. Par.* 10 flagrifera *T* αυτομεδων *Mpp*²*E*, *om. T*, autumedon *cet.* 13 uerendum *T* 14 sit] sic *M* rhedę *T*, rede *M* 15 cantheri *T*, euteri *M*, eutheri *v*, eucheri *mu*, cauteri *E corr. Gronov* petōrita *T*, pertorrita *M* 17 facilis *TM* pronta *M*

sic, qui venalis tam longa aetate Crebennus
non habet emptorem, sit tibi pro pretio.
attamen ut citius venias leviusque vehare,
historiam, mimos, carmina linque domi.
grande onus in musis: tot saecula condita chartis,
quae sua vix tolerant tempora, nostra gravant.
nobiscum invenies ἐπέων πολυμορφέα πληθύν,
γραμματικῶν τε πλοκὰς καὶ λογοδαιδαλίην,
δάκτυλον ἡρῷον καὶ ἀοιδοπόλων χορίαμβον,
σὺν Θαλίης κώμῳ σύρματα Τερψιχόρης,
σωταδικόν τε κίναιδον, ἰωνικὸν ἀμφοτέρωθεν,
ῥυθμῶν Πινδαρικῶν ἔννομον εὐεπίην,
εἰλιπόδην σκάζοντα καὶ οὐ σκάζοντα τρίμετρον,
ὀκτὼ Θουκυδίδου, ἔννεα Ἡροδότου,
ῥητορικῶν ⟨τι⟩ θέαμα, σοφῶν ἐρικυδέα φῦλα,
πάντα μάλ' ὅσσ' ἐθέλεις, καὶ πλέον, αἴ κε θέλοις.
hoc tibi de nostris ἀσπαστικὸν offero libris.
vale. valere si voles me, iam veni.

XV. AVSONIVS TETRADIO SAL.

O qui venustos uberi facundia 404
sales opimas, Tetradi, (ω)
cavesque, ne sit tristis et dulci carens
amara concinnatio:
qui felle carmen atque melle temperans
torpere musas non sinis
pariterque fucas quaeque gustu ignava sunt
et quae sapore tristia:
rudes camenas qui Suessae praevenis
aevoque cedis, non stilo:
cur me propinquum Santonorum moenibus
declinas, ut Lucas boves
olim resumpto praeferoces proelio
fugit iuventus Romula?

XV. 12 *cf.* Varro l. l. VII 39

---

19 quem *ω* (q̄ *T*), qui *Ven.*4 22 nûmos *T* 23 honus *M* carthis *T*, cartis *M* 25—35 *om. T* ἐπέων . . . θέλοις *om. klmuvv*2 27 ηρωων *Mpp*2*E corr. Vin.* λοπολω *M*, λοιδοπολω *pE*, λοιδοπολο *p*2, ἀοιδοπόλον *Vin. volgo*, ἀοιδοπόλων *ego* 28 κωμω *Mpp*2, χόρῳ *E*, τε χόρῳ *Scal. volgo* 32 οκτωηροδοy (Ἡροδοτου *pp*2) εννεα τοικυδιαοy (Θουκυδιδου *pp*2) *Mpp*2 *corr. E* 33 ρητοργκον θεαμα *M*, ρητορικον θαημα *pp*2*E* (*cf. v. l. Theocr. I 56*), ῥητορικῶν τι θέαμα *ego*, ῥητορικόν τε θέαμα σοφῶν τ' *Hartel*, ῥητορικῶν θαυμαστά *Scal. volgo* 34 εθλοις *M*, εθελοις *pp*2*E*, ἐθέλεις *ego* ηκεθελειε *M*, ηκεθελεις *pp*2, ἐικεθέλοις *E*, αἴκε θέλοις *Scal.* 35 απαστικον *Mpp*2*kvv*2*E*, ἀπάγικον *l* (ἀσπαστικὸν . . . libris *om. u*) *corr. Par.* Finit epłarum liber *T*, Finit epistolarum liber primus (primus liber epistolarum *v*) *Mmuv*

XV. salutem *om. M*, Tetradio suo s. (s. p. d. *v*, salutem *m*) *muv* 3 nescit *TM*, ne sit *χE* 9 camoenas *T* 11 santomorum *T* 13 p̄lio *T*, prelio *M*

non ⟨ut⟩ tigris te, non leonis impetu,
amore sed caro expeto.
videre alumni gestio voltus mei
et indole optata frui.
invitus olim devoravi absentiae
necessitatem pristinae,
quondam docendi munere adstrictum gravi
Iculisma cum te absconderet,
et invidebam devio ac solo loco
opus camenarum tegi.
at nunc frequentes atque claros nec procul
cum floreas inter viros
tibique nostras ventus auras deferat
auresque sermo verberet,
cur me supino pectoris fastu tumens
spernis poetam consulem,
tuique amantem teque mirantem ac tua
desiderantem carmina
oblitus alto neglegis fastidio?
plectendus exemplo tuo,
ni stabilis aevo pectoris nostri fides
quamquam recusantes amet.
vale. valere si voles me, pervola
cum scrinio et musis tuis.

XVI. AVSONIVS PROBO PRAEFECTO PRAETORIO SAL.

1.

Oblata per antiquarios mora scio promissi mei gratiam expectatione consumptam, 405 (ω)
Probe, vir optime: in secundis tamen habeo non fefellisse. apologos Titiani et Nepotis chronica, quasi alios apologos (nam et ipsa instar sunt fabularum) ad nobilitatem tuam misi, gaudens atque etiam glorians fore aliquid, quod ad institutionem tuorum sedulitatis meae studio conferatur. libello tamen apologorum antetuli paucos epodos, studio in te observantiae meae impudentissimo, paucos quidem, ut ego loquax iudico: verum tu, cum legeris, etiam nimium multos putabis. adiuro benevolentiam tuam, verecundiae meae testem, eos mihi subita persuasione fluxisse. nam quis hos diu cogitaret? quod sane ipsi per se probabunt. fors fuat, ut si mihi vita suppetet, ali-

15 Hor. Carm. I 23, 9 sq. atqui non ego te tigris ut aspera Gaetulusve leo frangere persequor
XVI. **1.** 8 Stat. Silv. I Praef. 7 subito calore . . . fluxerunt 9 ibid. 20 quamquam timeo, ne verum istuc versus quoque ipsi de se probent

15 ut *om.* ω, *add. E* tygris *T* 17 uultus *T* 19 abscentiae *T* 21 adstrictu *TM* 22 iculis nacū *TχE*, eculisna cum *M*, Iculisma cum *Scal.* abscondentur *T* 24 opes *Gronov volgo* camoenarum *T* 25 nos *l*, non *cet. E*, nunc *Ven.*⁴ 29 suppino *M* pectore *T* 30 consule *T* 31 teque amantem *T* 33 negligis ω fastigio *E volgo* 37 ad me peruola cum rescripto *T* 38 scrinto *M*
XVI. **1.** Ausonius Probo praefecto praetorio (pret̄ pret̄. *M*) sal. (*om. M*) ω 1 consumpta *TMv* 2 appologos *T* (*item v. 3*) ticiam *M* 3 cronica *TM* 4 nisi *TE* 5 appologorum *T* epodes *M* 6 impudentissimos ω, impudentissimo *ego* 7 beniuolentiam *Tmu*, benevolentiam *cet.* 8 hoc *Lugd. volgo* 9 fuerat *T* suppeteret *T*

quid rerum tuarum, quamvis incultus expoliam: quod tu etsi lectum non probes, scriptum boni consules. cumque ego imitatus sim vesaniam Choerili, tu ignoscas magnanimitate Alexandri. hi igitur interim, ut Plautus ait, erunt antelogium fabularum, garruli et deceptores, qui compositi ad honorificentiae obsequium, ad aurium convicium concurrerunt. vale ac me dilige.

2.

Perge, o libelle, Sirmium,
et dic ero meo ac tuo
have atque salve plurimum.
quis iste sit nobis erus,
nescis, libelle? an, cum scias,
libenter audis quod iuvat?
possem absolute dicere,
sed dulcius circumloquar
diuque fando perfruar.
hunc dico, qui lingua potens
minorem Atridam praeterit
orando pauca et musica:
qui grandines Vlixei
et mellifluentem Nestora
concinnat ore Tullii:
qui solus exceptis tribus
eris erorum primus est
praetorioque maximus.
dico hunc senati praesulem,
praefectum eundem et consulem:
nam consul aeternum cluet
collega Augusti consulis,
columen curulis Romulae
primum in secundis fascibus:
nam primus e cunctis erit
consul secundus principi.
generi hic superstes aureo
satorque prolis aureae
convincit Ascraeum senem
non esse saeclum ferreum.
qui vincit aevi iniuriam
stirpis novator Amniae
paribusque comit infulis
Aniciorum stemmata.
Probum loquor, scis optime,
quem nemo fando dixerit,
qui non prius laudaverit.
perge, o libelle, et utere
felicitate intermina.
quin et require, si sinet
tenore fari obnoxio:
'age, vera proles Romuli,
effare causam nominis.
utrumne mores hoc tui

11 Hor. Epist. II 1, 232 sq. 12 Plaut. Men. prol. 13 hoc (fabulae) argumento antelogium fuit **2.** 30 Hesiod. Opp. 176

11 consulas *muE volgo* sum *T* cerili *T*, cherili *M* 12 ut plautus ait interim *TE volgo* antilogium *ω*, antelogium *Muretus* 13 garuli *T* 14 et *TE*, ac *cet.* *post* dilige *legebatur volgo* Ad librum ut eat ad Probum *ab Ugoleto adiectum*

2. 1 o *T* (*s. v.* m^2) 2 hero *T* atq; *T* (q; *del.* m^2) 3 aue *ω* 4 herus *T* 7 possum *Toll volgo* 9 profruar *T* praefando fruar *Baehrens* 10 petens *M* 13 quid *M* 14 et *om. Scal. volgo* mellefluente *T* (mellifluentē et m^2), et mellifluentem *cet. et E* (*ubi* melleifl-) nestora *T* 15 concinnatorem *ω*, concinnat ore *Ven.*^{4} tullii *ω*, et tullium *Ven.*^{4} concinnatorem et Tullium *Par. volgo* 17 ^{h}eris ^{h}erorum *T* (h m^2) eroum *M* est *om. M* 20 eundem *Mlv*, eumdem *cet.* cluet *TM et p* (*in mg.*), elucet *T* (*s. v. minio*) *p cet. E* 22 collega *TM*, collegam *cet. E volgo* 24 secundi *T* (*ex* secki m^2) *M et p* (*in mg.*), sede *p cet.*, secunde *E*, secundis *Med.* 26 principis *T* (s *del.* m^2) 28 polis *M* 29 convicit *Ug. volgo* astreum *Mχ* 30 esse saeclum] esedū *T* (*s. v.* m^2 esse seclum), essedum *cet.* quin et saeclum ferreum *Ven.*^{3}, qui (quoi *Toll volgo*) saeculum omne ferreum *Ven.*^{4} 31 uincit uiata (uincit m^2) aeui *T*, uinci tā eui *M*, uincit aeui *cet.* iniuria *M* 32 Amniae *ego*, ammiae *pE*, animae *mu*, anmie *cet.*, anniae *Ven.*^{4} *volgo*; *cf. C. I. L. VI 1754* Aniciae Faltoniae Probae Amnios Pincios Aniciosque decoranti 33 colit *T* 34 annitiorum *T* (*s. v.* Atticiorum m^2) *ME*, anitiorum *p*, ammitiorum *cet.*, Aniciorum *Scal.* *post v.* 34 *in M legitur v.* 41, *sed signo* ⁓, *quo eum post* 40 *collocandum esse indicatur, adiecto* 44 utrumne] utrum ut̤ me̤ *T* (*corr. minio*)

nomen dedere: an nomen hoc
secuta morum regula?
an ille venturi sciens
mundi supremus arbiter,
qualem creavit moribus,
iussit vocari nomine?'
nomen datum praeconiis
vitaeque testimonio.
libelle felix, quem sinu
vir tantus evolvet suo
nec occupari tempora
grato queretur otio:
quem mille ⟨tum⟩ vocis modis
leni aut susurro impertiet
cuique vigiles luminum
vacare dignabunt corae:
quem mente et aure consciis
quibusdam omissis perleget.
quaecumque fortuna est tibi,
perge, o libelle, et utere
felicitate intermina.
dic me valere et vivere,
dic vivere ex voto pio,
sanctis precantem vocibus,
ut quem curulis proxima
collegio nati dedit,
hunc rursus Augustus prior
suis perennet fascibus.
subnecte et illud leniter:
'apologos en misit tibi
ab usque Rheni limite
Ausonius, nomen Italum,
praeceptor Augusti tui,
Aesopiam trimetriam,
quam vertit exili stilo
pedestre concinnans opus
fandi Titianus artifex:
ut hinc avi ac patris decus,
mixto resurgens sanguine,
Probiano⟨que⟩ atque Anicio,
ut quondam in Albae moenibus
supremus Aenea satus
Silvios Iulis miscuit,
sic iste, qui natus tibi,
flos flosculorum Romuli,
nutricis inter lemmata
lallique somniferos modos
suescat peritus fabulis
simul iocari et discere'.
⟨et⟩ adde votum, quod pio
concepimus rei deo:
'ut genitor Augustus dedit
collegio nati Probum,
sic Gratianus hunc novum
stirpi futurae copulet'.
rata sunt futura, quae loquor.
sic merita⟨que⟩ et fatum iubent.
sed iam ut loquatur Iulius,
fandi modum invita accipe
volucripes dimetria
haveque dicto dic vale.

---

45 dedē *T* 54 involvet *Toll volgo* 55 ne *T* (*corr.* m^2) *M*, neu *p* 57 ille *T* tum *om.* *ω*, *adieci ego*, cum *Ven.*⁴ *volgo* uocis ^{et} modis *p*, uocis m̄o *T* 58 leni *om.* *T* īpartiet *E* 59 cuique *T* (que *add.* m^2), que *om.* *cet.* 60 uacare *T* (a *pr.* *ex* o m^2) coree *M*, coreę *T*, choreę *cet.* *E*, corae *Iac.* *Constantinus* 62 /·omissis *T* (*in mg.* m^1) pelleget *TME*, perleget *cet.* 63 quecunque est fortuna *T* 69 curuli *TM*, curulis *cet.* *E* 72 perhemnet *M* 74 em *T* (en m^2) 77 sui *T* (tui m^2) *M*, tui *cet.* *E* 78 trimẹntriam *M* 80 pedestre *T*, pede *cet.* *E* 81 ticianus *Mχ* 82 hic *ω*, hinc *Mommsen* ac] atque *Tlmu* 83 refulgens *Ven.*⁴ *volgo* 84 Probiano *ω* Probianoque ac Anicio *Scal.* *volgo*, Probianoque atque Anicio *Vin.* 87 iulius *ω*, Iuliis *Ven.*⁴, Iulis *Scal.* 88 tui *T*, tuus *cet.*, tibi *Toll*, *an* tibi est? 90 lem^{m}nata *T* (m m^2), leminata *M*, lemmata *cet.* 91 lalique soniferos *T* 92 peritis *TMpE* *volgo*, peritus *cet.* 93 simul et iocari *T* iocali *M* discere *TMp* (*in mg.*), ludere *p* *cet.* *E* 94 et *om.* *ω*, *add.* *p* (*in mg.*) *Ven.*⁴ *fortasse* pie, *quamquam etiam de* pium *vel* pii *cogitari potest* 101 que *addidi*, *om.* *ω* sic merita sic fatum *Ven.*⁴ *volgo* iubet *Par.* *volgo* 102 sed] sic *T* 104 uolucripen *T* (n *ex* s m^2) dimetriā *T* (ā *ex* a m^2) 105 aueque *ω* *post* uale *add.* finit *M*

XVII. AVSONIVS SYMMACHO.

Modo intellego, quam mellea res sit oratio, quam delenifica et quam suada facundia. persuasisti mihi, quod epistulae meae aput Capuam tibi redditae concinnatio inhumana non esset, set hoc non diutius, quam dum epistulam tuam legi, quae me blanditiis inhiantem tuis velut suco nectaris delibuta perducit. ubi vero chartulam pono et me ipsum interrogo, tum absinthium meum resipit et circumlita melle tuo pocula deprehendo. si vero, id quod saepe facio, ad epistulam tuam redii, rursus inlicior: et rursum ille suavissimus, ille floridus tui sermonis adflatus deposita lectione vanescit et testimonii pondus prohibet inesse dulcedini. hoc me velut aërius bratteae fucus aut picta nebula non longius quam dum videtur oblectat, chamaeleontis bestiolae vice, quae de subiectis sumit colorem. aliud sentio ex epistula tua, aliud ex conscientia mea. et tu me audes facundissimorum hominum laude dignari? tu, inquam, mihi ista, qui te ultra emendationem omnium protulisti? aut quisquam ita nitet, ut conparatus tibi non sordeat? quis ita Aesopi venustatem, quis sophisticas Isocratis conclusiones? quis ita ad enthymemata Demosthenis aut opulentiam Tullianam aut proprietatem nostri Maronis accedat? quis ita affectet singula, ut tu imples omnia? quid enim aliud es quam ex omni bonarum artium ingenio collecta perfectio? haec, domine mi fili Symmache, non vereor, ne in te blandius dicta videantur esse quam verius. et expertus es fidem meam mentis atque dictorum, dum in comitatu degimus ambo aevo dispari, ubi tu veteris militiae praemia tiro meruisti, ego tirocinium iam veteranus exercui. in comitatu tibi verus fui, nedum me peregre existimes conposita fabulari: in comitatu, inquam, qui frontes hominum aperit, mentes tegit, tibi me et parentem et amicum et, si quid utroque carius est, cariorem fuisse sensisti. set

407 (Symm. Epist. I 32 (26) S.) (*VP*)

XVII. 1 Symm. Epist. III 6, 1 ne tua quidem delenifica et suada facundia 2 Ennod. Epist. II 19 (p. 61, 7 H.) ut alucinationis nostrae concinnatio non inhumana videatur; *cf.* V 1 (124, 5 H.) inhumana concinnatione 12 Ennod. Epist. II 19 (60, 5 H.) qui te ultra emendationem omnium protulisti 21 Cic. pro Planc. 6, 16 tabella, quae frontes aperit hominum, mentes tegit

---

XVII. *Π* = *cod. Divionensis S. Benigni, a Iureto commemoratus.* V^2 = *Vatic. Palat. 1576 s. XI.* *F* = *codd. quibus continentur excerpta ex epistulis.* *Γ* = *Giphanii cod. commemoratus a Scioppio.* *Φ* = *cod. Fuldensis, quo usus est Scioppius.* Ausonius Sīmaco *V*, Responsio Ausonii ad Symmacum. Ꝛ. Ausonius Symmacho *P*, Ausonius Symm̄ *F*, *om.* V^2 1 intelligo *P* delinifica* *V* (*corr.* m^2) *P* et *om. F* facund^{i}a *V* (i m^2) 2 ępistolę *V*, epistole *P*, epistolae V^2 (*ubi semper* o) aput *V* (d m^2), apud *cet.* reddita concinatio *P* 3 humana *V* set *V* (d m^2), sed *cet.* ępistola tua *V* (*corr.* m^2) epistolam *P* 4 in^{h}iā^{tem} *V* (h m^2) ducit *Ven.*^{4} *volgo* ubi enim *V volgo*, ubi nō *P*, tibi uero V^2F cartŏlam *V* (v m^2), cartulam PV^2 5 absintium *V*, abscynthium *P* respicio *F* 6 depręendo *V* id] quod *P* 7 inlicior *V* (*in mg.* m^2 inlicior persuadeor), illicior *P* in licio retrorsum ille $V^2(\Gamma\Phi)$, illicior retrorsum ille *F* floridissimus *Scal. volgo* afflatus *P*, affatus *F* 8 euanescit *F* pro^{h}ibet *V* (h m^2) brattee *V*, bractee *P*, bractea V^2F 9 non] nondum V^2 cameleontis VV^2F bestiolę *V* (b *ex* u *et* ę *ex* e m^2), uestiolę V^2 10 uite qua quae *P* aliut *V* (d m^2) ępistola *V* (ęp-), exempla (*om.* ex) *P* aliut *V* (d m^2) 11 laudem *P* 12 isti V^2 commendationem *Vin. volgo* hominum *V volgo* quisquamne *V volgo*, ut quisquam *P*, aut quisquam V^2F, haut quisquam *Schottus* 13 conpa^{ra}tus *V* (ra m^2) ita ad Aesopi *F volgo* ysopi *V* (y *ex* ę m^2) quis ad sophisticas *F volgo* sop^{h}isticas *V* (h m^2) socratis *VF*, ysocratis *P* 14 conclusionis V^2 ita *om. VP volgo* entimemata *VP*, enthimemata V^2F demostenis VV^2F, demosthenes *P* ut opulentiam V^2 15 uestri *Π* accedatur *P* ita** *V* affectat V^2F *volgo* 16 en^{i}m (i m^2) aliut *V*, $\dot{\text{e}}$ aliud *P* es] ex *P* perfecta *P* 17 dn̄e *V* (omi *s. v.* m^2) sīmac^{h}e *V* (i̇ *ex* i m^2; h *add.* m^2) 18 adque *V*, que *P* cum in *F* commitatu *V*, conmitatu *P* egimus *P* 19 ębo *V* (m^1) premi *V* (*corr.* m^2) tyro PV^2 tyrocinium PV^2 iam *om. P* 20 peregrem *V volgo* 21 legit *V* ibi me *VP volgo*, me tibi V^2F et parente et amico *Φ* 22 quit *V* sensi *Φ* set *V* (d m^2), sed *cet.*

abeamus ab his, ne ista haec conmemoratio ad illam Sosiae formidinem videatur accedere. illud, quod paene praeterii, qua adfectatione addidisti, ut ad te didascalicum aliquod opusculum aut sermonem protrepticum mitterem? ego te docebo docendus adhuc, si essem id aetatis, ut discerem? aut ego te vegetum atque alacrem conmonebo? eadem opera et Musas hortabor, ut canant, et maria, ut effluant, et auras, ut vigeant, et ignes, ut caleant, admonebo et, si quid invitis quoque nobis natura fit, superfluus instigator agitabo. sat est unius erroris, quod aliquid meorum me paenitente vulgatum est, quod bona fortuna in manus amicorum incidit. nam si contra [id] evenisset, nec tu mihi persuaderes placere me posse. haec ad litteras tuas responsa sint: cetera, quae noscere aves, conpendi faciam: sic quoque iam longa est epistula. Iulianum tamen familiarem domus vestrae, si quid de nobis percontandum arbitraris, allego: simul admoneo, ut, cum causam adventus eius agnoveris, iuves studium, quod ex parte fovisti. vale.

XVIII. AD VRSVLVM GRAMMATICVM TREVERORVM, CVI STRENAS KALENDIS IANVARIIS AB IMPERATORE NON DATAS REDDI FECIMVS.

Primus iucundi fuat hic tibi fructus honoris, 408
Augustae faustum munus habere manus. (ω)
proximus ex longo gradus est, quaestoris amici
curam pro strenis excubuisse tuis.
ergo interceptos, regale nomisma, Philippos
accipe tot numero, quot duo Geryones:
quot terni biiuges demptoque triente Camenae
quotque super terram sidera zodiaci:
quot commissa viris Romana Albanaque fata
quotque doces horis quotque domi resides:
ostia quot pro parte aperit stridentia circus
excepto, medium quod patet ad stadium:
quot pedibus gradiuntur apes et versus Homeri
quotque horis pelagus profluit aut refluit:

---

23 Ter. Andr. I 1, 16 (43) 25 Hor. Epist. I 17, 3 disce docendus adhuc 27 Ennod. Epist. I 2 (4, 8 sq. H.) hac fiducia provocassem ventos ad flandum, ad cursum flumina, Faustum meum ad facundiam

XVIII. 5 Hor. Epist. II 1, 234 acceptos regale nomisma Philippos (*cf. Auson. E. V 19*)

---

23 ^{h}is *V* (h m^2) haec *om. P* isthaec *volgo* comemoratio *V* (cō m^2), commemoratio V^2 24 illut *V* (d m^2) quod] quoque quod *F volgo* adfectatione *V*, affectatione PV^2, affectione *Gelenius, Pulmannus volgo* 25 ^{a}ut *V* (*a* m^2) protrepiticum *P* ad^{h}uc *V* (h m^2) 26 id *om. P* uegetatum *F* adque *V* (t m^2) commonebo VV^2 27 ut canant] ū canant *P* mare ut effluat V^2F 28 et (*ante* si)] ut *P*, aut *Ald. volgo* nobis quoque V^2 sit V^2F 29 agitator instigabo *Π* satis V^2F aliqut (?) *V* (id *s. v.* m^2) peniten^{te} *V* (te m^2) 30 si contra id ēbenisset *V* (u *ex* b m^2), sit contra id uenisset *P* id *om. codd. Symmach.*; *fortasse* id contra 31 tu *om. F* persuadere^{s} *V* (s m^2) caetera V^2 32 noscere] nos *V* ^{h}abes *V* (h m^2), habes *cet. volgo*, aves *Vin.* conpendicfaciam *V* compendii V^2 epistola *V* 33 tamen *V* (*in v. ult.*; *initio v. ins.* tamen *eras.*), tamen *om. Lugd. volgo* nostrae *volgo* tamen *post* quid *add. Lugd. volgo* percunctand' *P* *post* arbitraris *add.* si V^2, tibi *F* 34 cognoueris V^2 iubes *V* (m^1)

XVIII. *lemma TMvE* (Treuirorum ω cuius ω, cui *Lugd.* fecimus *M*, fecit *cet. volgo*), *om. mu* 1 iocundi *M*, iudundi *T* foret ω, fuit *Ven.*^{4} *volgo*, fuat *Toll* 4 cura *TM*, curam *cet.* prostenis *T* 5 inperceptos *Heinsius* nomisma *M*, numisma *cet.* 6 geriones ω 7 denteque *M* camoene *T* 8 que *om. M* zoadici *M* 9 facta *T* 10 que *bis om. M* 11 hostia *T*

protulit in scaenam quot dramata fabellarum,
Arcadiae medio qui iacet in gremio:
vel quot iuncturas geometrica forma favorum
conserit extremis omnibus et mediis:
quot telios primus numerus solusque probatur,
quot par atque impar partibus aequiperat,
bis ternos et ter binos qui conserit unus,
qui solus totidem congeminatus habet:
quot faciunt iuncti subterque supraque locati;
qui numerant Hyadas Pleiadasque simul.
. . . . . .
Vrsule collega nobilis Harmonio,
Harmonio, quem Claranus, quem Scaurus et Asper,
quem sibi conferret Varro priorque Crates,
quique sacri lacerum collegit corpus Homeri,
quique notas spuriis versibus apposuit:
Cecropiae commune decus Latiaeque Camenae,
solus qui Chium miscet et Amineum. vale.

XVIIII. AVSONIVS PONTIO PAVLINO CVM ILLE MISISSET POEMATIVM VERSIBVS PLVRIMIS DE REGIBVS EX TRANQVILLO COLLECTIS.

Condiderat iam solis equos Tartesia Calpe 409
stridebatque freto Titan insignis Hibero: (ω)
iam succedentes quatiebat Luna iuvencas,
vinceret ut tenebras radiis velut aemula fratris:
iam volucres hominumque genus superabile curis
mulcebant placidi tranquilla oblivia somni:
transierant Idus, medius suprema December
tempora venturo properabat iungere Iano:
et nonas decimas ab se nox longa Kalendas
iugiter acciri celebranda ad festa iubebat.

Nescis, puto, quid velim tot versibus dicere. medius fidius neque ipse bene intellego: tamen suspicor. iam prima nox erat ante diem nonum decimum Kal. Ian.,

---

27 Mart. X 21, 1 sq. quae vix intellegat ipse Modestus et vix Claranus ut Chio nota si commixta Falerni est 32 Hor. Sat. I 10, 24

XVIIII. 1 sqq. Sen. lud. de morte Claud. 2, Fulgent. Myth. I p. 616 sqq. S. 279 sq. sed longe Calpe relicta audiet Herculeo stridentem gurgite solem 2 Iuv. Sat. XIIII

---

15 protinus *M* scęnam *v*, scena *T*, scenam *cet.* dramata *M*, drāmata *v*, dragmata *cet.* 16 archadiae *TM* 17 for^{a} *T* 18 et] aut *T* 19 elios *TM*, telios *cet.*, teleos *Accursius*; *fort.* qui telios, *an* probatus ? 20 atque] aut *M* aequiparat *M* 21 qı (= quia) *T*, quia *χE* 23 que *post* subter *om. TE* 24 numerat haiadas *M* *post v.* 24 *in T* (*ubi in mg.* m^{1} deest) *et χ unius v. est spatium, nullum in M* 27 daranus *ω*, Claranus *Ven.*^{4} 28 grates *ω*, Crates *Ug.* 31 camoenę *T* 32 ammineum *ω* uale *add. M, om. cet. volgo*

XVIIII. *lemma ω* (Ausonio *M* *post* Paulino *add.* filio *Delph. cet. om.* mississet poematū *T*) 1 equos *om. M* cartasia *T*, tartasia *cet.*, tartesia *E* 2 inclinis *Heinsius* (*cf. Ovid. Met. XI* 257) 10 aciri *T* iubebat] uocabāt *T* *post v.* 10 ad eundem Pontium Paulinum *T* (*in mg.*) *E* 11 ego bene *T*, ipse bene *MχE*, bene ipse *Delph.* intelligo *ω* 12 erat *om. T* Kał. Ian. *T*, Kał Ian^{v} *M*, *om. χ*, Kalendarum Ianuariarum *E volgo*

cum redditae sunt mihi litterae tuae oppido quam litteratae. his longe iucundissimum poema subdideras, quod de tribus Suetonii libris, quos ille de regibus dedit, in epitomen coegisti, tanta elegantia, solus ut mihi videare adsecutus, quod contra rerum naturam est, brevitas ut obscura non esset. in his versibus ego ista cognovi:

> Europamque Asiamque, duo vel maxima terrae
> membra, quibus Libyam dubie Sallustius addit
> Europae adiunctam, possit cum tertia dici,
> regnatas multis, quos fama oblitterat et quos
> barbara Romanae non tradunt nomina linguae,
> Illibanum Numidamque Avelim Parthumque Vononem
> et Caranum, Pellaea dedit qui nomina regum,
> quique magos docuit mysteria vana Nechepsos,
> et qui regnavit sine nomine moxque Sesostris.

Haec tu quam perite et concinne, quam modulate et dulciter, ita iuxta naturam Romanorum accentuum enuntiasti, ut tamen veris et primigenis vocibus sua fastigia non perirent. iam quid de eloquentia dicam? liquido adiurare possum nullum tibi ad poeticam facundiam Romanae iuventutis aequari. certe ita mihi videris. si erro, pater sum, fer me et noli exigere iudicium obstante pietate. verum ego cum pie diligam, sincere ac severe iudico. affice me, oro, tali munere frequenter, quo et oblector et honoror. accessit tibi ad artem poeticam mellea adulatio. quid enim aliud agunt:

> audax Icario qui fecit nomina ponto,
> et qui Chalcidicas moderate enavit ad arces,

nisi ut tu vegetam et sublimem alacritatem tuam temeritatem voces, me vero et consultum et quem filius debeat imitari, salutari prudentia praeditum dicas? quod equidem contra est. nam tu summa sic appetis, ut non decidas: senectus mea satis habet, si consistat. haec ad te breviter et ilico vesperis illius secuto mane dictavi. ita enim tabellarius tuus, ut epistulam referret, instabat. nam si mihi otium fuerit, oblectabile negotium erit ad te prolixius delirare, te ut eliciam, mihi ut satisfaciam. vale.

---

16 Hor. Epist. II 3, 25 sq. brevis esse laboro, obscurus fio 17 Stat. Achill. I 410 Europamque Asiamque 18 Sall. bell. Iug. 17, 3 in divisione orbis terrae plerique in parte tertia Africam posuere, pauci tantummodo Asiam et Europam esse, set Africam in Europa 33 Ovid. Trist. I 1, 90 Icarus Icariis nomina fecit aquis Hor. Carm. IIII 2, 3 sq. vitreo daturus nomina ponto 34 Verg. Aen. VI 16 sq. iter . . . enavit ad arctos Chalcidicaque . . . super astitit arce 37 sqq. Laber. inc. 4 R. (128 sq.) summum ad gradum cum claritatis veneris, consistes aegre, nictu citius decidas

---

13 oppido *om.* *T* iocundissimum *TM* 14 de *post* ille *om.* *MχE* quo de tribus . . . dedit epitomen *Reifferscheid Suet. rel. p. 315* 15 assequutus *T* 16 cognovi] collegi *T* 18 lybiam *TM* 19 posset *T* 20 oblicterat *T*, obliterat *M* 22 uonouem *M* 24 misteria *TM* mechepsi *T*, nethepsi *v*, nechepsi *cet.* *E*, Nechepsus *Vin.*, Necepsus *volgo*, Nechepsos *scripsi* 25 moxque sesostris *T*, mox sesoostris *cet.* *E volgo* 27 acentuum *T* ueris ac *χE volgo* primigeniis *Par. volgo*, *fortasse recte* 28 dicam si quid *M* 29 uideri *ω*, videris *Ven.*[4] 30 ego *om.* *E volgo* 31 ac] et *T* 32 in artem *Delph.* melea *T* 33 ycario *M* 34 calcidicas *TM* arthos *M*, arctos *cet.*, 'uetus lectio: ad arces' *Accursius* 35 tu *om.* *mu*, ut et *Par. volgo* ſublimem et uegetam *T* themeritatem *M*, emeritatem *T* (*loco litterae minio addendae relicto*) me uoces *T* (me *expunxit et* me *post* uoces *s. v. add. rubricator*) 36 mutari *M* 38 ilico *ω* sequuto *T* 39 epistolam *ω*

XX. AVSONIVS PAVLINO.

Paulino Ausonius: metrum sic suasit, ut esses 410
tu prior et nomen praegrederere meum: (ω)
quamquam et fastorum titulo prior et tua Romae
praecessit nostrum sella curulis ebur
et, quae iamdudum tibi palma poetica pollet,
lemnisco ornata est, quo mea palma caret.
longaevae tantum superamus honore senectae.
quid refert? cornix non ideo ante cycnum:
nec quia mille annos vivit Gangeticus ales,
vincit centum oculos, regie pave, tuos.
cedimus ingenio, quantum praecedimus aevo:
adsurgit musae nostra camena tuae.
vive vale et totidem venturos consere ianos,
quot tuus aut noster conseruere patres.

XXI. AVSONIVS PAVLINO.

1.

Quanto me affecit beneficio non delata equidem, sed suscepta querimonia mea, 411
Pauline fili! veritus displicuisse oleum quod miseras, munus iterasti: addito etiam (ω)
Barcinonensis muriae condimento cumulatius praestitisti. scis autem me id nomen
muriae, quod in usu vulgi est, nec solere nec posse dicere, cum scientissimi veterum
et Graeca vocabula fastidientes Latinum in gari appellatione non habeant. sed ego,
quocumque nomine liquor iste sociorum vocatur,

iam patinas implebo meas, ut parcior ille 412
maiorum mensis applaria sucus inundet.

Quid autem tam amabile tamque hospitale, quam quod tu, ⟨ut⟩ me participes, deli-
cias tuas in ipsa primitiarum novitate defrudas? o melle dulcior, o Gratiarum venu-
state festivior, o ab omnibus patrio stringende complexu! sed haec atque alia huius-
modi documenta liberalis animi aliquis fortasse ⟨imitabitur⟩ et aliquando, quamvis rarus:

XX. 12 Verg. Ecl. VI 66 utque viro Phoebi chorus adsurrexerit omnis
XXI. **1.** 6 Mart. XIII 102 Garum sociorum Plin. N. H. XXXI 94 sociorum id appellatur . . .

XX. *lemma* λ sal. pl. dicit *add. TE*, s. p. d. *muv volgo* 3 quanquam λ 6 lemnisco *T* 8 nûn *T* cignum *Tλ* 10 pauo *λχE* 12 assurgit *T* camoena λ 13 congere *ω*, consere *Gronov*

XXI. *lemma M* suo sal. pl. d. *add. T*, suo sal. di. *E volgo* Paulino suo s. p. d. *muv* **1.** 1 delatę *T*, delate *M*, delata *χE* quidem *MχE*, *om. T*, equidem *ego* mea querimonia *T* 2 ueritas *M* iberasti *M* 3 baranonensis *M* 4 scientis sum *T* (scientissumi *?*) 5 fastidientis *T* in gari *M Ven.*⁴, ignari *T*, uulgari *χE* 6 *post* nomine *add.* loqueris *E*, loquar *Ven.*⁴ *volgo* liquor iste] liquorum te *T* vale *post* vocatur *add. Ven.*⁴ *volgo* 7 ptior *T*, pacior *M* 8 appalaria *T* (p *pr. ex* d *vel* l), apalaria *Mχ*, applaria *Scal.* succus *ω* 9 quod *ω*, quid *Par.* autem] aut *T* hospitabile *T* ut *om. ω*, *add. E*, dum *add. Hartel* 10 defrudas *T*, defraudas *cet.* gratiarum *M*, gratia *T*, gratiae *cet. volgo* 11 omnibus] hominibus *MχE* haec] hoc *T* 12 aliquis] alicui *Toll volgo* imitabitur *addidi* rarius *Lugd. volgo*

illud de epistularum tuarum eruditione, de poematis iucunditate, de inventione et concinnatione, iuro omnia nulli umquam imitabile futurum, etsi fateatur imitandum. de quo opusculo, ut iubes, faciam. exquisitim universa limabo et quamvis per te manus summa contigerit, caelum superfluae expolitionis adhibebo, magis ut tibi paream, quam ut perfectis aliquid adiciam. interea tamen, ne sine corollario poetico tabellarius tuus rediret, paucis iambicis praeludendum putavi, dum illud, quod a me heroico metro desideras, incohatur. isti tamen, ita te et Hesperium salvos habeam, quod spatio lucubratiunculae unius effusi, quamquam hoc ipsi de se probabunt, tamen nihil diligentiae ulterioris habuerunt. vale.

2.

Iambe Parthis et Cydonum spiculis, 413
iambe pinnis alitum velocior,
Padi ruentis impetu torrentior,
magna sonorae grandinis vi densior,
flammis corusci fulguris vibratior,
iam nunc per auras Persei talaribus
petasoque ditis Arcados vectus vola.
si vera fama est, Hippocrene, quam pedis
pulsu citatam cornipes fudit fremens,
tu fonte in ipso procreatus Pegasi,
primus novorum metra iunxisti pedum
iisque Musis concinentibus novem
caedem in draconis concitasti Delium.
fer hanc salutem praepes et volucripes
Paulini ad usque moenia, Ebromagum loquor,
et protinus, iam si resumptis viribus
alacri refecti corporis motu viget,
salvere iussum mox reposce mutuum.
nihil moreris iamque, dum loquor, redi,
imitatus illum stirpis auctorem tuae,
triplici furentem qui Chimaeram incendio
supervolavit tutus igne proximo.
dic: ⟨te⟩ valere, dic: salvere te iubet

---

20 Stat. Silv. I praef. 19 sq. quaedam et in singulis diebus effusa, quamquam timeo, ne verum istuc versus quoque ipsi de se probent

2. 1 Verg. Ecl. X 59 Partho torquere Cydonia cornu spicula

---

13 epistolarum *ω* iocunditate *TM* continuatione *MχE volgo* 14 numquam *T* 15 exquisitius *MχE volgo* 17 corelario *M* 19 inchoatur *T*, incoatur *M* quod spacium *T*, quo spatio *M*, quod spatio *cet.*, quod *del. Gronov* 20 effusi unius *T* hęc *TE*

2. Ad iambum (iambicum *v*) carmen suum *T* (*in mg. minio*) *muvE*, *om. M* 1 partis *T* synodum *lv*, sinodum *cet.*, cydonum *Ven.*[4] 2 pinnis *ME*, pennis *cet.* 4 magnū *TM*, magna *cet.* vi densior] indensior *T* 5 fulgoris *M*, fulminis *cet.*; *cf. XXIIII* 2, *18* 7 archado (h *del.*) uectius *T*, archados uetus *M*, arcados uectus *cet.* 8 hyppocrine *M* peduis *M* 12 hicque *T*, hic *M*, hic quid *cet.*, hic quodque *E*, ilico *Par.*, illicque *Scal. volgo*, iisque *Hartel* 15 hebro mag^{m} *T*, hebro magnum *M*, hebromanum *cet.*, Hebromagum *Scal. volgo* 18 salue reuisum *T* 21 chymeram *T* 22 totus *ω*, tutus *E* 23 te *addidi*, et *add. E*, *om. ω* saluere *ω*, avere *Ven.*[3] *volgo*

amicus et vicinus et fautor tuus,
honoris auctor, altor ingeni tui.
dic et magister, dic parens, dic omnia
blanda atque sancta caritatis nomina
haveque dicto dic vale actutum et redi.
quod si rogabit, quid super scriptis novis
maturus aevi nec rudis diiudicem,
nescire dices, sed paratum iam fore
heroicorum versuum plenum essedum.
cui subiugabo de molarum ambagibus,
qui machinali saxa volvunt pondere,
tripedes caballos terga ruptos verbere,
his ut vehantur tres sodales nuntii.
fors et rogabit, quos sodales dixeris
simul venire: dic, trinodem dactylum
vidi paratum crucianti cantherio:
spondeus illi lentipes ibat comes,
paribus moratur qui locis cursum meum,
mihique similis, semper adversus tamen,
nec par nec impar, qui trochaeus dicitur.
haec fare cursim nec moratus pervola,
aliquid reportans interim munusculi
de largitate musici promptarii.

XXII. AVSONIVS PAVLINO.

1.

Multas et frequentes mihi gratiae tuae causas et occasio subinde nata concinnat et naturae tuae facilitas benigna conciliat, Pauline fili. nam quia nihil poscente me abnuis, magis acuis procaciam quam retundis, ut nunc quoque in causa Philonis procuratoris quondam mei experiere, qui apud Ebromagum conditis mercibus, quas per agros diversos coemit, concesso ab hominibus tuis usus hospitio, inmature periclitatur expelli. quod nisi indulseris rogante me, ut et mora habitandi ad commodum suum utatur et nauso aliave qua navi usque ad oppidum praebita frugis aliquantum nostrae advehi possit, Lucaniacus ut inopia liberetur mature: tota illa familia hominis litterati non ad Tullii frumentariam, sed ad Curculionem Plauti pertinebit. hoc quo facilius impetrarem aut quo maiorem verereris molestiam, si negares, concinnatam iambis 414 (ω)

30 Verg. Aen. V 73 aevi maturus 39 Plaut. Capt. IIII 2, 34 (814) qui advehuntur quadrupedanti crucianti cantherio

25 alter *M* ingenii *ω* 27 charitatis *T* 28 aveque *ω* et actutum *ω*, actutum et *L. Mueller*, *an* et *delendum?* 32 esedum *M* 35 ruptes *M* 36 nuncii *M* 38 dactilum *TM* 41 ṣuū meū *T* 46 promtarii *M*; *fortasse* promptuarii *scribendum est ut trisyllabum pronuntiandum*

XXII. Ausonius Paulino *M*, suo *add. E*, sal. pl. dic̄. *T*, s. p. d. *muv* **1.** 1 causas *om. T* nata *om. T* concinnate *ω* (concinnatione *l*), concinnat et *Ven.*[4] 2 filij *M* 3 filonis *TM* 4 hebromag^{m} *T*, hebromagum *cet. volgo* 5 omnibus *T* imature *M*, inmature *E*, immature *cet.* 7 qua] quavis *E volgo* navi usque] nauimq; *T* opidū *T* aliquantulum *χE volgo* 8 deuehi *M* 9 culionem *TMvE*, culioconem *l*, circulionem *m*, curculionem *u* 10 uereris *Tlmu*, uerreris *ME*, uerereris *v* iambi *TM*, iambis *cet.*

signatamque ad te epistulam misi, ne subornatum diceres tabellarium, si ad te sine signi fide veniret. signavi autem non, ut Plautus ait, 'per ceram et lignum litterasque interpretes', sed per poeticum characterem, ⟨ut⟩ magis notam inustam quam signum impressum iudicares.

2.

Philon, meis qui vilicatus praediis, 415
ut ipse vult, ἐπίτροπος,
(nam gloriosum Graeculus nomen putat,
quod sermo fucat Dorius)
suis querellis adserit nostras preces,
quas ipse lentus prosequor.
videbis ipsum, qualis adstet comminus,
imago fortunae suae,
canus, comosus, hispidus, trux, atribux,
Terentianus Phormio,
horrens capillis ut marinus asperis
echinus aut versus mei.
hic saepe falsus messibus vegrandibus
nomen perosus vilici
semente sera sive multum praecoqua,
et siderali inscitia,
caelum lacessens seque culpae subtrahens
reos peregit caelites.
non cultor instans, non arator gnaruris,
promusque quam condus magis,
terram infidelem nec feracem criminans
negotiari maluit.
mercatur ⟨in⟩ quoquo foro venalium
mutatus ad Graecam fidem,

XXII. **1.** 12 Plaut. Pseud. I 1, 40 (42)

2. 7 sq. Ovid. Trist. III 8, 36 astat fortunae forma legenda meae 9 Appul. Flor. I 3 trux, hispidus 10 Cic. pro Caec. 10, 27 nec minus niger . . . quam ille Terentianus est Phormio 11 sq. Hor. Epod. 5, 27 sq. horret capillis ut marinus asperis echinus aut Laurens aper 20 Plaut. Pseud. II 2, 14 (608) condus promus procurator peni 23 sq. Plaut. Asin. I 3, 47 (199) cetera quae ⟨nos⟩ volumus uti Graeca mercamur fide

---

11 epła *T*, epistolam *cet.* 12 lig^{m} *T*, lignum *cet.*, linum *Ven.*^{4} *volgo* (linum *codd. Plauti*, *Muretus* lignum) 13 caracterem *ω* magis nota minus tamquam (tanquam *T*) *ω*, magis notavimus tamquam *Ven.*^{4} *volgo*, magis notum ut tamquam *Toll*, ut magis notam inustam quam *Mommsen*

2. 1 uillicatus *T* ī p̄liis *T* (ī *del.*) 2 ἐπίτροπος *in T add. m*^{2} (*in mg. m*^{1} seu quod mauolt), επιτροωcн *M*, ἐπιτρωcν *l*, ἐπιτροωcμ *v*, *om. mu*, ἐπιτροcн *E* 4 dori^{c}us *l*, Doricus *volgo* 5 querełis acerbus *ω* asserit *T* 7 comminus *lE*, cominus *cet.* 9 atribux *TMvE*, atribux *l*, atribus *mu*, *cf. ind. s. v.* atribux; attubus *Scal. volgo* (*cf. gloss. Philox. p. 25, 12* atubus: μογιλάλος, μογγός; *unde patet* atubus *idem esse atque* ἄτυπος) 11 horres *T* 12 echīnus *T* 14 uillici *T* 15 prequoqna *T*, p̄quoqua *Mmu*, praecoqna *lvE*, praecoqui *Baehrens* 17 coelum lacescens *T* 18 coelites *T* 19 gnarus *M* 20 promus *M* (*om.* que) codus *M* 23 mercaturque *T*, mercatur quo *Mχ*, mercatur rem quoquo *Par.*, mercatur * quoquo *Scal. volgo*, mercatur in quoquo *Vin.* maluit mercator in quoquo *etc. Mommsen* ferro *M* 24 mutatus *ego*, mutatur *ω*, mutuatur *Ven.*^{3} *volgo* fiden *T*

sapiensque supra Graeciae septem viros
octavus accessit sophos.
et nunc paravit triticum vesco sale
novusque pollet emporus.
adit inquilinos, rura, vicos, oppida
soli et sali conmercio:
acatis, phaselis, lyntribus, stlattis, rate
Tarnim et Garumnam permeat
ac lucra damnis, damna mutans fraudibus
se ditat et me pauperat.
is nunc ad usque vectus Ebromagum tuam
sedem locavit mercibus,
. . . . . .
. . . . . ,
ut inde nauso devehat . . . . . .
nostros in usus, ut refert.
hunc ergo paucis ne graveris hospitem
. . . . . ,
adlatus ut mox navis auxilio tuae
ad usque portus oppidi
iam iam Perusina, iam Saguntina fame
Lucaniacum liberet.
hoc si impetratum munus abs te accepero,
prior colere quam Ceres.
Triptolemon olim, sive Epimeniden vocant,
aut Tullianum Buzygem
tuo locabo postferendos numini:
nam munus hoc fiet tuum.

---

26 Hor. Sat. II 3, 296 sapientum octavus 30 Paulin. XXIIII 222 exul soli et hospes sali Sid. Apoll. Epist. VIII 9, 22 assuetum ante salo solum timere 42 Lucan. I 41 Perusina fames 47 Cic. de off. III 13, 54 quod Athenis execrationibus publicis (*Valckenaer* Buzygis: Buzygiis?) sanctum est Plin. N. H. VII 199 bovem et aratrum Buzyges Atheniensis (invenit), ut alii Triptolemus

---

25 sapienque *M* 27 casco *ω*, vesco *Bentley* 29 opida *T* 30 cōmertio *T*, commercio *M* 31 faselis *M* lintribus *ω* stlatis *E volgo* 33 damus *T* 35 hebromagum *ω* *post* 36 *duos versus intercidisse suspicor*; *contra deesse quicquam negat Mommsen*; *volgo unius post 36, alterius post 37 notatur defectus* 37 *fortasse* devehatur triticum 39 *intercidit alter huius strophae versus; lacuna significatur in T* 40 adiutus *ω volgo*, adlatus *ego*, advectus *Baehrens* 41 opidi *T* 42 per esaniā saguntinā fame *T*, pares samiā sagūtinā famē *M*, peresam iam Saguntina fame *E* Perusina et *Ven.*[4] *volgo*, Perusina vel *Toll*, Perusina iam *Baehrens* 46 medem (meden *Mpmu*) quem *ω*, Epimenidem *A. Schott* (*cf. Hesych. s. v.* Βουζύγης, *schol. Il. XVIII 483*, *Serv. Verg. Georg. I 21*); *vide Hauptii Opusc. III 504 sqq.* 47 Bullianum *vel* Bulianum *I. Vossius volgo* buzirem *T*, buzizen *cet.*, buzygen *Ald.* 48 nomini *ω*, numini *Baehrens*

XXIII. AD EVNDEM PONTIVM PAVLINVM EPISTOLA SVBINDE SCRIPTA.

416 (*VPΠβπ*)

Proxima quae nostrae fuerat querimonia chartae
credideram, quod te, Pauline, inflectere posset
eliceretque tuam blanda obiurgatio vocem.
set tu iuratis velut alta silentia sacris
devotus teneas, perstas in lege tacendi.
non licet? anne pudet, si quis tibi iure paterno
vivat amicus adhuc maneasque obnoxius heres?
ignavos agitet talis timor. at tibi nullus
sit metus et morem missae acceptaeque salutis
audacter retine. vel si tibi proditor instat,
aut quaesitoris gravior censura timetur,
occurre ingenio, quo saepe occulta teguntur.
Thraeicii quondam quam saeva licentia regis
fecerat elinguem, per licia texta querellas
edidit et tacitis mandavit crimina telis.
et pudibunda suos malo commisit amores
virgo nec erubuit taciturо conscia pomo.
depressis scrobibus vitium regale minister
credidit idque diu texit fidissima tellus:
inspirata dehinc vento cantavit harundo.
lacte incide notas: arescens charta tenebit
semper inaspicuas, prodentur scripta favillis.
vel Lacedaemoniam scytalen imitare, libelli
segmina Pergamei tereti circumdata ligno
perpetuo inscribens versu, qui deinde solutus
non respondentes sparso dabit ordine formas,
donec consimilis ligni replicetur in orbem.
innumeras possum celandi ostendere formas
et clandestinas veterum reserare loquellas.
si prodi, Pauline, times nostraeque vereris

XXIII. Īt ad eundē . . . scriptā (a *corr.*) *V*, Epistola Decii Magni Ausonii ad Paulinum Rca *P*, Item Ausoni ad Paulinu *Π*, Finiunt ad Ausonium. Incipiunt Ausonii ad Paulinum *β*, Inciꝑ. Ausoni ad Paulinum *π*, Ausonius Paulino *Lugd. volgo* 1 nostrae *om. β* (*add. in mg. m*^{1}) chartę *V* (h *del. m*^{2}), carthae *Π*, carte *β*, cartę *π* (*m*^{2} charti) 3 elicereque tuam flanda *P* tuas . . . musas *Πβπ* 4 sed *PΠπ* tui *π* (*m*^{1}) uelud *β* 5 duotus *Π* teneat perstans *P* 7 aduc *V* ^{h}eres *V* (h *m*^{2}), eres *P*, eris *β*, aeris *π* 8 ac *VP* 9 memorem *π* (*om.* sit) *β* 10 audaciter *βπ* retine* *V* uel sibi *Π* 11 aut sit oris *Π*, atquisitoris *π* censurat emitur *π* 12 saepae occultę *Π* tegu̇ntur *β* 13 threicii *Vπ*, trheicii *Π*, trehicii *β* seualiscentia *π* 14 feceret *π* elinguem *Π* (e *pr. ex* u) texa *β* querelas *Pβπ Ven.*^{4}, quae*rillas *Π* 15 mandaui *π* telis *Π* (li *ex* a) 16 pundibunda *Π* 17 tacitura *P*, taciturno *β* 19 atque *βπ* fedissima *Π*, fidelissima *βπ* 20 cantabit (v *m*^{2}) ^{h}arundo (h *m*^{2}) *V* 21 incideș *P*, incido *β* carta *VPΠπ* te̊manebit *β* 22 inaspicuis *V*, in auspicuis *P Ven.*^{4}, inas*picuas *β* fauilli *Π*, fauillas *βπ* 23 lacedemonia *P Ven.*^{4}, lecedemoniā *Π* scitalen *VP*, cythalen *π*, scarthalene *Π* imitare] mittare *Π* 24 segemina *Π* ꝑgā^{m}ei *V* (ā *m*^{1}, m *m*^{2}), pargamei *P*, pergameo *Π* terreti *Π*, tereci *π* circundata *P* 25 perpetuos* *Π* inscribe^{s} *V* (s *m*^{2}) dū resolutus *β*, dum solutus *π* solutis *Π* 26 ordinem *P* 27 *sq. om. Π*; *in π in mg. inf. m*^{2} *adiecti* consimiles *β* orbis *P Ven.*^{4} 28 *sq. leguntur in cod. Bernensi 330* (*saec. X*) *f. 38*^{v} *col. 2* (*ubi* celandae *et* loquelas) 29 loquelas *PΠβπ* 30 prodii *P*

crimen amicitiae, Tanaquil tua nesciat istud.
tu contemne alios nec dedignare parentem
adfari verbis. ego sum tuus altor et ille
praeceptor primus, primus largitor honorum,
primus in Aonidum qui te collegia duxi.

XXIIII. CVM PONTIVS PAVLINVS IVNIOR QVARTIS IAM LITTERIS NON RESPONDISSET, SIC AD EVM SCRIPTVM EST.

418 (XXV) (*VPΠβπT*)

Quarta tibi haec notos detexit epistula questus,
Pauline, et blando residem sermone lacessit.
officium set nulla pium mihi pagina reddit,
fausta salutigeris adscribens orsa libellis.
unde istam meruit non felix charta repulsam,
spernit tam longo cessatio quam tua fastu?
hostis ab hoste tamen per barbara verba salutem
accipit et Salve mediis intervenit armis.
respondent et saxa homini et percussus ab antris
sermo redit, redit et nemorum vocalis imago.
litorei clamant scopuli, dant murmura rivi,
Hyblaeis apibus saepes depasta susurrat.
est et harundineis modulatio musica ripis
cumque suis loquitur tremulum coma pinea ventis.
incubuit foliis quotiens levis eurus acutis,
Dindyma Gargarico respondent cantica luco.

XXIII. 31 Iuv. VI 566 Tanaquil tua, *cf.* Sid. Apoll. V 7 Tanaquil sua

XXIIII. 7 Ovid. Epist. IIII 6 inspicit acceptas hostis ab hoste notas 9 Cic. pro Arch. 8, 19 saxa et solitudines voci respondent 12 Verg. Ecl. I 53 sqq. saepes Hyblaeis apibus florem depasta salicti saepe levi somnum suadebit inire susurro

---

31 tua *V* (*s. v.* m^2) nesci^{a}t *V* (a m^2) stut *V* (istud m^2), istud *Π* (s *in ras.*) 33 affari *VP* auctor *PΠ* 34 primus ueterum *V*, primus (*om.* ueterum) *P Ven.*^{4}, primus primus *Πβπ* largitus horum *π* 35 ao∗nidum *Π* (d *eras.*) colligia *P* uale felix optatissime *add.* *β*

XXIIII. *lemma in V* (*ubi*: q^{v}m), Incipit alia eiusdem ad eundem ℞. *P*, Incipit Ausoni ad Pau∗liū *Π* (*l eras.*), Incipiunt uersus Ausonii (Ausoni *π*) ad paulinum *βπ*, Ausonii ad Paulinum uersus egregii *cod. Paris. 9548 saec. XV f. 120^v = ϱ et Laurent. 23, 20 saec. XV f. 135^r = σ, in quo adscr.* epistola ʒIIII; *nullum lemma T. Cum Laurentiano conspirant cod. bybl. Leopold. Strozz. 18 saec. XV, Urbin. lat. 45 saec. XV, in quo hoc lemma legitur* Epistola Sancti Seueri monachi ad Paulinum episcopum egregiis uersibus contexta, ubi ipsum prouocauit ad scribendum, *denique Vat. lat. 524 saec. XVI.* Ausonius Paulino suo Salutem *Ug. volgo* — 1 m̥otus *Π* (*corr.* m^2) direxit *Ug.* epistola *codd.* 2 paulin^{e}∗∗ *V* (e m^2) et *om. P* 3 set *V* (d m^2) *β*, sed *cet.* m̥ici pi̥ū *V* (″ *et* ′ *add.* m^2) redidit *Π* 4 asscribens *P*, et scribens *Πβϱσ Ug.*, rescribens *πT* libell' *P* 5 charta *T Ug.*, cartha *π*, carta *cet.* repulsa *β* 6 longa *VΠ* tua quam cessacio *β* tua] tita *Π* fau̥stu *P*, faustu *Ug.*, fasto *Π* 7 hostis *V* (os *in ras.*), nostis *Π* salut' *P* 9 et *om.* *βπϱσT Ug.* ꝓcu^{s}sus *V* (s m^2) 10 redit et] reboat *ϱσ Ug.* sermo redit nemorum uocalis imago resultat *T* memorum *β*, non morū *π* uocis *π* ymago *P* 11 littorei *πϱσT Ug.* clamanant *Π* 12 h^{i}bleis *V* (i m^2) sepes *P* somniferumque (seniiferumque *T*, m^1 *corr.* somniferumque, *in mg.* m^1 somni) canit sepis (saepis *Πϱ*) depasta susurrum *ΠβπϱσT Ug.* 13 ^{h}arundineis *β*, arundineis *cet.* modula *P*, modolatio *Π* 14 atque arguta (argutu *Π*) suis loquitur coma pinea uentis (uent *in ras. T*) *ΠβπϱσT Ug.* 15 incuibuit *P* quoties *P* euris *P* acu tis *V* (*fortasse inter* u *et* t *aliquid eras.*) 16 dindima *V*, dyndima *P Ug.* dindymaque (dindimaque *β*, dindima quae *πσ*) ideo (ydeo *ϱ*) respondent cantica luco *ΠβπϱσT Ug.* luto *P*

nil mutum natura dedit. non aëris ales
quadrupedesve silent, habet et sua sibila serpens
et pecus aequoreum tenui vice vocis anhelat.
cymbala dant flictu sonitum, dant pulpita saltu
icta pedum, tentis reboant cava tympana tergis,
Isiacos agitant Mareotica sistra tumultus,
nec Dodonaei cessat tinnitus aëni,
in numerum quotiens radiis ferientibus ictae
respondent dociles modulato verbere pelves.
te velut Oebaliis habites taciturnus Amyclis
aut tua Sigalion Aegyptius oscula signet,
obnixum, Pauline, taces. agnosco pudorem,
quod vitium fovet ipsa suum cessatio iugis.
dumque pudet tacuisse diu, placet officiorum
non servare vices et amant longa otia culpam.
quis prohibet Salve atque Vale brevitate parata
scribere felicesque notas mandare libellis?
non ego longinquos ut texat pagina versus
postulo multiplicique oneret sermone tabellas.
una fuit tantum, qua respondere Lacones
littera, et irato regi placuere negantes.
est etenim comis brevitas. sic fama renatum
Pythagoram docuisse refert. cum multa loquaces
ambiguis sererent verbis, contra omnia solum
est respondebat vel non. o certa loquendi
regula! nam brevius nihil est nec plenius istis,
quae firmata probant aut infirmata relidunt.
nemo silens placuit, multi brevitate loquendi.

---

20 Verg. Aen. VIIII 667 dant sonitum flictu galeae 26 Verg. Aen. X 564 tacitis regnavit Amyclis 36 sq. Plut. περὶ ἀδολεσχίας 21

---

18 quadrupedesue *V* (u *alt. ex* a m^2) 19 petus *P* anelat *VP*, an^{h}ellat ϱ 20 cimbala *Vσ* dant *post* sonitum *Π* flict' *P*, flictuo *β*, flictum *Ug.* sonita *P* 21 *om. P* icte^{a} *V* (a m^2), iacta *βϱσ T*, tacta *Ug.* tenti *Π*, tenuis *π* timpana *V*, tympana *β* (p *ex* b), tymphana *π* 22 isaccosque *Π*, isacosque *π*, isiacosque *βϱσT*, Iliacosque *Ug.* mareonica *V* tumultis *Π* 23 tinitus *P*, tynnitus ϱ ęni *V* (ę *e corr.* m^1; *in mg.* m^2 aeni), oni *Π*, aeni *cet.*, aheni *Ug. volgo* 24 quoties *T* 25 respondet *π* docies *Π* moderato *Πβπϱσ T Ug. volgo* uerbere *β* (*ex* puluere) 26 uelud *β* ocbalus *P*, ąoebaliis *β*, oebalus ϱ amiclis *VΠ*, amydis *P*, amoedis *βσ*, amoeclis *πϱ*, amyclis *Ug.* 27 ſigalion *P* egipti^{v}s *V* (v m^2), egiptius *ϱσ*, aegypcius *β*, aegiptius *PT* 28 obnexum *P*, obnoxium *βπϱσ Ug.* pauliṅė tacis cognosco *β* 31 amā^{t} *V* (t m^2) uitia *V* (o *ex* ui m^2) culpā *Π*, cu^{l}pam *β* (l m^2) amat . . . culpa (*vel* amant . . . culpae) *Brandes* 32 pro^{h}ibet *V* (h m^2) uitate (*om.* bre) *β* 33 felicisque *βπϱσ Ug.* 34 nō egolōgīq^{v}os *V* (ō egolōgīq^{v}os m^2 *in rasura 15 vel 16 litt.*) ego] nego *P* 35 multique *σ* oneres *Scal. volgo* sermone *V* (n *ex* m), sermones *P* 36 lacunaes *Π* *in T in mg.* oὖ ἕ 37 litera *V*, litora *β* (*corr.* m^2) iratoṛ *β* (*corr.* m^2) negantis *π* 38 etenim] enim *T* comes *P*, *om. T* (*in mg.* comis m^1) brevitas] ore suauitas *Π* breuitas *T* (t *in ras.*) fame *Π* senatum *V* (*ut videtur*) *Π* 39 pitagorā *V*, pytagoram *P*, posthagoram *Π*, phitagoram *β*, phytagoram *π*, pithagoram ϱ potuisse *Π* cuū (*corr.* m^2) multa (a m^2 *ex* o) *V* loquaces] oma solum *Π* 40 ambigui *β* soluunt *β* 41 est] et *Pπ Ug.* rendebat *P* cepta *V* (r *ex* p m^2) 42 *om. P* nam] nam pleni *T* (pleni *del.*) nec *ϱσ Ug.*, et *cet.* 44 sil^{n}& *V* (n m^2), silono *P* multa *T*

verum ego quo stulte dudum spatiosa locutus
provehor? ut diversa sibi vicinaque culpa est!
multa loquens et cuncta silens non ambo placemus:
nec possum reticere, iugum quod libera numquam
fert pietas nec amat blandis posponere verum.
vertisti Pauline tuos dulcissime mores:
Vasconis hoc saltus et ninguida Pyrenaei
hospitia et nostri facit hoc oblivio caeli.
inprecer ex merito quid non tibi, Hiberia tellus?
te populent Poeni, te perfidus Hannibal urat,
te belli sedem repetat Sertorius exul.
ergo meum patriaeque decus columenque senati
Bilbilis aut haerens scopulis Calagurris habebit
aut quae deiectis iuga per scruposa ruinis
arida torrentem Sicorim despectat Ilerda?
hic trabeam, Pauline, tuam Latiamque curulem
constituis patriosque istic sepelibis honores?
quis tamen ista tibi tam longa silentia suasit?
impius ut nullos hic vocem vertat in usus,
gaudia non illum vegetent, non dulcia vatum
carmina, non blandae modulatio flexa querellae,
non fera, non illum pecudes, non mulceat ales,
non quae pastorum nemoralibus abdita lucis
solatur nostras echo resecuta loquellas.
tristis, egens, deserta colat tacitusque pererret
Alpini convexa iugi, ceu dicitur olim
mentis inops coetus hominum et vestigia vitans

---

48 Catull. 68, 1 non possum reticere 56 Plaut. Cas. III 2, 6 (432), Epid. II 2, 5 (189) senati columen 71 sq. Cic. Tusc. III 26, 63 qui miser in campis maerens errabat Aleis, ipse suum cor edens, hominum vestigia vitans

---

45 ergo *Π* quod *V* (d m^2 *ut vid.*) ego quo] quod ego quod *P* stulto *P*, stultae *π* loqu^{v}t^{v}s *V*, loqutus *β* 46 proueor *V*, prouear *ϱ*, prouehar *σT Ug.* dispersa *V*, diuersas (*om.* sibi) *P* culpa *Π* (a *ex* e) 47 *om. V* 48 qui (od) *V* (od m^2), que *P*, q̣ (u) *β* nunquam *PϱσT Ug.* 49 fere *P*, ferit *Π* (i *eras.*) pos^{t}ponere *V* (t m^2), postponere *P*, quodpon̄ re *π* (dis m^2), deponere *ΠβϱσT Ug.* 50 pauline *Π* (li *ex corr.*) 51 uascones *P*, uasconei (*om.* hoc) *Π*, uasconus *T* et niguida *Π*, eninguida *ϱ*, enimguida *σ Ug.* pirenei *V*, perenei *Π*, pyrinei *π*, prinnei *β* 52 hospiciam *Π* (m *eras.*) fatus *P*, faciet *π* 53 imprecer *ϱσT Ug.* ex] et *βT* merito *V* (o *ex* i m^2, *ut vid.*) hibera *βπ*, Iberica *Par. volgo* tellis *Π* 54 populi penite *β* pęni *ϱσ* annibal *VΠ*, hanibal *σ* 56 culmenque (-memque *σ*) *ϱσ Ug.* senatus *V* (s *post add.*; *expunxit* m^2), senatus *πϱσ Ug.*, saenati *Π* 57 bilbilis *PT*, byrbilis *ϱσ Ug.*, birbilis *cet.* haut *P* caligorris *P*, calagorris *Πϱσ Ug.*, *calagoris *β* (s *eras.*) habebat *P*, habebt *Π* 58 atque *π* ruga *ϱσ Ug.* 59 arrida *ϱσT* currentem *T* secorim *Π*, securim *βπϱσ Ug.* h^{i}lerda *V* (i m^2) 60 cŏrulem *V* (v m^2), curulcē *Π* 61 patriesque *P* ^{i}stic *V* (i m^2), ista *Πϱσ Ug.* sepelibin *ϱσ Ug.* 62 iste *VPΠβT* tibi^{c}tā *V* tan *ϱ* suasis *T* (*corr.* m^1) 63 impios et *π* nullus *Πβ* uertit *σ* (*corr.* m^2) 64 uegētet *P*, ueietent *β* uarum *P* 65 blandis *π* quaerillę *Π*, querelae *βπσ* 66 ales] aer *T* 67 quę *V* (*s. v.* m^2) nomoralibus *P*, nemorabilibus *π* abdida *Π*, a^{b}*dita *β* (d *eras.*) lustris *T* 68 etho *P* resequ^{v}ta *V* solatur tacitas defixo in pectore curas *Π* nostrā secore secuta *β*, nostras et ore secuta *π*, nostras ore secuta *ϱσ*, nostras echo ore secuta *Ug.* solatus (*corr.* m^1) nostras (*lac. 6 litt.*) secuta *T* loquelas *PβπσT* 69 colas *Π* (o *ex* u) 70 alpinis conexa (connexa *P*) iugis *VP* iugi *om. π* 71 *om. T* inobs *Π*, imops *σ* cetus *VPβϱσ Ug.* uertigia *P* uitas *ϱσ Ug.*

avia perlustrasse vagus loca Bellerophontes.
haec precor, hanc vocem, Boeotia numina, Musae,
accipite et Latiis vatem revocate camenis.

XXV. AD EVNDEM CVM ILLE AD ALIA MAGIS RESPONDERET NEQVE SE VENTVRVM POLLICERETVR.

Discutimus, Pauline, iugum, quod nota fovebat 417 (XXIIII) (*VPΠβπ*)
temperies, leve quod positu et tolerabile iunctis
tractabat paribus concordia mitis habenis:
quod per tam longam seriem volventibus annis
fabula non umquam, numquam querimonia movit,
nulla querella loco pepulit, non ira nec error,
nec quae conpositis male suadae credula causis
concinnat veri similes suspicio culpas:
tam placidum, tam mite iugum, quod utrique parentes
ad senium nostri traxere ab origine vitae
inpositumque piis heredibus usque manere
optarunt, dum longa dies dissolveret aevum.
et mansit, dum laeta fides nec cura laborat
officii servare vices, set sponte feruntur
incustoditum sibi continuantia cursum.
hoc tam mite iugum docili cervice subirent
Martis equi stabuloque feri Diomedis abacti
et qui mutatis ignoti Solis habenis
fulmineum Phaethonta Pado mersere iugales.
discutimus, Pauline, tamen: nec culpa duorum

73 Verg. Aen. IIII 611 accipite haec meritumque malis advertite numen et nostras audite preces
XXV. 4 Verg. Aen. I 234 volventibus annis 17 Verg. Georg. III 91 Martis equi

72 auia lustra uagus (*om.* loca) *T* perlustrans seuagus *π* loca *Π* (l *ex* c) bellorofontẽs *V* (i m^2), bellorofontes *P*, bellerofontis *Πβπ*, bellorofontis *ρσ* (-phontis *Ug.*), bellerophontis *T* 73 hanc] hāt *P* boeotia *V*, boetia (boecia *β*) *cet.* numina *V*, nomina *cet.* 74 reuocatey *Π* camoenis *Ug.* Finit aepistola ad Paulinum *V*, Finit *Π*, Vale felix optatissime *β*, Meropio Paulino *T*

XXV. Incpt alia ad eūdem cum . . . respondere *e. q. s. V*, Alia epl'a eiusdem ad eundem *P*, Item Ausoni ad Paulinum *π*, *om. β*, Ausonius Paulino S. *Lugd. volgo* 1 pa^{v}line *V* (v m^2) *iugum *β* nota *VP Ven.*^{4}, certa *βπ* fouebat* *β* 2 temperies *om. β* (*in mg.* m^1) positū *V*, positum *P Ven.*^{4}, possit *β* et *om. β* uenerabile *VP Ven.*^{4}, tollerabile *β* uinctis *π* 4 redeuntibus *βπ* armis *P* 5 *om. VP Ven.*^{4} mouit *π*, uisa est *β* (*del.* m^2 *et in mg. add.* mouit) *post v.* 5 *in β*: at tamen hec illi sedis** sentencia mouit (*del.* m^2) *vv.* 6—19 *om. βπ* 6 q$^{\varsigma ae}$rella *V* (ae m^2), querela *P Ven.*^{4} 7 neque (*om.* quae) *P* conpositus *V*, compositis *P Ven.*^{4} malesuade *VP volgo*, malesuada et *Sannazarius*, *Heinsius* 8 concinat *P* similis *VP volgo* suspicia *V* (*corr.* m^2), suspitio *P* 9 placitum *V*, placite *P*, placidum *Ven.*^{4} uterque *VP Ven.*^{4}, utrique *Graevius* manere *V*, parentes *P* 10 nostrum *P Ven.*^{4} *volgo* 11 impositumque *P* ^{h}eredibus *V* (h m^2), heredibusque *P* (*om.* usque) manere obtarũt *V* 12 obtarunt *V Ven.*^{4}, optare *P* dissoluere^{t} *V* (t m^2) aevi *Heinsius* 14 sed *P* 15 currum *P Ven.*^{4} 16 mitte *P* docile *V* 17 abacta *P* 18 multatis *P* ignotis *V* abenis *P* 19 phetonta *V*, fetonta *P*, faethonta *Ven.*^{4} 20 discutitur *VP Ven.*^{4} *volgo* 20 *sq.* discutimus set (sed *π*) tu tantum reus ast ego semper *βπ*

ista, set unius tantum tua. namque ego semper
contenta cervice feram. consorte laborum
destituor nec tam promptum gestata duobus
unum deficiente pari perferre sodalem:
non animus viresque labant, sed iniqua ferendo
condicio est oneri, cum munus utrumque relicto
ingruit acceduntque alienae pondera librae.
sic pars aegra hominis trahit ad contagia sanum
corpus et exigui quamvis discrimine membri
tota per innumeros artus conpago vacillat.
obruar usque tamen, veteris ne desit amici
me durante fides memorique ut fixa sub aevo
restituant profugum — solacia cassa — sodalem.
quantum oblectamen populi, quae vota bonorum
sperato fraudata bono? gratantia cuncti
verba loquebantur. iam nomina nostra parabant
inserere antiquis aevi melioris amicis.
cedebat Pylades, Phrygii quoque gloria Nisi
iam minor et promissa obiens vadimonia Damon.
nos documenta magis felicia, qualia magnus
Scipio longaevique dedit sapientia Laeli:
nos studiis animisque isdem miracula cunctis,
hoc maiora, pares fuimus quod dispare in aevo.
ocius illa iugi fatalis solvere lora
Pellaeum potuisse ducem reor, abdita opertis
principiis et utroque caput celantia nodo.
grande aliquod verbum nimirum diximus, ut se
inferret nimiis vindex Rhamnusia votis:
Arsacidae ut quondam regis non laeta triumphis
grandia verba premens ultrix dea Medica belli
sistere Cecropidum in terris monumenta paranti
obstitit et Graio iam iam figenda tropaeo
ultro etiam victis Nemesis stetit Attica Persis.
quae tibi Romulidas proceres vexare libido est?

22 Verg. Georg. III 536 contenta cervice 41 Hor. Sat. II 1, 72 virtus Scipiadae et mitis sapientia Laeli 47 Verg. Aen. X 547 dixerat ille aliquid magnum

21 sed *P* 22 *****contenta *β* 23 distituor *P* tam] iam *Heinsius* promtum *V* gesta *P Ven.*[4], testata *βπ* 24 defitienti *P* deficiente (*om.* unum) alio solum perferre iugalem (-le *β*) *βπ* 25 lauant *π* sed *Pπ* non animos uiresque*** leuatur set iniq̃a*ferendo *β* 26 condictio *P*, conditio *π* oneris *P Ven.*[4], honeri *β* cum (q^{v}um *V*) pondus *VP volgo*, cum munus *β*, communis *π* reli^{c}to *V* (c *m*^{2}) 27 aliaena *β* 28 homines *P* trait *V* saxum *π* 29 membri] uerbi *π* 30 compago *β* *vv.* 31—33 *om. VP* 33 *fortasse* restituat solatia *π* casta *ed. Toll volgo* *post* 33 *in βπ secuntur vv.* 63—66, *quos in locum illum transposui; om. VP* *vv.* 34—62 et 66—122 *om. βπ* 35 sperata *V* cucti *V* 36 loquebatur *V* 37 amici *V* 38 pilades *V*, plyades *P* phrigii *VP* Nisi] nīs. *V* 40 docimenta *VP* 41 lębi *V* (*corr. m*^{2}), celi *P*, laelii *Ven.*[4] 42 animysque *V* (y *in ras., fortasse m*^{2}) hisdem *P* cuctis *V* 43 maiore *V* 47 duximus *VP*, *corr. Par.* ut se] iste *P* 48 iudex *P* 49 triumfis *V* 50 premiens *P* dea Medica] dementica *P*, dementia *Ven.*[4] 51 cecrepidum *P* parēti *V*, parent *P*, paranti *Par.* 52 fingenda *P Ven.*[4] *volgo* 53 *om. P* 54 romolidas *P*

in Medos Arabasque tuos per nubila et atrum
perge chaos. Romana procul tibi nomina sunto.
illic quaere alios oppugnatura sodales,
livor ubi iste tuus ferrugineumque venenum
opportuna tuis inimicat pectora fucis.
Paulinum Ausoniumque, viros quos sacra Quirini
purpura et auratus trabeae velavit amictus,
non decet insidiis peregrinae cedere divae.
inpia, Pirithoo disiungere Thesea posses
Euryalumque suo socium secernere Niso:
te suadente fugam Pylades liquisset Oresten
nec custodisset Siculus vadimonia Damon.
quid queror eoique insector crimina monstri?
occidui me ripa Tagi, me Punica laedit
Barcino, me bimaris iuga ninguida Pyrenaei:
. . . . . .
moenibus et patrio forsan quoque vestis et oris
. . . . . .
quemque suo longe dirimat provincia tractu
trans montes solemque alium, trans flumina et urbes
et quod terrarum caelique extenditur inter
Emeritensis Anae lataeque fluenta Garumnae.
quod si intervalli spatium tolerabile limes
poneret exiguus (quamvis longa omnia credant,
qui simul esse volunt), faceret tamen ipsa propinquos
cura locos, mediis iungens distantia verbis:
Santonus ut sibi Burdigalam, mox iungit Aginnum
illa sibi et populos Aquitanica rura colentes,
utque duplex Arelas Alpinae tecta Viennae
Narbonemque pari spatio sibi conserit et mox
quinquiplicem socias tibi, Martie Narbo, Tolosam.
hoc mihi si spatium vicinis moenibus esset,
tunc ego te ut nostris aptum conplecterer ulnis
adflaretque tuas aures nostrae aura loquellae.

---

61 Stat. Achill. II 35 velavit amictu (*cf.* Silv. II 1, 132) 63 sqq. Mart. VII 24, 3 sq. te fingente nefas Pyladen odisset Orestes, Thesea Pirithoi destituisset amor; *cf.* Ovid. Trist. I 5, 19 sqq.; 9, 27 sqq.

---

55 medios *P* orabasque *V* ā^{n}trum* *V* (n m^2; p *eras.*), canitrum *P* (*om.* et), atrum *Ven.*^{4} 56 parge *P* caos *V*, chacis *P* 58 ferugennumque *P* 59 oportuna *VP* inimica *P* facis *P* 60 quini *P* 61 purpure *P* (*om.* et) 63 inpii *β*, impie *π*, inpia *ego* perithoo *β* diiungere *π* possis *βπ*, posses *Graevius* 65 Orestem *volgo* 67 quit *V* (d m^2) eo·iq^{s} *V*, eroique *P* 68 pu^{n}ica *V* (n m^2) 69 barcilo *P* bamaris *P* pirenei *VP* 70 *lacunam et ante et post hunc versum significavi*, *volgo Florido auctore*, *qui* e patriis (*sic iam Lugd.*) formam *scripsit*, *post* 78 *collocatum* menibus *P* e patrio *P Ven.*^{4} foris an *P* qoque *V* 71 quemque *VP Ven.*^{4}, quaeque *Toll volgo*, cumque *Heinsius* suę (sue *P*) longo *VP*, suo longo *Ven.*^{4}, suo longe *Toll* dirimit *Toll volgo* 72 monte^{s} *V* (s m^2) flumin^{a} et ^{v}rbes *V* (*in mg.* & urbes) 73 que *om. P* 74 emeriten**s *V* (si *eras.*), emeritens *P*, Emeriten (*om.* Anae) *Ven.*^{4} garunnę *V* 75 interuallis *P Ven.*^{4} *volgo* liṭeṣ limes *P* 76 creda^{N}t *V* (N *fort.* m^2), cadat *P* (*om.* omnia), credat *Ven.*^{4} 78 cara *V* locis *V*, locus *P Ven.*^{4}, locos *Lugd.* 79 sa^{N}ctonis *V* (N m^2), sanctones *P*, Sanctonos *Ven.*^{4}, Sanctonus *Lugd.* burdegalam *P* Aginnum *om. P* 83 quinq^{v}iplicem *V Ven.*^{4}, quinquipolicem *P*, quinquuplicem *Par.*, quincuplicem *Ald. volgo* 85 actū *V*, aptum *P*, artum *Oudendorp* 86 afflareque *P* aure loquele *P*

nunc tibi trans Alpes et marmoream Pyrenen
Caesareae Augustae domus ⟨est⟩, Tyrrhenica propter
Tarraco et ostrifero super addita Barcino ponto:
me iuga Burdigalae, trino me flumina coetu
secernunt turbis popularibus otiaque inter
vitiferi exercent colles laetumque colonis
uber agri, tum prata virentia, tum nemus umbris
mobilibus celebrique frequens ecclesia vico,
totque mea in Novaro sibi proxima praedia pago
dispositis totum vicibus variata per annum,
egelidae ut tepeant hiemes rabidosque per aestus
adspirent tenues frigus subtile Aquilones.
te sine set nullus grata vice provenit annus.
ver pluvium sine flore fugit, canis aestifer ardet,
nulla autumnales variat Pomona sapores
effusaque hiemem contristat Aquarius unda.
agnoscisne tuam, Ponti dulcissime, culpam?
nam mihi certa fides nec conmutabilis umquam
Paulini illius veteris reverentia durat
quaeque meoque tuoque fuit concordia patri.
si tendi facilis cuiquam fuit arcus Vlixei
aut praeter dominum vibrabilis ornus Achilli,
nos quoque tam longo Rhamnusia foedere solvet.
set cur tam maesto sero tristia carmina versu
et non in meliora animus se vota propinquat?
sit procul iste metus. certa est fiducia nobis,
si genitor natusque dei pia verba voventum
accipiat, nostro reddi te posse precatu,
ne sparsam raptamque domum laceratque centum
per dominos veteris Paulini regna fleamus

---

90 sq. Hor. Carm. I 1, 30 sqq. me gelidum nemus . . . secernunt populo 93 Verg. Aen. VII 262 uber agri 97 Hor. Epist. I 10, 15 est ubi plus tepeant hiemes 99 Hor. Carm. I 4, 1 grata vice 100 Verg. Georg. II 353 canis aestifer 102 Hor. Sat. I 1, 36 inversum contristat Aquarius annum (*cf.* Germ. Arat. 285) 107 Odyss. XXI 91 sqq. 108 Il. XVI 141 sqq. 116 Verg. Ecl. I 69

---

87 pirennem *V* 88 ag^{v}stę *V*, anguste *P* est *om. VP*, *add. Vin.* trennica *V*, tyrenica *P* *Ven.*^{4} 89 tarracon *P* (*om.* et ostrifero *lac. ind.*) perabdita (*om.* su) barcina *P* 90 meiuga *VP*, teriuga *Ven.*^{4} *volgo* burdigala *P* (*om.* trino me *lac. ind.*) cętu *V*, cetu *P* *Ven.*^{4} 91 *et* 92 *om. P* *lac. ind.* 93 agri] agitur *P* 94 celerique *P* *Ven.*^{4} eclesia *V* (*in mg.* m^2 xp̄iane) 95 totaque *P* nobaro *V* (m^1), novero *Ven.*^{4} *volgo* 96 dipositi *V* (m^1), dispositi *P* *Ven.*^{4}, dispositis *Lugd.* 97 agelitę *V*, et gelide *P*, egelidae *Ven.*^{4} hi^{e}mes *V* (e m^2) 98 equilones *P* (*corr.* m^1) 99 sed *P* 101 sopores *V* (po *ex* op m^2 *ut videtur*) 102 aquarius *V* (u *alt.* m^2) *ante v.* 103 *in V unius versus est spatium, in quo haec leguntur:* Ausonius Paulino Ad Paulinum Ausonius *Π* 103 agnos^{cis}ne *V* (cis m^2), agnoscesne *P* *Ven.*^{4} poti^{vs} *V* (vs m^2) 104 commutabilis *Π* unquam *P* 105 ueteres *P* *Ven.*^{4} 106 meo *P* (*om.* que) quaeque meo atque tuo fuerat *Ven.*^{4} *volgo* 107 cuiquam facilis *Π* ulixi *PΠ* *Ven.*^{4} 108 umbrabilis *P* Achillei *Toll volgo* 109 rhamnusiam *P*, mens altera *Π* federe *VP*, fēdere *Π* 110 sed *PΠ* maestero *Π* (a *ex corr.*), mesto secundo *P* tristia* *V* 111 animos *P* *Ven.*^{4} et cur non (et non iam?) meliora animo se vota propinquant *Accursius fortasse recte* 113 uouentum *Π*, uolentum *VP volgo* 114 pręcatu *V* (e *corr.*), praecatu *Π* 115 spansam *P* 116 dominus *Π* ueteres *P* *Ven.*^{4}

teque vagum toto quam longa Hispania tractu
inmemorem veterum peregrinis fidere amicis.
accurre, o nostrum decus, o mea maxima cura,
votis ominibusque bonis precibusque vocatus,
adpropera, dum tu iuvenis, dum nostra senectus
servat inexhaustum tibi gratificata vigorem.
ecquando iste meas inpellet nuntius aures?
ecce tuus Paulinus adest. iam ninguida linquit
oppida Hiberorum, Tarbellica iam tenet arva.
Ebromagi iam tecta subit, iam praedia fratris
vicina ingreditur, iam labitur amne secundo
iamque in conspectu est, iam prora obvertitur amni
ingressusque sui celebrata per ostia portus
totum occursantis populi praevertitur agmen:
et sua praeteriens iam iam tua limina pulsat.
credimus? an qui amant ipsi sibi somnia fingunt?

⟨EPIGRAMMATON LIBER.⟩

I.

Phoebe potens numeris, praeses Tritonia bellis, 1
tu quoque ab aërio praepes Victoria lapsu, (ω)
come serenatam duplici diademate frontem,
serta ferens, quae dona togae, quae praemia pugnae.
bellandi fandique potens Augustus honorem
bis meret, ut geminet titulos, qui proelia Musis

---

119 Verg. Georg. II 40 Aen. I 678 120 Hor. Carm. IIII 5, 13 votis ominibusque et precibus vocat 123 Verg. Aen. VII 437 (VIII 582) nuntius auris 128 Verg. Aen. VI 3 obvertunt pelago proras 132 Verg. Ecl. VIII 108 credimus? an qui amant ipsi sibi somnia fingunt?

---

117 hispania *V* (hi m^2) 118 immemorem *P* 119 adcurre *Π* accurre onsrm *V* (accurre on m^2 *in ras.*) 120 om^{i}nibusque *V* (i m^2; *in mg.* m^2 id̃ auspiciis), omnibusque *P*, hominibusque *Π* precibusque *V* (ę m^2), praecibusque *Π* 121 appropera *P* 122 inex^{h}austum *V* (h m^2), inexaustum *PΠ* 123 et quando *codd.*, ecquando *Ven.*^{4} ^{i}ste *V* (i m^2) inpellet *V*, impellet *P*, impleuit *Π*, implebit *Brandes* (*cf. Verg. Aen. XI 896*) en erit ut nostras hic nuntius excitet aures *βπ* 124 linquid *Πβ* 125 oppido *β* ^{h}iberorum *V* (h m^2) terbellica *Vπ*, t̓bellica *P*, t̄bellica *β* 126 hebr∗omagi *V* (*fortasse* e *eras.*; r m^2 *in ras.*, *in mg.* m^2 ą ebromagi), hebromagi *P volgo* f^{r}atris *V* (r m^2) 127 inreditur *Π* sec∗undo *V* 128 *om. P* cōspecutu *V* (u *pr. del.*) aduertitur *π* ānni *V* (ā *ex* a m^2), omni *β* 129 colebrat *P*, caelebrata *π* hostia *V Ven.*^{4}, hospita *P*, hos^{pi}ta *β* portur *Π*, partus *π* (*corr.* m^2) 130 occursantes *P* praeuertit cunctos ut te amplectatur amicos *βπ* 131 supra eteriens *P* suam *π* iam *alterum om. π* 132 ā^{N} *V* (N m^2) omīa *P*, omā *π* (m^2 sōnia) Finit epl'a *P* uale felix optatissime *add. β*

I. *nullum lemma ω* De Augusto *Pulmannus volgo* 1 praesēs *M* 2 *post* praepes *eras.* numeris *M* 5 prelia *M*

temperat et Geticum moderatur Apolline Martem.
arma inter Chunosque truces furtoque nocentes
Sauromatas, quantum cessat de tempore belli,
indulget Clariis tantum inter castra Camenis.
vix posuit volucres stridentia tela sagittas:
Musarum ad calamos fertur manus, otia nescit
et commutata meditatur harundine carmen:
sed carmen non molle modis, bella horrida Martis
Odrysii Thraessaeque viraginis arma retractat.
exulta, Aeacide, celebraris vate superbo
rursum Romanusque tibi contingit Homerus.

II. COMMENDATIO CODICIS.

Est quod mane legas, est et quod vespere. laetis 9
seria miscuimus, temperie ut placeant. (*Bω*)
non unus vitae color est nec carminis unus
lector: habet tempus pagina quaeque suum.
hoc mitrata Venus probat, hoc galeata Minerva,
Stoicus has partes, has Epicurus amat.
salva mihi veterum maneat dum regula morum,
plaudat permissis sobria Musa iocis.

III.

Cedere quae lato nescit fera saucia ferro 2
armatique urget tela cruenta viri, (*ω*)
quam grandis parvo patitur sub vulnere mortem
et solam leti vim probat esse manum!
mirantur casusque novos subitasque ruinas
. . . . . .

I. 7 Verg. Aen. III 35 13 Verg. Ecl. VI 8 meditabor harundine musam 14 Verg. Aen. prooem. 4 horrentia Martis

III. 1 Verg. Aen. IIII 131 lato venabula ferro

---

10 indulge *M* datiis *M*, daciis *kl*(m^2)*v*, latiis v^2 (m^2 clatiis) *cet. E*, Clariis *Scal. et Vin.* (‘*ex libris*’) 13 arundine *M* 15 odrisii *M* thresseque *M*, th^{r}esseque v^2, thesseque *cet.*, thraessaeque *E*

II. *totum extat in B f. 82^{v}, in ω tres tantum versus ultimi, carmini priori adiuncti, quibus Avantius in Ven.^{4} hunc praeposuit* Nostra simul certant uariis epigrammata nugis, *Accursius hunc volgo receptum* Est iocus in nostris, sunt seria multa libellis *lemma B*, De suis poëmatis *Ven.^{4} volgo* 2 tempore *B*, temperie *Hartel* 5 mirata *B*, mitrata *ego* 6 epycurus *M* amat *B*, habet v^2 (*in mg.* agit), agit *cet. volgo* 8 plaudat *B*, laudat *kl*(m^1)*u*, laudet *Ml*(m^2), ludat *cet. volgo* Explicit *B*

III. *nullum lemma ω* De fera a Caesare interfecta *Ven.^{4} volgo* 1 cedere *l* (*in quo* r *post* c *eras.*) *Ven.^{4}*, credere *cet.* 3 grandis *T*, grandes *cet. volgo* patitur paruo *M* mortes *ω volgo*, mortem *Floridus* 6 *deest in ω lac. partim indic.*; *in Ven.^{4} legitur* quas ferat a celeri uulnere dextra ualens, *volgatum* quaeritur et fallit lumina plaga recens *in vetustioribus quibusdam exemplaribus legi refert Accursius*

nec contenta ictos letaliter ire per artus
coniungit mortes una sagitta duas.
plurima communi pereunt si fulminis ictu,
haec quoque de caelo vulnera missa putes.

IIII. AD FONTEM DANVVII IVSSV VALENTINIANI AVG.

Illyricis regnator aquis, tibi, Nile, secundus, 3
Danuvius laetum profero fonte caput. (ω)
salvere Augustos iubeo, natumque patremque,
armiferis alui quos ego Pannoniis.
nuntius Euxino iam nunc volo currere ponto,
ut sciat hoc superum cura secunda Valens,
caede fuga flammis stratos periisse Suebos
nec Rhenum Gallis limitis esse loco.
quod si lege maris refluus mihi curreret amnis,
huc possem victos inde referre Gothos.

V. ⟨ITEM⟩.

Danuvius penitis caput occultatus in oris 4
totus sub vestra iam dicione fluo. (ω)
qua gelidum fontem mediis effundo Suebis,
imperiis gravidas qua seco Pannonias
et qua dives aquis Scythico solvo ostia ponto:
omnia sub vestrum flumina mitto iugum.
Augusto dabitur sed proxima palma Valenti:
inveniet fontes hic quoque, Nile, tuos.

VI. VALENTINIANO IVNIORI IN SIGNVM MARMOREVM.

Nunc te marmoreum pro sumptu fecimus: at cum 5
Augustus frater remeaverit, aureus esto. (ω)

IIII. 1 Ennod. Carm. I 5, 27 (*de Pado*) regnator Ligurum fluviorum maximus ille

V. 4 Verg. Aen. IIII 229 gravidam imperiis

VI. Verg. Ecl. VII 35 sq. nunc te marmoreum pro tempore fecimus: at tu, si fetura gregem suppleverit, aureus esto

---

9 sic *ω*, si *Basil.*

IIII. *lemma Mχ*, Danubius Augg. alloquitur *Scal. volgo* 1 hilliris *M* secundis *M* 2 danuuius *Mkpv*^{2}, danubius *cet.* 4 armiferis *Mk et v*^{2} *corr.*, armiferos *cet. Laur. 81, 42* (*in quo vv.* 1—4) 6 superum *Mk*, superis *cet.* 7 fractos *T* suebos *Mk et v*^{2} *corr.*, sueuos *cet.* 10 posse *M*

V. Ad fontem Danuuii iussu Valentini Aug. *Mk*, De fonte Danubii (Danuuii *p*) iussu Valentini (Valentiniani *v*, Valenti^{a}ni *v*^{2}) Aug. (Augusti) *χ*, *nullum lemma T*, Idem eosdem alloquitur *Scal. volgo* 1 danuuius *TMkp*, danubius *cet.* penitus *ω*, penitis *Par.* 2 dictione *M* 3 suebis *TM et v*^{2} (*corr.*), suevis *cet.* 5 hostio *T*, ^{h}ostia *M*, hostia *cet.*

VI. *lemma Mk et b*^{2} (*in quo* Valentiano, *om.* iuniori) *et gg*^{2} (*in quibus* Valentiniano imperatori), In signum marmoreum Valentiniani *μ*, Sub Valentini (Valentiani *v volgo*, Valentiniani *Par.*) iunioris signo marmoreo *cet. volgo*

VII. PICTVRAE SVBDITI VBI LEO VNA SAGITTA A GRATIANO OCCISVS EST.

Quod leo tam tenui patitur sub harundine letum, 6
non vires ferri, sed ferientis agunt. (ω)

VIII. EXHORTATIO AD MODESTIAM.

Fama est fictilibus cenasse Agathoclea regem 8
atque abacum Samio saepe onerasse luto, (Vω)
fercula gemmatis cum poneret horrida vasis
et misceret opes pauperiemque simul.
quaerenti causam respondit: 'rex ego qui sum
Sicaniae, figulo sum genitore satus'.
fortunam reverenter habe, quicumque repente
dives ab exili progrediere loco.

VIIII. IN †EVMPINAM ADVLTERAM.

Toxica zelotypo dedit uxor moecha marito: 10
nec satis ad mortem credidit esse datum. (Vω)
miscuit argenti letalia pondera vivi,
cogeret ut celerem vis geminata necem.
dividat haec si quis, faciunt discreta venenum:
antidotum sumet, qui sociata bibet.
ergo inter sese dum noxia pocula certant,
cessit letalis noxa salutiferae.

VIII. Plut. apophth. reg. et imp. s. v. Agathocles 1; id. περὶ τοῦ ἑαυτὸν ἐπαινεῖν ἀνεπιφθόνως 13. Codex Lindenbrogii 7 (*cf. Caec. Balb. ed. Woelfflin p. 14*): Caecilius Balbus lib. IIII de nug. Philosophor. Agathocles rex dicere solitus, auro tanquam fictilibus et fictilibus tanquam auro utendum est [*cf.* Sen. Epist. I 5, 6 magnus ille est, qui fictilibus sic utitur quemadmodum argento: nec ille minor est, qui sic argento utitur quemadmodum fictilibus]. longe enim praestantius est moribus splendescere quam rebus. cum enim in vasis fictilibus caenasset, quaerentibus causam huius dixisse fertur: Rex ego cum sim Siciliae, figulo sum genitore satus. Fortunam reverenter habe, quicunque repente Dives ab exili progrediere domo. considerans enim humilem ortum suum vasis fictilibus contentus erat. Ioann. Sarisb. Pol. V 17: Sic auro tanquam fictilibus, fictilibus quasi auro utatur . . . . . atqui longe praestantius est moribus splendere quam rebus, nec rerum unquam specie illustrabitur, quem suae turpitudinis macula dehonestat. Fictilibus coenasse ferunt Agathoclea regem Atque abacum Samio saepe onerasse luto, Fercula gemmatis cum poneret aurea vasis Et misceret opes pauperiemque simul. Quaerenti causam respondit: Rex ego qui sum Siciliae . . . domo

VIIII. Plin. N. H. XXVII 5

VII. *lemma MkE et* v^2 *in mg.* m^2 (a Gratiano *ante* una *k*, *post* una *E volgo*), De leone una tantum sagitta a Gratiano occiso *cet.*, *nullum lemma* p^3

VIII. Exhortatio (Exortatio VMv^2) ad modestiam $VM\chi$ *praeter v, in quo est* De rege Agathocle modesto, *nullum lemma T* 1 agathoclea *V* (e *ex* &) caenasse *T cod. Lindenbrogii* 2 honerasse *V* 3 fercula] pocula *T* orrida *V*, aurea *ω I. Sarisb. Pol. V, 17* 5 quaerenticausam *V* (ic *in ras.* m^2; m^1 *ut videtur* ec) cum sim *cod. Lind.* 6 sicaniae *V* (ic m^2 *in ras.*), siciliae *cod. Lind. I. Sarisb. l. c.* *v. 7 sq. in* p^3 (*adscriptum*: contra nimis elatos) loco] domo *cod. Lind. I. Sarisb. l. c.*

VIII. *lemma in V* (Eunapiam *Scal.*, Euripulam *i. e.* Eurypylam *Peiper*, *an* Euripinam? *cf. Schneidew. ad Diog. III 39*; veneficam *Hartel*) De uxore quae dedit marito toxica (toxica marito *g*) $gg^2\mu$, De moecha qui dedit uenenum uxori b^2, De uxore quae uoluit uirum ueneno necare χ, *nullum lemma* TMp^3 1 zelotipo *VT*, celotipo *M* (zel- m^2) moeccha *T*, casta p^3 2 morte *V* (*corr.* m^2) 6 sumit *T*, sum̄et *M* bibit *T* 8 laętalis *V*, mortalis *T* noxia Mp^3

protinus et vacuos alvi petiere recessus,
lubrica deiectis qua via nota cibis.
quam pia cura deum! prodest crudelior uxor
et, cum fata volunt, bina venena iuvant.

X. IN ECHO PICTAM.

Vane, quid affectas faciem mihi ponere, pictor, 11
ignotamque oculis sollicitare deam? (ω)
aëris et linguae sum filia, mater inanis
indicii, vocem quae sine mente gero.
extremos pereunte modos a fine reducens
ludificata sequor verba aliena meis.
auribus in vestris habito penetrabilis echo:
et si vis similem pingere, pinge sonum.

XI. IN SIMVLACRVM OCCASIONIS ET PAENITENTIAE.

Cuius opus? Phidiae, qui signum Pallados, eius, 12
quique Iovem fecit, tertia palma ego sum. (ω)
sum dea quae rara et paucis Occasio nota.
Quid rotulae insistis? Stare loco nequeo.
Quid talaria habes? Volucris sum. Mercurius quae
fortunare solet, tardo ego, cum volui.
Crine tegis faciem? Cognosci nolo. Sed heus tu
occipiti calvo es? Ne tenear fugiens.
Quae tibi iuncta comes? Dicat tibi. Dic rogo quae sis.
Sum dea, cui nomen nec Cicero ipse dedit:
sum dea, quae facti non factique exigō poenas,
nempe ut paeniteat: sic Metanoea vocor.
Tu modo dic, quid agat tecum. Quandoque volavi,
haec manet: hanc retinent quos ego praeterii.

XI. Anth. Pal. XVI 275 (Ποσειδίππου εἰς ἄγαλμα τοῦ Καιροῦ):
Τίς πόθεν ὁ πλάστης; Σικυώνιος. Οὔνομα δὴ τίς;
Λύσιππος. Σὺ δὲ τίς; Καιρὸς ὁ πανδαμάτωρ.
Τίπτε δ' ἐπ' ἄκρα βέβηκας; Ἀεὶ τροχάω. Τί δὲ ταρσοὺς
ποσσὶν ἔχεις διφυεῖς; Ἵπτάμ' ὑπηνέμιος.
Χειρὶ δὲ δεξιτερῇ τί φέρεις ξυρόν; Ἀνδράσι δεῖγμα,
ὡς ἀκμῆς πάσης ὀξύτερος τελέθω.
Ἡ δὲ κόμη τί κατ' ὄψιν; Ὑπαντιάσαντι λαβέσθαι.
Νὴ Δία, τἀξόπιθεν δ' εἰς τί φαλακρὰ πέλει;
Τὸν γὰρ ἅπαξ πτηνοῖσι παραθρέξαντά με ποσσὶν
οὔτις ἔθ' ἱμείρων ὀράξεται ἐξόπιθεν.
Τοὔνεχ' ὁ τεχνίτης σε διέπλασεν; Εἵνεκεν ὑμέων,
ξεῖνε· καὶ ἐν προθύροις θῆκε διδασκαλίην.

---

9 alii *T* recessus *V* (r *ex* s m^2)

X. In echo pictam *Mk et* v^2 (*in mg.* m^2), In pictorem qui uolebat pingere deam eccho *χ*, *nullum lemma T*, In pictorem deae Ecchus *Ven.*4, Echo ad pictorem *Bernensis 211 f. 155*^{r} *Scal. volgo* 4 iudicii *T* 7 eccho *T* 8 et si *T* (*in quo* et similem) *χ*, si quam *M Bern. et k* (*in mg.* ł et si), quam (*in mg.* et) si b^2, at si *Ven.*4, tu si *Hartel*

XI. In simulacrum occasionis et penitentiae *Mkb*^{2}p^3, De simulacro occasionis et penitentiae *χ*, *nullum lemma T* 3 tu p^3 (*s. v.* m^1 ał sū) 5 quod *MT*, quid *cet.*, quo *Baehrens* 6 fortuna *ω*, fortunate *E*, fortunare *Ven.*3 tardo *T Par.*, trado *cet.* 11 et non facti *ω*, non factique *E* paenas *T* 12 methomonea *T* 13 quandoque *T et λ* (que *s. v.* m^2), quando *Mkmpuv*^{2}, nam quando *lv*, si quando *E volgo*

tu quoque dum rogitas, dum percontando moraris,
elapsam dices me tibi de manibus.

XII. AD GALLAM.

Dicebam tibi, Galla, senescimus. effugit aetas. 13
utere vere tuo: casta puella anus est. (ω)
sprevisti: obrepsit non intellecta senectus
nec revocare potes qui periere dies.
nunc piget et quereris, quod non aut ista voluntas
tunc fuit aut non est nunc ea forma tibi.
da tamen amplexus oblitaque gaudia iunge,
da: fruar etsi non quod volo, quod volui.

XIII. DE LEPORE CAPTO A CANE MARINO.

Trinacrii quondam currentem in litoris ora 14
ante canes leporem caeruleus rapuit. (ω)
at lepus: 'in me omnis terrae pelagique rapina est:
forsitan et caeli, si canis astra tenet'.

XIIII. ⟨IN PERGAMVM⟩.

Tam segnis scriptor quam lentus Pergame cursor 15
fugisti et primo captus es in stadio. (ω)
ergo notas scripto tolerasti Pergame voltu
et quas neglexit dextera frons patitur.

XII. Anth. Pal. V 21 Ῥουφίνου:

Οὐκ ἔλεγον, Προδίκη, 'γηράσκομεν', οὐ προεφώνουν·
'ἥξουσιν ταχέως αἱ διαλυσίφιλοι';
νῦν ῥυτίδες καὶ θρὶξ πολιὴ καὶ σῶμα ῥακῶδες,
καὶ στόμα τὰς προτέρας οὐκέτ' ἔχον χάριτας.

cf. 12 (Ῥουφίνου), 3 sq., Mart. IIII 38, Ennod. Carm. II 97, 4 2 Appul. apol. 9 (403, 5) tuum ver 3 Iuv. VIIII 129 obrepit non intellecta senectus 5 sq. Ter. Hec. I 1, 17 sq. (74 sq.) cur non aut istaec mihi aetas et forma est aut tibi haec sententia

XIII. Anth. Pal. VIIII 18 Γερμανικοῦ Καίσαρος:

Ἐκ κυνὸς εἶλε κύων με. τί τὸ ξένον; εἰς ἐμὲ θῆρες
ὑγροὶ καὶ πεζοὶ θυμὸν ἔχουσιν ἕνα.
αἰθέρα λοιπὸν ἔχοιτε, λαγοί, βατόν. ἀλλὰ φοβοῦμαι,
οὐρανέ· καὶ σὺ φέρεις ἀστερόεντα κύνα.

cf. 17 (τοῦ αὐτοῦ), 3 sq. αὐτίκα γάρ μιν εἰνάλιος μάρψας πνεύματος ὠρφάνισεν

---

15 percontando v^2, percuntando *Mmup*^{3}, percunctando *cet.* 16 dices *om.* p^3, disces *Heinsius*

XII. Ad Gallam puellam iam senescentem χ *volgo*, In Gallam *k*, Ad Gallam b^2, Ad Gallam anum $gg^2\mu$, *nullum lemma TMp*^{3} 1 *post* senescimus *add.* ambo p^3 2 rene ω, vere *Ald.* 3 oppressit μ (*in mg.* obrepsit) b^2gg^2 5 uoluptas Tp^3 6 tum *Mkp*$^3b^2gg^2$, tunc *cet.*

XIII. *lemma* χ, *nullum lemma TM* 1 littoris *TM* 2 an canes *M*, an** canes v^2 3 an lepus imae *T* 4 forsitan *T* (n *ex* m) coeli *T*

XIIII. *Carmina XIIII et XV coniuncta in* ω *disiunxit Scal.* De Pergamo scriptore (seruo *add. mu*) fugitiuo qui captus fuerat (erat vv^2) χ *volgo*, *nullum lemma TM* 3 notas *om. T* uultu $T\chi$ 4 quam *T*

XV. ⟨ITEM⟩.

Pergame non recte poenitus fronte subisti 16
supplicium, lentae quod meruere manus. (ω)
at tu, qui dominus, peccantia membra coherce:
iniustum falsos excruciare reos.
aut inscribe istam, quae non volt scribere, dextram,
aut profugos ferri pondere necte pedes.

XVI.

Canus rogabat Laidis noctem Myron: 17
tulit repulsam protinus. (ω)
causamque sensit et caput fuligine
fucavit atra candidum:
idemque voltu, crine non idem Myron
orabat oratum prius.
sed illa formam cum capillo comparans
similemque, non ipsum rata,
fortasse et ipsum, sed volens ludo frui,
sic est adorta callidum:
'inepte quid me quod recusavi rogas?
patri negavi iam tuo'.

XVII. AD VXOREM.

Laidas et Glyceras, lascivae nomina famae, 18
coniunx in nostro carmine cum legeret, (ω)
ludere me dixit falsoque in amore iocari:
tanta illi nostra est de probitate fides.

XVIII. AD EANDEM.

Vxor vivamus ut viximus et teneamus 19
nomina, quae primo sumpsimus in thalamo: (ω)
nec ferat ulla dies, ut commutemur in aevo,
quin tibi sim iuvenis tuque puella mihi.

XVI. Ael. Spart. vit. Hadr. 20, 8 iam hoc patri tuo negavi

XV. In eundem Pergamum *Scal. volgo* 1 penitus *TM*, punitus *cet.*, poenitus *Baehrens* 3 membra *M* coherces *T* 4 excruciare *TME et* v^2 (*in quo* ex *in ras.* m^2), est cruciare *cet.* 5 non *om. T* uult $T\chi$

XVI. De Myrone qui Laidis (Thaidis p^2) noctem rogauerat χ, Seni *M*, In Mironem canum poscentem noctem Laydis seni b^2, *nullum lemma T*, De Myrone et Laide *Scal. volgo* 1 CIAnus *T* (I *minio*, C *add.* m^2) laydis *T* miron *M* 3 sensit *T* (s *alt.* m^2 *ex* t) fulligine *T* 5 uultu $T\chi$ miron *M*

XVII. Ad uxorem b^2, De uxoris opinione *v*, De opinione quam de illo habebat (habuerat v^2) eius uxor *mpuv*^{2}, *nullum lemma TM Laur. 81, 42*, De se et uxore *Scal. volgo* 1 Thaidas *Heinsius* (*cf. Mart. XIIII 187, 2*) gliceras *TM* uxor *T*, coniunx *cet. Laur. 81, 42*

XVIII. Ad uxorem $Mp^3gg^2\mu$, Ad eandem b^2, Ad uxorem suam quod debeat uiuere et oblectari χ, *nullum lemma T*, Ad uxorem suam *Scal. volgo* 1 ut *T*, quod *cet. volgo*, ceu *Heinsius* 3 commutetur *T*, commutentur Mb^2gg^2, commutent^{mur} μ, commutemur $p^3\chi E$

Nestore sim quamvis provectior aemulaque annis
vincas Cumanam tu quoque Deiphoben,
nos ignoremus quid sit matura senectus.
scire aevi meritum, non numerare decet.

XVIIII. IN ANVM EBRIOSAM.

Qui primus, Meroe, nomen tibi condidit, ille 20
Thesidae nomen condidit Hippolyto. (ω)
nam divinare est nomen componere, quod sit
fortunae et morum vel necis indicium.
Protesilae, tibi nomen sic fata dederunt,
victima quod Troiae prima futurus eras.
Idmona quod vatem, medicum quod Iapyga dicunt,
discendas artes nomina praeveniunt.
et tu sic, Meroe, non quod sis atra colore,
ut quae Niliaca nascitur in Meroe,
infusum sed quod vinum non diluis undis,
potare immixtum sueta merumque merum.

XX. EX GRAECO.

Me lapidem quondam Persae advexere, tropaeum 21
ut fierem bello: nunc ego sum Nemesis. (ω)
ac sicut Graecis victoribus asto tropaeum,
punio sic Persas vanilocos nemesis.

XVIIII. 1 Appul. Met. I 7 ad quandam cauponam Meroen 7 Verg. Aen. XII 391 Phoebo ante alios dilectus Iapyx Iasides

XX. Anth. Pal. XVI 263 ἄδηλον. εἰς Νέμεσιν:

Πρίν με λίθον Πέρσαι δεῦρ' ἤγαγον, ὄφρα τρόπαιον
στήσονται Νίκας· εἰμὶ δὲ νῦν Νέμεσις.
ἀμφοτέροις δ' ἔστηκα, καὶ Ἑλλήνεσσι τρόπαιον
νίκας καὶ Πέρσαις τοῦ πολέμου νέμεσις.

---

5 annos *TMp*^{3}*b*^{2}, annis *cet.* 6 deyphoben *T* (y *ex* i), deipheben *Mp*^{3} 8 meritum] incertum *ed. Toll. volgo*

XVIIII. *lemma in M* In Meroen (Meroem) anum ebriosam *χ volgo*, *nullum lemma T* 1 cui *M* 2 hyppolito *T*, hypolito *M* 3 iam *T* componere] cui ponere *Barth* 4 et *om. Scal. volgo* vel] et *T* 5 prothesilae *T* facta *M* 7 medicum *T* (u *ex* a) iapyga *mu*, iapiga *cet.*, Iapida *Ven.*^{4} *volgo* 11 mondilius *T* (*in mg.* m^2 ·pu· non diluis) 12 inmixtum *vl*, inmistum v^2

XX. Ex Greco *M*, Ex (De v^2) greco traductum de statua Nemesis *χ*, *nullum lemma T*, Nemesis e Graeco *Scal. volgo* 1 trophaeum *ω* 2 *et* 4 nemensis *M* 3 ac] at *E volgo* tropeum *M*, trophaeum *cet.* 4 uaniloquos *Tχ*

XXI. EX GRAECO.

Qui laqueum collo nectebat, repperit aurum 23
thesaurique loco deposuit laqueum: (ω)
at qui condiderat, postquam non repperit aurum,
aptavit collo quem reperit laqueum.

XXII. DE THRASYBVLO LACEDAEMONIO.

Excipis adverso quod pectore volnera septem, 24
arma super veheris quod, Thrasybule, tua, (ω)
non dolor hic patris, Pitanae sed gloria maior:
rarum tam pulchro funere posse frui.
quem postquam maesto socii posuere feretro,
talia magnanimus edidit orsa pater:
'flete alios: natus lacrimis non indiget ullis,
et meus et talis et Lacedaemonius'.

XXIII. EX GRAECO.

Mater Lacaena clipeo obarmans filium 25
'cum hoc', inquit, 'aut in hoc redi'. (ω)

XXIIII. IN DIVITEM DEGENEREM.

Quidam superbus opibus et fastu tumens 26
tantumque verbis nobilis (ω)
spernit vigentis clara saecli nomina,
antiqua captans stemmata,

XXI. Anth. Pal. VIIII 44 Πλάτωνος τοῦ μεγάλου:
Χρυσὸν ἀνὴρ εὑρὼν ἔλιπε βρόχον· αὐτὰρ ὁ χρυσὸν
ὃν λίπεν οὐχ εὑρὼν ἧψεν ὃν εὗρε βρόχον.
cf. 45 (Στατυλλίου Φλάκκου).

XXII. Anth. Pal. VII 229 (Διοσκουρίδου):
Τᾷ Πιτάνᾳ Θρασύβουλος ἐπ' ἀσπίδος ἤλυθεν ἄπνους,
ἑπτὰ πρὸς Ἀργείων τραύματα δεξάμενος,
δεικνὺς ἀντία πάντα· τὸν αἱματόεντα δ' ὁ πρέσβυς
παῖδ' ἐπὶ πυρκαϊὴν Τύννιχος εἶπε τιθείς·
'δειλοὶ κλαιέσθωσαν· ἐγὼ δὲ σέ, τέκνον, ἄδακρυς
θάψω, τὸν καὶ ἐμὸν καὶ Λακεδαιμόνιον'.
cf. Plut. Apophth. Lac. var. 48

XXIII. Plut. Apophth. Lacaen. incert. 15

XXI. De eo qui thesaurum repperit cum se laqueo uellet suspendere *V*, Ex Greco $Mp^3gg^2\mu$, Ex Greco traductum de casu quodam χ, Qui se uolebat suspendere repperit aurum b^2, *nullum lemma T*, *Riccard. 907 f. 183^r* 1 *et* 3 reperit *T* 4 repperit Vg^2 (p *pr. eraso*) Mp^3b^2, repperit *Riccard.*

XXII. De Trasibullo Lacedaemonio et Pitano prē *v*, De Thrasybulo Lacedaemonio qui fortissime dimicans occubuerat (occubuit *E*) *det. cet.*, *nullum lemma TM*, De Thrasybulo Lacedaemonio *Scal.* 1 uulnera $T\chi$ 2 superuehens *M* thrasibule *M*, trasibulle *T* 3 hic *om. T* pitai *M*, pitani *cet.*, pitanae *Ug.* 4 pulcro *T* 5 moesto *T* 8 ēt talis *T*

XXIII. Ex Greco *M*, Ex Greco traductum de quadam matre magnanima (traductum *et* quadam *om. v*) χ, *nullum lemma T*, De Lacaena matre *Scal. volgo* 1 lacaeno *ω*, Lacaena *Par.*

XXIIII. In degenerem diuitem mecho genitum *M*, In diuitem degenerem genitum moecho (moecho gen. *E*) χE, *nullum lemma T*, In divitem quendam *Scal. volgo* 1 statu *T* 3 uigentis *lv*, rigentis *cet.* 4 scemata *M*

Martem Remumque et conditorem Romulum
privos parentes nuncupans.
hos ille Serum veste contexi iubet,
hos caelat argento gravi,
ceris inurens ianuarum limina
et atriorum pegmata:
credo quod illi nec pater certus fuit
et mater est vere lupa.

XXV. VERSVS IN VESTE CONTEXTI.

Laudet Achaemenias orientis gloria telas, 37
molle aurum pallis, Graecia, texe tuis, (ω)
non minus Ausoniam celebret dum fama Sabinam,
parcentem magnis sumptibus, arte parem.

XXVI. ITEM.

Sive probas Tyrio textam subtemine vestem, 36
seu placet inscripti commoditas tituli, (ω)
ipsius hoc dominae concinnat utrumque venustas:
has geminas artes una Sabina colit.

XXVII. ITEM.

Licia qui texunt et carmina, carmina Musis, 38
licia contribuunt, casta Minerva, tibi. (ω)
ast ego rem sociam non dissociabo Sabina,
versibus inscripsi quae mea texta meis.

XXVIII. ANTISTHENIS CYNICI IMAGINI SVBDITI.

Inventor primus cynices ego. 'quae ratio istaec? 27
Alcides multo dicitur esse prior'. (ω)
Alcida quondam fueram doctore secundus:
nunc ego sum cynices primus et ille deus.

XXV—XXVII. *cf.* Anth. Lat. 703—705

XXVI. 1 Tibull. IIII 1, 121 fulgentem Tyrio subtemine vestem (Verg. Aen. III 483), A. L. 705, 1

---

5 remūsque *T* 6 priuos *T*, primos *cet. volgo* 7 contexit *T* 8 coelat *T* 9 cerisim urens *T*

XXV. Versus in ueste contexti (contesti *M*) $M\chi$, De Sabina textrice *Ug.*, *nullum lemma T*, De eadem Sabina *Lugd. volgo* 1 achamenias *T* 3 auxoniam *M* 4 parentem *T*

XXVI. Item *M*, Versus de Sabina textrice et carmina faciente χ, *nullum lemma T*, De Sabina uxore *Graevius volgo* 1 subtegmine *ω* 3 continuat *M*

XXVII. Item *M* (*corr.* Idem), De eadem Sabina χ *volgo*, *nullum lemma T*

XXVIII. *lemma* $M\chi$, *nullum T*, Diogenis cynici imagini subditi *Ven.*[4], Antisthenes Cynicus philosophus *Scal. volgo* 1 cinices *TM* 4 cynices *T* (ẏ *ex* i), cinices *M*

XXVIIII. ⟨ITEM⟩.

Discipulus melior nulli meliorve magister 28
εἰς ἀρετὴν συνέβη καὶ κυνικὴν σοφίην. (ω)
dicere me verum novit qui novit utrumque
καὶ θεὸν Ἀλκείδην καὶ κύνα Διογένην.

XXX. MIXOBARBARON LIBERI PATRIS SIGNO MARMOREO IN VILLA NOSTRA OMNIVM DEORVM ARGVMENTA HABENTI.

Ogygia me Bacchum vocat. 30
Osirin Aegyptos putat. (ω)
mystae Phanacem nominant.
Dionyson Indi existimant,
Romana sacra Liberum,
Arabica gens Adoneum,
Lucaniacus Pantheum.

XXXI. ⟨ITEM⟩.

Αἰγύπτου μὲν Ὄσιρις ἐγώ, μυστῶν δὲ Φανάκης, 29
Βάκχος ἐνὶ ζωοῖσιν, ἐνὶ φθιμένοισιν Ἀδωνεύς, (ω)
πυρογενής, δικέρως, τιτανολέτης, Διόνυσος.

XXXII. IN CORYDONEM MARMOREVM.

Αἶξ χίμαρος πήρη ποιμὴν ῥαβδοῦχος ἐλαίη 31
εἷς λίθος· ἐκ πάντων λιτὸς ἐγὼ Κορύδων. (ω)

XXXIII. IN SIMVLACRVM SAPPHONIS.

Lesbia Pieriis Sappho soror addita Musis 32
εἴμ' ἐνάτη λυρικῶν, Ἀονίδων δεκάτη. (ω)

XXXIII. Anth. Pal. VIIII 506 (Πλάτωνος):
Ἐννέα τὰς Μούσας φασίν τινες· ὡς ὀλιγώρως.
ἠνίδε καὶ Σαπφὼ Λεσβόθεν ἡ δεκάτη.

XXVIIII. *Coniunctum cum antecedenti* ω (*in M* D *litt. vocis* discipulus *minio picta*), *seiunctum et inscriptum* De eodem *Ald.*, Idem *Scal. volgo* 1 nulli melior meliorue *T* 3 nouit uerum *E volgo*

XXX. *lemma* $T(m^2)Mmuv^2E$ (Mixobarbarum *T*, Mixobarbarom v^2, Mihobarbum *E*, Myhobarbum *Ug.*, Myobarbum *Turnebus volgo* habentis *T volgo*), Nomina Liberi patris apud diuersas nationes *v* 1 ogigie *TM*, ogygie *χ*, Ogygia *Lugd.* bacum *M* uocant *TM* 2 osirma *Tmuv*^{2}, osyrim *Ml*, osirim *vE*, Osirin *Ven.*^{4} aegyptios *T*, egiptos *M*, aegyptos *χ*, Aegyptus *Ven.*^{4} *volgo* putant *M* 3 myste *T* (y m^2 *ex* i), Mysi *G. I. Vossius volgo* Phanacen *Lugd. volgo* nominant] uocant *T* 4 dionision *T*, dionison *M* 6 gens *om. M* Aedoneum *Lugd.* (*cf. Plaut. Men. I 2, 35 (144), Catull. 29, 8*) 7 luchaniacus *T* *in M carmen columnis duabus scriptum est ita, ut in altera vv.* 1, 3, 5, 7, *in altera* 2, 4, 6 *legantur*

XXXI. De Baccho *T* (*ubi hoc carmen in f.* 4^v *ult. adscriptum est* m^2), Libero patri pp^2vv^2E *volgo*, *nullum lemma Mmu, Graeca om. lmuv* 1 Αἰγυπτίων ω, Αἰγύπτου *Ven.*^{4} μὲν *om. T* μυσῶν *Ven.*^{2} *volgo* φανακην *TMv*^2E 2 φθιμένοις Ἀϊδωνεύς *Ald. volgo* 3 Διόνυσος *Lugd. volgo*

XXXII. *lemma in* pp^2vv^2E (*in M adscriptum m. saec. XVI*; Coridonem *omnes*), *nullum lemma cet.*, *carmen om. Tlmuv* 1 ἐλαίη *om.* v^2, ἔλλην p^2 (m^2 ἀολλὴς) 2 ΑΛΙΤΟϹ Mv^2E, ἄλυτος *p*, ἄληθος p^2 (m^2 ἀληθὴς), αὐτὸς *Ald.*, λιτὸς *Par.*

XXXIII. In simulacrum Sapphus (Sapphionis *M*, Saphōis v^2) Mpp^2vv^2E *volgo*, *nullum lemma Tmu, Graeca om. muv.* 1 sapho *T* 2 ΕΜΕΝΑΤΗ *M*, εἰ μέντοι *T*, ἐι μέντη *E*, εἰμ' ε^{v}ατη *p*, εἰμ' ἐνάτη p^2v^2 ΛΟΝΙΔΩΝ *M*, δονίδων pp^2

XXXIIII. DEAE VENERI.

Orta salo, suscepta salo, patre edita Caelo, 33
Aeneadum genetrix, hic habito alma Venus. (ω)

XXXV. AD LIBELLVM SVVM.

Si tineas cariemque pati te, charta, necesse est, 34
incipe versiculis ante perire meis. (VPω)
'malo', inquis, 'tineis'. sapis, aerumnose libelle,
perfungi mavis quod leviore malo.
ast ego damnosae nolo otia perdere Musae,
iacturam somni quae parit atque olei.
'utilius dormire fuit quam perdere somnum
atque oleum'. bene ais: causa sed ista mihi est.
irascor Proculo, cuius facundia tanta est,
quantus honos. scripsit plurima quae cohibet.
hunc studeo ulcisci: et prompta est ultio vati.
qui sua non edit carmina, nostra legat.
huius in arbitrio est, seu te iuvenescere cedro
seu iubeat duris vermibus esse cibum.
huic ego, quod nobis superest ignobilis oti,
deputo, sive legat quae dabo sive tegat.

XXXVI.

Hanc volo quae non volt, illam quae volt ego nolo: 39
vincere volt animos, non satiare Venus. (ω)

XXXIIII. 2 Lucr. I 1 Aeneadum genetrix
XXXV. 15 Verg. Georg. IIII 564 ignobilis oti
XXXVI. Anth. Pal. XII 200 (Στράτωνος):

Μισῶ δυσπερίληπτα φιλήματα καὶ μαχιμώδεις
φωνὰς καὶ σθεναρὴν ἐκ χερὸς ἀντίθεσιν·
καὶ μὴν καὶ τὸν ὅτ' ἐστὶν ἐν ἀγκάσιν εὐθὺ θέλοντα
καὶ παρέχοντα χύδην οὐ πάνυ δή τι θέλω.
ἀλλὰ τὸν ἐκ τούτων ἀμφοῖν μέσον, οἷον ἐκεῖνον
τὸν καὶ μὴ παρέχειν εἰδότα καὶ παρέχειν.

cf. V 42 (Ῥουφίνου) Mart. I 57 (V 83) 1 Mart. VIIII 32, 1 Hanc volo

---

XXXIIII. *lemma in pv*, Deae Veneris *muv*^{2} *volgo*, Inscriptio templi Veneris b^2, Epytaphyum Veneris p^3, *nullum lemma TME* 1 oita *M* (*in mg.* m^1 nata) solo *T* patre^{que} *M* (que m^2) 2 genetrix b^2l, genitrix *cet.*

XXXV. It epigrammata Ausonii de diuersis rebus *V*, Eiusdem προσοποιεια in chartam *P*, Ad libellum suum quod potius uelit tinias (tinea *mu*, tineam *E*) uel cariem *muv*^{2}*E*, Ad libellum an tineas an cariem malit *v*, *nullum lemma TM*, Ad libellum suum de Proculo *Scal. volgo* 1 tinias *TM* charta *V* (harta m^2 *in ras.*; h *del.* m^3), carta (*om.* te) *P*, charia *T*, caria *M* necesse *V* (n m^2) 3 mallo *VP* tiniis *TM* erumpnose *M*, erunnose *T* 4 quod *V*, q̄ *T*, qui *cet. volgo* 5 Adst *V* (d *del.* m^2) dampnose *P* n̄olo *T* 7 ꝑdere *V* 8 adque *V* (t m^2) bene ais *VP*, uerum *ω* mihi est *V* (m^2 *in loco evanido*) 9 irascor proculo *VP*, agat irascor *ω* (Pacato *latere in* agat *coniecit Toll*) cuiusfacundiatantaest *V* (m^2 *in ras. ambitus minoris*) 10 honor *T* quęcohibet *V* (m^2 *in loco evanido*; ue *in ras.*) choibet *P* 11 hunc *V*, hinc *cet.* studio *T* ët prŏta$^{q:}$ *V* (·· *et* q: *add.* m^2) pronta *M* et iam prompta *Peiper* est haec ultio *E volgo* 13 te *om. T* cedro *VPχ*, cedros *M*, cedr̄os *T* 14 uiueat *P* 15 ego *T* (*s. v.*) superest] superet *P*, prodest *T* otii *V* (i *alt. add.* m^2), ocii *P*, oci *ω* Explicit προσοποιεια *P*

XXXVI. De puella quam amabat (amet *v*) *ω*, Qualem uelit amicam *Vin. volgo* 1 uolt *M*, uult *cet.* quia *Mvv*^{2} *et l* (m^1) uolt *Mv*^{2}, uult *cet.* 2 uolt *M et* v^2 (o *ex* u), uult *cet.* sociare *M*

oblatas sperno illecebras, detrecto negatas:
nec satiare animum nec cruciare volo.
nec bis cincta Diana placet nec nuda Cythere:
illa voluptatis nil habet, haec nimium.
callida sed mediae Veneris mihi venditet artem
femina, quae iungat quod volo nolo vocant.

XXXVII. DE DVOBVS FRATRIBVS.

Χρῆστος Ἀκίνδυνος αὐτοαδελφεοί, οἰκτρὰ δὲ τέκνα, 40
moribus ambo malis nomina falsa gerunt: (ω)
οὐδ' οὗτος χρηστός γ' οὐδ' οὗτος ἀκίνδυνός ἐστιν.
una potest ambos littera corrigere.
αἴ κεν Χρῆστος ἔχῃ παρ' ἀδελφοῦ Ἀκινδύνου ἄλφα,
κίνδυνος hic fiet, frater ἄχρηστος erit.

XXXVIII. ⟨ITEM⟩.

Germani fratres sunt Chrestos, Acindynos alter. 41
falsum nomen utrique, sed ut verum sit utrique, (ω)
alpha suum Chresto det Acindynos, ipse sine alpha
permaneat: verum nomen uterque geret.

XXXVIIII. QVODDAM QVASI AENIGMA DE TRIBVS INCESTIS.

'Tris uno in lecto: stuprum duo perpetiuntur 119
et duo committunt: quattuor esse reor'. (ω)
falleris: extremis da singula crimina et illum
bis numera medium, qui facit et patitur.

---

4 Mart. I 57, 4 nec volo quod cruciat nec volo quod satiat 7 ibid. 3 illud quod medium est

XXXVIIII. Anth. Pal. XI 225 (Στράτωνος):

Ἡ κλίνη πάσχοντας ἔχει δύο καὶ δύο δρῶντας,
οὓς σὺ δοκεῖς πάντας τέσσαρας· εἰσὶ δὲ τρεῖς.
ἦν δὲ πύθῃ, πῶς τοῦτο; τὸν ἐν μέσσῳ δὶς ἀρίθμει,
κοινὰ πρὸς ἀμφοτέρους ἔργα σαλευόμενον.

1 sq. Anth. Pal. XII 210 (Στράτωνος), 1 sq.

---

3 detracto *mu* 4 sŏciare *T* 5 cinta *M* cithere *M* 7 calida *M* uendicet *TE*, uendit et *cet.* 8 foemina *T* cui iungar *Graevius volgo* uolcant *T* (l *del.*), uocant *Mmuv*^{2}, uocans *lv*, vocet *Ven.*^{4} *volgo*

XXXVII. Epigramma de duobus fratribus *v*, De duobus fratribus *E* (*add.* quorum unus (*lacuna*) [g... *v*^{2}] alter (*lacuna*) uocabatur *muv*^{2}), *nullum lemma TM*, De Chresto et Acindyno fratribus *Scal. volgo* 1 *et* 5 χρηστὸς *T*, Χρῆστος *Lugd.* ἀϋταδελφεοὶ *T*, αγδλεαφεοι *M*, ἀυταδέλφεοι p^2E, ΔΥΝΑΔΕΛΦΕΟΙ v^2, αὐτοὶ ἀδελφεοὶ *Lugd.*, εἰσὶν ἀδελφεοὶ *Scal. volgo*, αὐτοαδελφεοί *Peiper* 3 γ' *add. T*, *om. cet.* 4 lictera *M* 5 ἔχῃ *T*, ελχηc *Mv*^{2}, εαχῃσ p^2 περ ἀδελφεὸν ἀκίνδυνον ἄλφα *T*, παρακινδυμονον (παρακύνδινον p^2, παραμινδύνον *E*) αλφα *Mv*$^2p^2E$, παρ' ἀκινδυνου αλφα αδελφου *Par.* ἕλῃ καὶ Ἀκίνδυνος ἄλφ' ἀπολέσσῃ *Ald. volgo*, ἔχῃ παρ' ἀδελφοῦ Ἀκινδύνου ἄλφα *ego*

XXXVIII. De Chresto (c^{h}resto *T*) et Acindino (Acidino *T*) quibus male fuerat (fuerat male *T*) nomen impositum *T* (*m*^{2}) *muv*^{2}*E*, De fratribus quibus male impositum erat nomen *v*, *nullum lemma M*, De iisdem *Lugd. volgo*; *prius distichon ab Ausonio abiudicavit Scal.* 1 crestos *T* accindinus *T*, acindinos *M* 2 uterque sed *T* 3 crestos *T* accindinos *T*, acindinos *M*

XXXVIIII. *lemma in* χ, Locus de tribus μ, Iocositas de tribus in uno dormientibus *gg*^{2}, *nullum lemma TMb*^{2}, De tribus incestis *Lugd. volgo* 1 tres *E volgo* 2 quatuor *T* 3 carmina *T* illum *T* (u *ex* a) 4 numeres *Par. volgo*

XXXX. DE PHILOMVSO GRAMMATICO.

Emptis quod libris tibi bybliotheca referta est, 44
doctum et grammaticum te, Philomuse, putas. (*Vω*)
hoc genere et chordas et plectra et barbita conde:
omnia mercatus cras citharoedus eris.

XXXXI. IN STATVAM RVFI.

Rhetoris haec Rufi statua est: nil verius: ipsa est. 45
ipsa adeo linguam non habet et cerebrum. (*Vω*)
et riget et surda est et non videt. haec sibi constant.
unum dissimile est: mollior ille fuit.

XXXXII. IN RVFI IMAGINEM.

Elinguem quis te dicentis imagine pinxit? 46
dic mihi, Rufe. taces? nil tibi tam simile est. (*Vω*)

XXXXIII. IDEM.

Haec Rufi tabula est: nil verius. ipse ubi Rufus? 47
'in cathedra'. quid agit? 'hoc quod et in tabula'. (*Vω*)

XXXX. Luc. adv. ind. 1 οἶει μὲν γὰρ ἐν παιδείᾳ καὶ αὐτὸς εἶναί τις δόξειν σπουδῇ συνωνούμενος τὰ κάλλιστα τῶν βιβλίων; *cf.* 19 4 Mart. III 4, 8 cum citharoedus erit

XXXXI. Anth. Pal. XI 143 (Λουκιλλίου), v. 6 Ῥοῦφος ὁ γραμματικός

XXXXII. Anth. Pal. XVI 318 (ἄδηλον). Εἰς εἰκόνα ῥήτορος ἀφυοῦς:
Τίς σὲ τὸν οὐ λαλέοντα τύπῳ ῥητῆρος ἔγραψε;
σιγᾶς, οὐ λαλέεις; οὐδὲν ὁμοιότερον.
cf. XI 151 (ἄδηλον)

XXXXIII. Mart. XI 102, 4 quam silet in cera vultus et in tabula

---

XXXX. *lemma in V*, Ad Philomusum indoctum *v*, Ad Philomusum qui arbitrabatur se doctum cum nihil sciret *muv*^{2}*E*, In philomusum grammaticum librosum *b*^{2}, *nullum lemma TM*, Ad Philomusum grammaticum *Scal. volgo* 1 ^{bi}bliotheca *V*, biblioteca *ω* 2 phylomuse *T* 3 cordas *VM* cōdis *V* (is *atr. nigriore, fortasse in ras.*), cāde *T*, condes *Peiper* 4 hoc die mercator *χ* (*v*^{2} *in mg.* m^2 *et μ* omnia mercatus; *μ in mg.* ał. hoc die) cit^{h}aroedus *V* (h *m*^{2}), cytharoedus *T*, citharedus *M*

XXXXI. In statuam eiusdem rhet. *V*, In statuam (Rufi *add. μg volgo*) rhetoris semiuiri et elinguis (rhetoris *post* elinguis *mu*) *Mχb*^{2}*gg*^{2}*μ*, *nullum lemma T* *in T bis scriptum carmen f. 1*^{r} *et 11*^{r} (*alt. rec.* = *T*^{2}) 1 RRhetoris *TT*^{2} (*in T h s. v. m*^{2}), rectoris *M* ruffi *TT*^{2} statu^{t}a *V* (t *m*^{2}) ipsa^e *T*, ipse *MT*^{2}*Eg*^{2} *et v*^{2} (e *ex* a) est *om. E* 2 ipsa *pv*^{2}*b*^{2}*g*, ipse *cet.* 3 ridet *T*^{2}*v* (riget *corr.*) est *T* (*s. v. m*^{2}) hec sibi constant *VT*^{2}, omnia Rufi (Ruffi *T*) *cet. volgo*

XXXXII. Idem *V*, De Ruffo picto *v*, In picturam in qua erat depicta ymago ruffi *muv*^{2}, In Rufi imaginem *b*^{2}, *nullum lemma TM*, In tabula (-lam *Par. volgo*) ubi erat picta imago Rufi (Ruffi *E*) rhetoris *E volgo* 2 ruffe *T*

XXXXIII. Idem *V*, *coniunctum cum antecedenti ω*, Ad eandem tabulam *Ven.*^{4}, De eadem tabula *Par. volgo* 1 ruffi *T* nerius *M* ruffus *T*

XXXXIIII. DE RVFO RHETORE.

Reminisco Rufus dixit in versu suo: 48
cor ergo versus, immo Rufus non habet. (*Vω*)

XXXXV. ⟨ITEM⟩.

Qui reminisco putat se dicere posse Latine, 49
hic ubi co scriptum est, faceret cor, si cor haberet. (*ω*)

XXXXVI. ⟨ITEM⟩.

Rufus vocatus rhetor olim ad nuptias, 50
celebri ut fit in convivio, (*ω*)
grammaticae ut artis se peritum ostenderet,
haec vota dixit nuptiis:
'et masculini et feminini gignite
generisque neutri filios'.

XXXXVII. IN RVFI IMAGINEM.

'Ore pulchro et ore muto scire vis quae sim'? volo. 51
'imago Rufi rhetoris Pictavici'. (*Vω*)
diceret set ipse vellem rhetor hoc mi. 'non potest'.
cur? 'ipse rhetor est imago imaginis'.

XXXXVI. Anth. Pal. VIIII 489 (Παλλαδᾶ?):
Γραμματικοῦ θυγάτηρ ἔτεκεν φιλότητι μιγεῖσα
παιδίον ἀρσενικόν, θηλυκόν, οὐδέτερον.

XXXXVII. Anth. Pal. XI 145 (ἄδηλον):
Εἰκὼν ἡ Σέξστου μελετᾷ, Σέξστος δὲ σιωπᾷ.
εἰκὼν ἦν ῥήτωρ, ὁ δὲ ῥήτωρ εἰκόνος εἰκών.

cf. XI 151 (ἀδέσποτον):
Ῥήτορος ἆδ' εἰκών· ὁ δὲ ῥήτωρ ῥήτορος εἰκών.
καὶ πῶς; οὐ λαλέει· οὐδὲν ὁμοιότερον.

XXXXIIII. De Rufo retore *V*, De Ruffo qui dixerat reminisco quod non est latinum *χ*, De eodem Ruffo *E volgo*, In Rufum ignarum grammaticę b^2, *nullum lemma TM* 1 ruffus *T* 2 ergo R̄. uersus *T* imo *M* ruffus *T*

XXXXV. De his qui dicunt reminisco (quod *add.* v^2) non est latinum *muv*^{2}*E*, De Ruffo qui dixerat reminisco *v*, *nullum lemma TMp*^{3}*μb*^{2} 2 hic *om. Tb*^{2} diceret *Tμ*, faceret *cet.*, legeret *Lugd. volgo*

XXXXVI. De uerbis quibus usus est Ruffus grammaticus malus *χ*, In Rufum rhetorem b^2, De uerbis eiusdem Ruffi *E*, *nullum lemma T*, De eodem Rufo *Lugd. volgo* 1 ruffus *T* 2 ut fit in *T*, ut fit *cet.*, fit ut *E volgo* 4 nota *M*

XXXXVII. Idem *V*, De imagine Ruffi (Rufi *vb*^{2}) rhetoris elinguis (Pitauici *pro* elinguis b^2) *χb*^{2}, *nullum lemma TM*, Imago Rufi rhetoris *Vin. volgo* 1 pulcro *VT* 2 ymago *M* ruffi *T* pithauici rhetoris *T*, retoris pictauice *V* 3 dicere *V*, dicerem *T* set *V* (d m^2), sed *cet.* ille *ω* uellem *om. T*, uolens *V* 4 ymago ymaginis *M*

XXXXVIII. SVB RVFI STATVA.

'Rhetoris haec Rufi statua est'? si saxea, Rufi. 52
'cur id ais'? semper saxeus ipse fuit. (*Vω*)

XXXXVIIII. DE DIOGENE.

Pera polenta tribon baculus scyphus, arta supellex 53
ista fuit Cynici: set putat hanc nimiam. (*VR*)
namque cavis manibus cernens potare bubulcum
'cur, scyphe, te', dixit, 'gesto supervacuum'?

L. ITEM.

Effigiem, rex Croese, tuam, ditissime regum, 54
vidit aput manes Diogenes cynicus. (*VRω*)
'nil', inquit ibi, 'Croese, tuum: superant mihi cuncta.
nudus eram: sic sum, nil habui: hoc habeo'.
rex ait: 'haud egui, cum tu, mendice, carebas.
omnibus at careo? si modo non egeo'.

XXXXVIII. Anth. Pal. XVI 317 (Παλλαδᾶ):
Κωφὸν ἄναυδον ὁρῶν τὸν Γέσσιον, εἰ λίθος ἐστί,
Δήλιε, μαντεύου, τίς τίνος ἐστὶ λίθος

XXXXVIIII. Anth. Pal. VII 66 ('Ονέστου):
Βάκτρον καὶ πήρη καὶ διπλόον εἶμα σοφοῖο
Διογένευς, βιότου φόρτος ὁ κουφότατος

L. Anth. Pal. VIIII 145 (ἀδέσποτον):
Ἐλθὼν εἰς ἀΐδην, ὅτε δὴ σοφὸν ἤγαγε γῆρας,
Διογένης ὁ κύων Κροῖσον ἰδὼν ἐγέλα,
καὶ στρώσας ὁ γέρων τὸ τριβώνιον ἐγγὺς ἐκείνου,
τοῦ πολὺν ἐκ ποταμοῦ χρυσὸν ἀφυσσαμένου,
εἶπεν· 'ἐμοὶ καὶ νῦν πλείων τόπος· ὅσσα γὰρ εἶχον
πάντα φέρω σὺν ἐμοί· Κροῖσε, σὺ δ' οὐδὲν ἔχεις

XXXXVIII. Idem *V*, De eadem Ruffi (Rufi *volgo*) statua (saxea *add. v*) *vE volgo*, Sub Ruffi statua b^2, *nullum lemma TMmuv*^{2} (*cum antecedenti coniunctum M*) 1 ruffi (*bis*) *T* 2 cur *V* (q^{v}ur m^2) ille *Tb*^{2}

XXXXVIIII. XXVIIII Item Diogenis *V*, *de R cf. epit.* (*XVII*) *29*, *nullum lemma τ = Trevericus 1464 saec. XI f. 116*^{r}, De Diogene Cynico philosopho *Scal. volgo* 1 pare *VR*, pan *τ*, pera *Lugd.* tribō *V*, trifon *R*, tryphon *τ* sciphus *V*, cibus *Rτ* arcta *volgo* suppella^{x} *V* (x m^2) 2 ista *V* (i m^2) cinici set *V*, cynicis et *Rτ* hęc nimia *Rτ* 3 nanque *τ* bobulcum *R* 4 sciphe *V*, suete *τ* cursum &.$\overset{e}{\cdot}$dixit *R*

L. XXX Idem *V*, De effigie regis Croesi *χE*, *nullum lemma τ = Trevericus 1464 saec. XI f. 116*^{r}, *M* (*in quo coniunctum est cum epit.* (*XVII*) *29*, *quod videas de R*) *T*, De Croeso et eodem Diogene *Scal. volgo Totum carmen legitur in VR*, *in ω tantum v. 1 sq.*; *in Ugoleti editione*, *quam ceteri secuti sunt editores*, *versui alteri haec sunt adiecta:*

Constitit utque procul, solito maiore cachinno
Concussus dixit: Quid tibi divitiae
Nunc prosunt, regum rex o ditissime, cum sis
Sicut ego solus, me quoque pauperior.
Nam quaecumque habui, mecum fero, cum nihil ipse
Ex tantis tecum, Croese, feras opibus.

v. 3 cf. Iuv. III 110 *7 Anth. Pal. VIIII 145*, *5 sq.*

1 rex serse *R*, rex xerxe *τ* crese *TM* 2 apud *Rτω* dyogenes *τ* cinicus *Vω* 3 inquid tibi croese tuū superat *V*, inquit curo tua sat superant *R*, inquit xerxe tua superant *τ*, inquit ibi, Croese, tuum: superant *ego* 5 haut *R* mendace *R* 6 et *VRτ*, at *ego et Hartel*, en *Baehrens* si *V*, sic *R*, sed *τ*, sit *Mommsen*

LI. IN SIGNVM MARMOREVM NIOBES.

Vivebam: sum facta silex, quae deinde polita 245 (Epit. 28)
Praxiteli manibus vivo iterum Niobe. (ω)
reddidit artificis manus omnia, sed sine sensu:
hunc ego, cum laesi numina, non habui.

LII.

Armatam vidit Venerem Lacedaemone Pallas: 42
'nunc certemus', ait, 'iudice vel Paride'. (ω)
cui Venus: 'armatam tu me, temeraria, temnis,
quae quo te vici tempore nuda fui'?

LIII.

Lais anus Veneri speculum dico: dignum habeat se 55
aeterna aeternum forma ministerium. (ω)
at mihi nullus in hoc usus, quia cernere talem
qualis sum nolo, qualis eram nequeo.

LIIII.

Istos, tergemino nasci quos cernis ab ovo, 56
patribus ambiguis et matribus adsere natos. (ω)
hos genuit Nemesis, sed Leda puerpera fovit:
Tyndareus pater his et Iuppiter: hic putat, hic scit.

LI. Anth. Pal. XVI 129 (ἄδηλον) Εἰς ἄγαλμα Νιόβης:
Ἐκ ζωῆς με θεοὶ τεῦξαν λίθον· ἐκ δὲ λίθοιο
ζωὴν Πραξιτέλης ἔμπαλιν εἰργάσατο

LII. Anth. Pal. XVI 174 (ἀδέσποτον) Εἰς τὴν ἐν Σπάρτῃ ἔνοπλον Ἀφροδίτην:
Παλλὰς τὰν Κυθέρειαν ἔνοπλον ἔειπεν ἰδοῦσα·
'Κύπρι, θέλεις οὕτως ἐς κρίσιν ἐρχόμεθα';
ἡ δ' ἀπαλὸν γελάσασα· 'τί μοι σάκος ἀντίον αἴρειν;
εἰ γυμνὴ νικῶ, πῶς ὅταν ὅπλα λάβω';

LIII. Anth. Pal. VI 1 (Πλάτωνος):
Ἡ σοβαρὸν γελάσασα καθ' Ἑλλάδος, ἥ ποτ' ἐραστῶν
ἑσμὸν ἐπὶ προθύροις Λαΐς ἔχουσα νέων,
τῇ Παφίῃ τὸ κάτοπτρον, ἐπεὶ τοίη μὲν ὁρᾶσθαι
οὐκ ἐθέλω, οἵη δ' ἦν πάρος οὐ δύναμαι.

LI *lemma vE, add.* et ex eo repercussum (-us *M*) *Mmuv*^{2}, De Niobe *gg*$^2\mu$, *nullum lemma T* (*in mg. m*^{2} praxitelis) *b*^{2} 1 qua *Mmuvv*^{2} *et* $\mu(m^1)g^2$ 2 praxiteli *M et* $\mu(m^1)b^2gg^2$, praxitelis *cet. volgo*

LII. De Pallade uolente certare armis cum Venere χ, De Pallade *b*^{2}*gg*$^2\mu$, *nullum lemma TM*, De Pallade et Venere armata *Scal. volgo*

LIII. De Laide dicante (Veneri *add. vv*^{2}*E*) speculum suum χ, Lais dicans Veneri speculum suum *Scal. volgo*, In anum *b*^{2}, *nullum lemma TM*μ 4 sim *T*

LIIII. De ymagine Veneris sculpta *muv*^{2}, De Castore Polluce et Helena *Med. volgo*, *nullum lemma MvEb*^{2}, *carmen om. T* 2 adseueratos *M*, adseneratos *b*^{2}, asseveratos *cet.*, assere natos *Ven.*^{4} 4 tindareus *M* et (*del. m*^{2}) hic sit *M*

LV.

Vera Venus Gnidiam cum vidit Cyprida, dixit: 57
vidisti nudam me, puto, Praxitele. (ω)
'non vidi nec fas, sed ferro opus omne polimus:
ferrum Gradivi Martis in arbitrio.
qualem igitur domino scierant placuisse Cytheren,
talem fecerunt ferrea caela deam'.

LVI. IN BVCVLAM MYRONIS.

Bucula sum caelo genitoris facta Myronis 58
aerea: nec factam me puto, sed genitam. (ω)
sic me taurus init, sic proxima bucula mugit,
sic vitulus sitiens ubera nostra petit.
miraris quod fallo gregem? gregis ipse magister
inter pascentes me numerare solet.

LVII. IDEM.

Vbera quid pulsas frigentia matris aënae, 59
o vitule, et sucum lactis ab aere petis? (ω)
hunc quoque praestarem, si me pro parte parasset
exteriore Myron, interiore deus.

LV. Anth. Pal. XVI 162 (ἄδηλον):

Ἁ Κύπρις τὰν Κύπριν ἐνὶ Κνίδῳ εἶπεν ἰδοῦσα·
'φεῦ! φεῦ! ποῦ γυμνὴν εἶδέ με Πραξιτέλης';

160, 5 *et* 6 (Πλάτωνος):

Πραξιτέλης οὐκ εἶδεν ἃ μὴ θέμις, ἀλλ' ὁ σίδηρος
ἔξεσεν οἷ' ἂν Ἄρης ἤθελε τὴν Παφίην

LVI. Anth. Pal. VIIII 726 (Ἀντιπάτρου Σιδωνίου):

Ἁ βοῦς ἁ τίκτουσ' ἀπὸ γαστέρος ἔπλασε τὰν βοῦν·
ἁ δὲ Μύρωνος χεὶρ οὐ πλάσεν, ἀλλ' ἔτεκεν

1 *cf.* VIIII 713, 1 (ἄδηλον) Βοίδιόν εἰμι Μύρωνος 3 sq. *cf.* VIIII 730 (Δημητρίου Βιθυνοῦ):

Ἤν μ' ἐσίδῃ μόσχος, μυκήσεται· ἢν δέ γε ταῦρος,
βήσεται· ἢν δὲ νομεύς, εἰς ἀγέλαν ἐλάσει

4 Mart. VI 38, 8 sic vitulus . . . cupit; *cf.* Anth. Pal. VIIII 721, 1

LV. De imagine Veneris sculpta a Praxitele χ *volgo*, Sub Veneris sepulchro uel simulacro b^2, *nullum lemma TM, in T in mg. inf. adscripsit m. rec. Anth. Pal. XVI 162 et carmen epigrammati 160 adiunctum* (*v. 1* οὐκ ἴδεν ἃ μὴ θέμϊς ἐστὶν, *sed* ἐστὶν *del. m. ead.*, 2 ἔξϋσ' οἷαν) 1 cnidiam *TM*, gnidiam *lv* 4 arbitrium *T* 5 scierant *TM*, scieram χ citheren *T*

LVI. In buculam Myronis Mb^2, In buculam aeream Myronis *E volgo*, In buculam eream factam a Mirone muv^2, De bucula facta a Myrone *v*, *nullum lemma T* 1 *et* 3 buccula *T* 4 sitiens] mugiens *mu* (*cf. Anth. Pal. VIIII 721, 1*) 5 si *T*, quod *cet.*

LVII. Idem Mb^2, De eadem bucula Myronis aerea χ, De eadem bucula *Lugd. volgo*, *nullum lemma T* 1 ahenae *muE volgo* 2 o vitule] bucule *M* sucum b^2, succum *cet.* ab aere] habere b^2 (*corr.* ab aere) *TE* petis] cupis *T*

LVIII. IDEM.

Daedale, cur vana consumis in arte laborem? 60
me potius clausa subice Pasiphae. (ω)
illecebras verae si vis dare, Daedale, vaccae,
viva tibi species vacca Myronis erit.

LVIIII. IDEM.

Aerea mugitum poterat dare vacca Myronis, 64
sed timet artificis deterere ingenium. (ω)
fingere nam similem vivae quam vivere plus est:
nec sunt facta dei mira, sed artificis.

LX. IDEM.

Aerea bos steteram: mactata est vacca Minervae, 65
sed dea proflatam transtulit huc animam. (ω)
et modo sum duplex, pars aerea, pars animata.
haec manus artificis dicitur, illa deae.

LXI. IDEM.

Quid me, taure, paras specie deceptus inire? 66
non sum ego Minoae machina Pasiphaae. (ω)

LXII. IDEM.

Necdum caduco sole, iam sub vespere 67
ageret iuvencas cum domum pastor suas, (ω)
suam relinquens me monebat ut suam.

LXIII. IDEM.

Vnam iuvencam pastor forte amiserat 68
numerumque iussus reddere (ω)
me defuisse conquerebatur, sequi
quae noluissem ceteras.

LXII. 3 *cf.* Anth. Pal. VIIII 731

LVIII. Idem Mb^2, Ad Daedalum de eadem bucula (aerea *add.* muv^2) muv^2E *volgo*, De eadem bucula ad Daedalum *v*, *nullum lemma T* 1 consummis *T* 2 protinus *T* cause *mu*, clausae *E volgo* pasiphe Mv^2b^2, pasiphae *cet.*, Pasiphaae *Med. volgo* 4 uiuat ubi *T* mironis *M*

LVIIII. Idem Mb^2, De eadem Myronis bucula χ *volgo*, De eadem Myronis bucula iam habente spiritum *E*, *nullum lemma T* 1 mironis *M* 4 nec] haec *T*

LX. Idem Mb^2, De eadem (eadem *om. v*) bucula (bucula iam *vE*) habente spiritum (Myronis *add. mu*) *muvE*, *nullum lemma* Tv^2, De eadem buccula *Ug.*, Eadem bucula de se *Lugd. volgo* 2 sed p (*del.* m^2) dea pro flatu *T*

LXI. Idem Mb^2, Ad taurum de eadem bucula χ, *nullum lemma T*, Ad taurum eadem bucula *Lugd. volgo* 2 pasiphae *T*, pasiphe *M*

LXII. Idem Mb^2, De eadem Myronis (Myronis *om. v*) bucula (erea *add.* v^2) χ *volgo*, *nullum lemma T*, *in quo hoc carmen coniunctum cum antecedenti; distinxit rubricator lineolis interpositis* 1 $\overset{\text{sub}}{\text{spe}}$ *T* (sub *minio*), spe Mb^2, sub v^2 (*in mg.* spe) *cet.* 3 minabat *A. Loisel volgo*

LXIII. Idem Mb^2, De eadem Myronis (Myronis *om. v Ug. volgo*) bucula χ *volgo*, *nullum lemma T* 2 uisus *T* 3 defuisseque *T* (que *del. minio*)

LXIIII.

Vallebanae (nova res et vix credenda poetis, 69
sed quae de vera promitur historia) (ω)
femineam in speciem convertit masculus ales
pavaque de pavo constitit ante oculos.
cuncti admirantur monstrum, sed mollior agna
. . . . . .
quid stolidi ad speciem notae novitatis hebetis?
an vos Nasonis carmina non legitis?
Caenida convertit proles Saturnia Consus
ambiguoque fuit corpore Tiresias.
vidit semivirum fons Salmacis Hermaphroditum,
vidit nubentem Plinius androgynum.
nec satis antiquum, quod Campana in Benevento
unus epheborum virgo repente fuit.
nolo tamen veteris documenta arcessere famae:
ecce ego sum factus femina de puero.

LXV. IN MARCVM.

Pythagora Euphorbi, reparas qui semina rerum 70
corporibusque novis das reduces animas, (ω)
dic quid erit Marcus iam fata novissima functus,
si redeat vitam rursus in aëriam.
'qui Marcus'? feles nuper pullaria dictus,
corrupit totum qui puerile secus,
perversae veneris postico volnere fossor,
Lucili vatis †subpilo pullopremus.
'non taurus, non mulus erit, non hippocamelus,
non caper aut aries, sed scarabaeus erit'.

LXIIII. 12 Plin. N. H. VII 36

LXIIII. *nullum lemma ω* Quae sexum mutarint *Par. volgo* 1 ioȗares *m*, iocares *v* (i *ex* u) iocares *cet.*, nova res *Toll* 3 foemineam *T* 5 sed] si *Heinsius* 6 *om. ω lac. partim ind.*; deest *T in mg. minio*; *in Ven.*^{3}, *quam secuti sunt ceteri editores, hic v. legitur* Astitit in tenerum de grege uersa marem 7 quod *TM* nocte *M* hētis *T*, habetis *cet.*, hebetis *Par.* consus *T* (n *ex* ri) 10 ambiguuque *T* (*corr.* m^1) thyresias *T*, tyresias *M* 11 salmeis *T* hermofroditum *M* 12 androginum *TM* 15 arcescere *T*, accersere *χ* 16 foemina *T*

LXV. Ad Pythagoram de Marco qui dicebatur pullaria *χ et volgo* (*om.* qui d. p.), De opinione Pithagore et Marci *gg*^{2}*μ*, *nullum lemma TM* 1 pictagora *My et μ* (m^1) 4 aeream *T* 5 quid̊ *T* (s m^2), quis *cet.*, qui *Hartel* felles *T* 6 secus *Mgg*^{2}, s̊ecus *T* (s *pr. mutavit in* g m^2, *sed ea deleta* d *superscripsit*), sexus *μ* (decus m^2), decus *χE* 7 uulnere *T* 8 lucilii *ω* sub pilo (pilio *E*) *ω*, subulo *Med. volgo; latetne vocabulum Graecum quale est* συβάλλας, ὑβάλης *apud Hesychium?* pullo (pulo *Tg*) premor *TMgg*^{2}, pullo̊ premo̊r *μ* (i *et* v m^2), pullo premon *χE*, pullopremus *ego*, pullipremo *L. Mueller* (*cf. Lucil. rel. p. 284*), pulliprema *Scal. volgo*, culopremus *Baehrens* 9 hyppocamelus *T*, yppocamelus *M* 10 scarabaius *T*

LXVI. DE CASTORE FELLATORE.

Lambere cum vellet mediorum membra virorum 120
Castor nec posset vulgus habere domi, (ω)
repperit ut nullum fellator perderet inguen:
uxoris coepit lingere membra suae.

LXVII. SVBSCRIPTA PICTVRAE MVLIERIS IMPVDICAE.

Praeter legitimi genialia foedera coetus 71
repperit obscenas veneres vitiosa libido, (ω)
Herculis heredi quam Lemnia suasit egestas,
quam toga facundi scaenis agitavit Afrani
et quam Nolanis capitalis luxus inussit.
Crispa tamen cunctas exercet corpore in uno:
deglubit, fellat, molitur per utramque cavernam,
ne quid inexpertum frustra moritura relinquat.

LXVIII.

Abiecta in triviis inhumati glabra iacebat 72
testa hominis, nudum iam cute calvitium. (VGω)
fleverunt alii, fletu non motus Achilas
insuper et silicis verbere dissicuit.
eminus ergo icto rediit lapis ultor ab osse
auctorisque sui frontem oculosque petit.
sic utinam certos manus impia dirigat ictus,
auctorem ut feriant tela retorta suum.

LXVI. 1 Mart. II 61, 2 lambebat medios improba lingua viros

LXVII. 2 Hor. Epist. I 1, 85 vitiosa libido 8 Verg. Aen. IIII 415 ne quid inexpertum frustra moritura relinquat

LXVIII. Anth. Pal. VIIII 159 (ἀδέσποτον):

Κρανίον ἐν τριόδοισι κατοιχομένου τις ἐσαθρῶν
εἰκόνα τὴν κοινὴν οὐκ ἐδάκρυσε βίου,
δεξιτερὴν δ' ἔρριψεν ἐπὶ χθόνα καὶ λίθον ἧκεν,
κωφὸν μὲν δοκέοντ', ἀλλὰ πνέοντα δίκης.
ὀστέον ὡς γὰρ ἔπληξεν, ἀφήλατο καὶ τὸν ἀφέντα
πήρωσεν, γλυκεροῦ βλέμματος ὀρφανίσας.
καὶ πάλιν εἰς ἀΐδην ἐκολάζετο, τὴν ἰδίην δὲ
ἔκλαυσεν χειρῶν εὔστοχον ἀφροσύνην

8 Ovid. Fast. V 42 vertit in auctores pondera vasta suos

LXVI. De Castore fellatore qui suam lingebat uxorem *χ et g* (*in mg. m²*), *nullum lemma Mgg²* (in quibus *coniunctum est hoc carmen cum LXV*) *T*, In Castorem *Scal. volgo* 1 *et* 4 menbra *M* 3 reperit *T* 4 cepit *M*

LXVII. Subscriptum (-ta *M*, Scriptum *mu et v² m¹*) picturae (picte *M*, Crispae *add. Lugd. volgo*) mulieris impudicae (inp- *E*) *MχE*, *nullum lemma T* 1 genitalia *ω*, genialia *Baehrens* (*cf. Stat. Theb. III 303*) cetus *TM* 2 reperit *T* ueneris *T* 4 facundis cęnis (cenis *M*, coenis *E*) *TMb²E*, facundi cęnis (cenis, coenis) *χ* 7 deglutit *T*

LXVIII. De eo qui testa hominis inmisericorditer dissipare uoluit *V*, De Achilla (Achila *v²*), qui dissicuit testam hominis silice *χ*, De testa mortui hominis *b²*, Alibi *G*, Item *Laur. 90 sup. 25* (*f. 90ᵛ*) = *L*, *nullum lemma TM p³ cod. S. Galli 397* (*f. 19ᵛ*) = *G²*, *Laur. 33, 31* (*f. 36ʳ*) = *L²*, De Achilla qui dissecuit caluariam *Ug. volgo* 3 achilas *VMb²p³*, achilles *GG²*, achillas *cet.* 4 lapidis *T* discicuit *V* (e *alt. m² in ras.*), discutiit *T*, dissecuit *E volgo* 5 ergo* *V* et minus *M*, non minus *GG²*, nec minus *LL²* hicto *V* (h *eras.*), ictus *T*, ictu *GG²LL²*, ictor *cet.* 6 auctorique *M* 7 imperia *G* (*corr.* imperbia) dirrigat *T* hictus *V* (h *eras.*) 8 auctorem ut feriant tela retorta suum *VGG²L*, in proprium ut redeant tela retorta caput (manu *T*) *ωp³*, *l et L² om. vv. 7 sq.* Finit *L²*

LXVIIII. DE ALCONEM MEDICO.

Languenti Marco dixit Diodorus haruspex 73
ad vitam non plus sex superesse dies. (ω)
sed medicus divis fatisque potentior Alcon
falsum convicit ilico haruspicium.
tractavitque manum victuri, ni tetigisset:
ilico nam Marco sex periere dies.

LXX. ⟨ITEM⟩.

Alcon hesterno signum Iovis attigit. ille 74
quamvis marmoreus vim patitur medici. (ω)
ecce hodie iussus transferri e sede vetusta
effertur, quamvis sit deus atque lapis.

LXXI. IN EVNOMVM MEDICVM.

Languentem Gaium moriturum dixerat olim 75
Eunomus: evasit fati ope, non medici. (Vω)
paulo post ipsum videt aut vidisse putavit
pallentem et multa mortis in effigie.
'quis tu'? 'Gaius', ait. 'vivisne'? hic abnuit. 'et quid
nunc agis hic'? 'missu Ditis', ait, 'venio,
ut, qui notitiam rerumque hominumque tenerem,
accirem medicos'. Eunomus obriguit.
tum Gaius: 'metuas nihil, Eunome: dixi ego et omnes
nullum qui saperet dicere te medicum'.

LXVIIII. Anth. Pal. XI 114 (Νικάρχου):

Ἑρμογένην τὸν ἰατρὸν ὁ ἀστρολόγος Διόφαντος
εἶπε μόνους ζωῆς ἐννέα μῆνας ἔχειν.
κἀκεῖνος γελάσας, 'τί μὲν ὁ Κρόνος ἐννέα μηνῶν',
φησί, 'λέγει, σὺ νόει· τἀμὰ δὲ σύντομά σοι',
εἶπε καὶ ἐκτείνας μόνον ἥψατο· καὶ Διόφαντος
ἄλλον ἀπελπίζων αὐτὸς ἀπεσκάρισεν

3 Mart. XI 84, 5. VI 70, 6

LXX. Anth. Pal. XI 113 (Νικάρχου):

Τοῦ λιθίνου Διὸς ἐγθὲς ὁ κλινικὸς ἥψατο Μάρκος·
καὶ λίθος ὢν καὶ Ζεὺς σήμερον ἐκφέρεται

LXVIIII. De Alcone medico qui aruspicem (har-) uaniloquum fecit *χ*, *nullum lemma TM*, De Alcone medico et Diodoro haruspice *Lugd. volgo* 1 ^{h}aruspex *T*, aruspex *M* 4 conuenit^{uicit} *T* (uicit m^2) haruspicium *T*, aruspicium *M* 6 illico *T*

LXX. De signo Iouis tacto ab Alcone medico *χ*, *nullum lemma TM*, De signo Iouis et Alcone medico *Scal. volgo* 1 externo *MTvv*^{2}, extremo *l*, hesterno *muE* 2 quanuis *T* 3 uisus trasferei *T* ex aede *E volgo* 4 effectus *T* (*corr.* m^2)

LXXI. *lemma in V* Idem *M*, De Eunomo qui (quod *mu*) dixerat aegrum (aegrum *om. mu*) quendam moriturum *χ*, *nullum lemma T*, In alio item codice in eadem bybliotheca inuento sic habetur *Vindob. 3261 f. 26*^{r} = *A* 1 languentem *V* (lan m^2, l *in ras.*, m m^2), languentum *T* gaium *VA*, e populo *ω* olim *VA*, egrum *ω* 3 ^{h}aut *V* (h *in ras.* m^2) 5 gaius *VAME*, caius *T* (*in quo scriptum erat* o aius) *cet.* ais uisne *T* hic *VA*, hoc *ω* annuit *M* et] at *χ volgo* et quid *om. TM* 6 nunc] huc *TE* iussu *TE volgo* 7 ut qui *Amu*, utque *T*, uterque *M*, ut quia *cet. volgo* rerum (*om.* que) *M* 8 adcirem *A*, acciperem *ω* medicos *V* (d *ex* c *vel* t) 9 gaius *VAME*, caius *cet.* dixi *ω*, dico *V* (co m^2 *in ras.*) *A* 10 nullñ^{s} *V* (s m^2) quis asperet *T*, quis aspertum *M* dicere] dicet *M*

LXXII. IN HOMINEM VOCIS ABSONAE.

Latratus catulorum, hinnitus fingis equorum, 76
caprigenumque pecus lanigerosque greges (*V*)
balatu adsimulas. asinos quoque rudere dicas,
cum vis Arcadicum fingere, Marce, pecus.
gallorum cantus et ovantes gutture corvos
et quidquid vocum belua et ales habet,
omnia cum simules ita vere, ut ficta negentur,
non potes humanae vocis habere sonum.

LXXIII. DE AVXILIO GRAMMATICO.

Emendata potest quaenam vox esse magistri, 138
nomen qui proprium cum vitio loquitur? (*V*)
Auxilium te nempe vocas, inscite magister.
da rectum casum: iam solicismus eris.

LXXIIII. IN LIGVRITOREM.

Eune quid affectas vendentem Phyllida odores? 123
diceris hanc mediam lambere, non molere. (*ω*)
perspice, ne mercis fallant te nomina, vel ne
aëre Seplasiae decipiare, cave,
dum KYCΘON KOCTONque putas communis odoris
et nardum ac sardas esse sapore pari.

LXXV. ⟨ITEM⟩.

Diversa infelix et lambit et olfacit Eunus. 124
dissimilem olfactum naris et oris habet. (*ω*)

LXXVI. ⟨ITEM⟩.

Salgama non hoc sunt quod balsama? cedite odores. 125
nec male olere mihi nec bene olere placet. (*ω*)

LXXII. 2 Ovid. Met. VI 395 lanigerosque greges 5 Verg. Georg. I 423 et ovantes gutture corvi
LXXVI. 2 Mart. II 12, 4 Postume, non bene olet qui bene semper olet

---

LXXII. 1 fūgis *V*, fingis *Lugd.* 4 quū *V* 6 uelua talis *V corr. Toll* 7 quū *V*
LXXIII. De Ausilio. gram. m' *V corr. Scal.* 3 ausilium *V*
LXXIIII. In ligurritorem *M*, In Eunum liguritorem *χ volgo*, *nullum lemma T* 1 phillida *TM* 2 dicere *T* mollere *T* (l *pr. del.*) 4 ere *M* si plasie *Mχ*, sic plasie *T*, seplasiae *Med.* 5 kyecton koctonque *M* (*in mg. m. rec.* cyston costonque), chytom choctomque *T*, cycton coctonque *v*, citon (cyton *E*) coctonque *cet. E*, custon costonque *Med. volgo* comunis *M* 6 ac *Mlvv²E*, aut *mu*, et *T*
LXXV. *Coniunctum cum antecedenti ω*, *seiunxit Toll*, In eundem Eunum *volgo* 2 dissimile *M* olfatum *ω*
LXXVI. Ad eundem (eundem *om. v*) Eunum quod nolit (qui non uolebat *v*, quod non uelit *v²E*) bene nec male (male nec bene *v*) olere *χE*, *nullum lemma TM*, In eundem Eunum *Ven.⁴ volgo* 1 salgamon hec sunt *M* 2 nec bene . . . nec male *T*

LXXVII. ⟨ITEM⟩.

ΛAIC EPШC et ITϒC, XEIPШN et EPШC ITϒC alter 126
nomina si scribas, prima elementa adime, (ω)
ut facias verbum, quod tu facis, Eune magister.
dicere me Latium non decet obprobrium.

LXXVIII. ⟨ITEM⟩.

Eune quod uxoris gravidae putria inguina lambis, 127
festinas glossas non natis tradere natis. (ω)

LXXVIIII. ⟨ITEM⟩.

Eunus Syriscus, inguinum liguritor, 128
opicus magister (sic eum docet Phyllis), (ω)
muliebre membrum quadriangulum cernit:
triquetro coactu Δ litteram ducit.
de valle femorum altrinsecus pares rugas
mediumque, fissi rima qua patet, callem
ϒ dicit esse: nam trifissilis forma est.
cui ipse linguam cum dedit suam, Λ est
veramque in illis esse Φ notam sentit.
quid, imperite, P putas ibi scriptum,
ubi locari I convenit longum.
miselle doctor, Oϒ tibi sit obsceno
tuumque nomen Θ sectilis signet.

LXXX. AD CRISPAM.

Deformem quidam te dicunt, Crispa: ego istud 77
nescio. mi pulchra es iudice me: satis est. (ω)

LXXVII. *cf.* Priap. 67

LXXVII. *Coniunctum cum antecedenti* ω (*in T seiunxit rubricator*), In eundem Eunum qui cunnum leichei: hoc ē lingit *Ven.*[4], In eundem Eunum *volgo* 1 lays *T* itis *T*, ytis *M* chyrom *T*, chyron *M* ITϒC] et itis *T*, et itys *M*, et *om.* χ 2 scribis *E volgo* 4 decet] licet *T* obrobium *M*

LXXVIII. Ad Eunum qui uxoris suae inguina lambebat χ, Ad Eunum μ (uirum *add. gg*[2]), *nullum lemma TM*, *carmen om. l*, In eundem *Lugd. volgo* 1 pr̄ia (patria) ω, putria *Ven.*[4] 2 aestiuas *T* glosas *T* credere *T*

LXXVIIII. In ligurritorem pedagogum *M*, Ad Eunum (Ad eundem *Ven.*[4] *volgo*) paedagogum liguritorem χ *volgo*, *nullum lemma T* 1 ligurritor *M* 2 phillis *T* (i *alt. ex* u *m*[2]) *M* 3 quadr$^{\text{i}}_{\text{tractu}}$angulum *T* (i *m*[2]), quatriangulum *M* 4 triquetroco *T* (que *ex* co *m*[2]) actu *T* (tractu *m*[2]) a *T* (*del. m*[2]; *in mg. m*[2] Alpha), A *cet.*, Δ *Par.*; *littera* Δ *significatur lingua* dicit *T* (*corr. m*[2]) 5 feminum *Heinsius*, *fortasse recte* (*cf. XXVIII 3, 15*) 7 y *T* (*del. m*[2], *in mg. m*[2] .ψ.) *Mlmu*, ϒ *vv*[2], ϒ *E* $\overset{\text{nam}}{\text{man}}$ *T* (nam *m*[2]) 8 a *T* (*del. m*[2], *in mg. m*[2] .Δ.), Λ *M*, .A. *vv*[2] *E*, *om. lac. ind. mu* 9 *significatur sine dubio* φῦ señtit nŏtam *T* 10 rho *T* (*s. v.* P *m*[2]) *M* (*s. v.* ρ *m. rec.*), ρ *E*, Q. (q.) *cet.* 11 iota ω, I *Toll volgo* longum *om. T* (solum *add. m*[2]) 12 missele *T* oy *T* (*supra* Θ *m*[2]), *om. lac. ind. mu* sit *om. T* obscena *M* 13 φ *T* (supra Θ *m*[2]), *om. lac. ind. mu*, Θ *cet.* *Litterarum singularum formas, quales Ausonium pinxisse veri simile est, videas in Gardthausenii Palaeogr. graec. tab. prima*

LXXX. Ad Crispam quae a quibusdam dicebatur deformis χ, *nullum lemma TMb*[2], Ad Crispam *Ug.* 1 Crispa at ego *Par. volgo* 2 satis es *l* si pulchra es iudice me, satis est *Brandes*

quin etiam cupio, iunctus quia zelus amori est,
ut videare aliis foeda, decora mihi.

LXXXI. QVALEM VELIT HABERE AMICAM.

Sit mihi talis amica velim, 78
iurgia quae temere incipiat (ω)
nec studeat quasi casta loqui,
pulchra procax, petulante manu,
verbera quae ferat et regerat
caesaque ad oscula confugiat.
nam nisi moribus his fuerit,
casta modesta pudenter agens,
dicere abominor, uxor erit.

LXXXII. EX GRAECO.

Hoc quod amare vocant misce aut dissolve, Cupido: 79
aut neutrum flammis ure vel ure duos. (ω)

LXXXIII. EX GRAECO.

Aut restingue ignem quo torreor, alma Dione, 80
aut transire iube vel fac utrimque parem. (ω)

LXXXIIII. EX GRAECO: ΑΡΧΗ ΔΕ ΤΟΙ ΗΜΙϹΥ ΠΑΝΤΟϹ.

Incipe! dimidium facti est coepisse. superfit 81
dimidium: rursum hoc incipe et efficies. (Vω)

LXXX. 4 Tibull. IIII 13, 5 atque utinam posses uni mihi bella videri, displiceas aliis

LXXXII. Anth. Pal. V 68 (Λουκιλλίου, οἱ δὲ Πολέμωνος τοῦ Ποντικοῦ):

Ἢ τὸ φιλεῖν περίγραψον, Ἔρως, ὅλον ἢ τὸ φιλεῖσθαι
πρόσθες, ἵν' ἢ λύσῃς τὸν πόθον ἢ κεράσῃς

LXXXIII. Anth. Pal. V 88 (Ῥουφίνου):

Εἰ δυσὶν οὐκ ἴσχυσας ἴσην φλόγα, πυρφόρε, καῦσαι,
τὴν ἑνὶ καιομένην ἢ σβέσον ἢ μετάθες

1 Ovid. A. A. III 3 alma Dione

LXXXIIII. Luc. Somn. 3 1 Hor. Epist. I 2, 40 sq. dimidium facti qui coepit habet: sapere aude; incipe

---

3 quin] cum *T* uinctus *T* telus *T*

LXXXI. *lemma χ*, De amica iurgiosa $gg^2\mu$, *nullum lemma TM* 5 regerat *v* (*in mg.* referat) 7 hijs *T* 8 prudenter *M* 9 abhominor *M*

LXXXII. Ex Graeco $Mgg^2\mu$ (ad Cupidinem *add. g* m^2 *et* μ), Ex Graeco traductum (traductum *om. v*) ad Cupidinem *χ*, Cupidini p^3, *nullum lemma T*, Ad Cupidinem ex Graeco *Scal. volgo* 1 misce *om. M* (precor *s. v.* m^2)

LXXXIII. Ex Graeco $gg^2\mu$, Ad Dionen (Dionem muv^2) de amore suo muv^2E *volgo*, Veneri p^3, *nullum lemma T, carmen om. Mv* 1 restringe *T* 2 face *Accursius volgo* utrumque *ω*, utrimque *Graevius*

LXXXIIII. Ex Greco ΑΡΑΗΕΤΟΙΝΝΙCΙΤΙΑΥΤΟC *V*, Ex Graeco αρχη δε τοι η *M*, Ex Graeco *χ* (traductum ad cupidinem *add. E*), Ex Graeco, ἀρχὴ τὸ ἥμισυ παντός *Scal. volgo*, *nullum lemma T* 1 supersit *ω volgo*

LXXXV. EX GRAECO: Α ΧΑΡΙϹ Α ΒΡΑΔΥΠΟΥϹ ΑΧΑΡΙϹ ΧΑΡΙϹ.

Gratia quae tarda est ingrata est gratia. namque 82
cum fieri properat, gratia grata magis. (*Vω*)

LXXXVI. EX EODEM.

Si bene quid facias, facias cito. nam cito factum 83
gratum erit, ingratum gratia tarda facit. (*Vω*)

LXXXVII. EX EODEM.

Deceptae felix casus se miscuit arti: 84
histrio, saltabat qui Capanea, ruit. (*Vω*)

LXXXVIII. IN DODRALEM.

Dodra ex dodrante est. sic collige: ius aqua vinum 86
sal oleum panis mel piper herba, novem. (*Vω*)

LXXXVI. Anth. Pal. X 30 (ἄδηλον; Plan. Λουκιανοῦ):

Ὠκεῖαι χάριτες γλυκερώτεραι· ἢν δὲ βραδύνῃ,
πᾶσα χάρις κενεὴ μηδὲ λέγοιτο χάρις

LXXXVII. Anth. Pal. XI 254 (Λουκιλλίου):

Πάντα καθ' ἱστορίην ὀρχούμενος, ἓν τὸ μέγιστον
τῶν ἔργων παριδὼν ἡνίασας μεγάλως.
τὴν μὲν γὰρ Νιόβην ὀρχούμενος, ὡς λίθος ἔστης,
καὶ πάλιν ὢν Καπανεὺς ἐξαπίνης ἔπεσες·
ἀλλ' ἐπὶ τῆς Κανάκης ἀφυῶς, ὅτι καὶ ξίφος ἦν σοι
καὶ ζῶν ἐξῆλθες· τοῦτο παρ' ἱστορίην

LXXXV. Ex Greco ΑΧΑΡΙϹΑΑΥΤΙΟΥϹΑΧΑΡΙϹΧΑΡΙϹ *V*, Ex greco ΑΧΑΡΙϹΑΒΑΔΥΠΟΥϹΑΧΑΡΙϹΧΑΡΙϹ *M et* v^2E (*in quibus* βραδύπους), Ex Graeco *muvμ*, *nullum lemma* Tp^3, *Vorauensis 111 f. 51*^{r}, *Barber. VIII 42 (2127) f. 307*^{b} 1 gracia *M* (*tris*) namq; ē *Vorau.* 2 quū *V* properas *Vorau.*

LXXXVI. Ex eodem *VMχ*, *nullum lemma* $T\mu p^3$ *Vorau. Barber.* (*cf. e. 85*), Idem *Scal. volgo* 1 si bene quid (quid *s. v.* m^2) bene quid *M* nam cito *om.* Mp^3 2 est *V* (er^{i}t m^2) facit] redit *T*, est p^3

LXXXVII. De eo qui Cabaneum saltans ruit *V*, Ex eodem v^2, *nullum lemma cet.*, In saltatorem ineptum *Ug. volgo* 2 saltauit *TE volgo*, saltabit *l* *In Ugoleti editione, quam secuti sunt ceteri editores, hi vv. adiecti sunt*:

Idem qui nioben saltauit saxeus: ut tum
Spectatur ueram crediderit niobem.
In Canace uisus multo felicior ipsa:
Quod non hic gladio uiscera dissecuit.

v. 2 spectator *Ven.*^{4} 4 non et *Heinsius*

LXXXVIII. In dodralem *VM*, De quadam potione quae fit (de *add. muv*^2E) nouem rebus χE, De dodra $gg^2\mu$, *nullum lemma T et Paris.* (*Thuaneus*) *8071, saec. VIIII vel X f. 10*^{r}, Dodralis potio *Scal. volgo* 1 est *om. T* 2 berba *V* (*corr.* m^2)

LXXXVIIII. IDEM.

Dodra vocor. 'quae causa'? novem species gero. 'quae sunt'? 87
ius aqua mel vinum panis piper herba oleum sal. (*Vω*)

LXXXX. IDEM.

Δόδρα, ποτὸν καὶ ἀριθμός, ἔχω μέλι οἶνον ἔλαιον 88
ἄρτον ἅλας βοτάνην ζωμὸν ὕδωρ πέπερι. (*ω*)

LXXXXI.

Iuris consulto, cui vivit adultera coniunx, 89
Papia lex placuit, Iulia displicuit. (*ω*)
quaeritis, unde haec sit distantia? semivir ipse
Scantiniam metuens non metuit Titiam.

LXXXXII.

Inguina quod calido levas tibi dropace, causa est: 131
irritant volsas levia membra lupas. (*ω*)
sed quod et elixo plantaria podice vellis
et teris incurvas pumice Κλαζομενάς,
causa latet, bimarem nisi quod patientia morbum
appetit et tergo femina, pube vir es.

LXXXXIII. IN ZOILVM.

Semivir uxorem duxisti, Zoile, moecham. 90
o quantus fiet quaestus utrimque domi, (*ω*)
cum dabit uxori molitor tuus et tibi adulter,
quanti deprensi damna pudoris ement.

LXXXXII. 1 Mart. III 74, 1 psilothro faciem levas et dropace calvam (*cf.* X 65, 8) 3 sq. Pers. IIII 39 sq. licet haec plantaria vellant elixasque nates labefactent forcipe aduncа

LXXXVIIII. Idem *V*, De eadem potione *v* (quae uocatur dodra *add. muv²E*), *nullum lemma MT et Paris.* (*Thuaneus*) *8071 f. 10ʳ*, De eadem *Ug. volgo* 1 causas *M* 2 herba *om. T*

LXXXX. Idem *Mv²*, De eadem dodra *p²*, De eadem quod dodra potio sit et numerus *E*, De eadem dodra potione *Ug. volgo*, carmen *om. Tlmuv* 1 πότος *Par. volgo*

LXXXXI. De iurisconsulto (De uiro consulto *muv²*) qui uxorem habebat (habebat uxorem *mu*) adulteram *χ volgo*, *nullum lemma MTp³* 4 scatiniam *Tmuv²Ep³ volgo* metuit *χ* ticiam *Tp³*

LXXXXII. In eum (Ad quemdam [quendam *v²E*] *muv²E*, In quendam *volgo*) qui leuia sibi inguina faciebat *χE volgo*, *nullum lemma MT* 1 calido *om. M* 2 menbra *M* 4 inclusas *ω*, incusas *Scal. volgo*, incurvas *ego* punice *ME* clazomenas *T*, claxomenas *cet.*; *cf. Hesych. s. v.* Κλαζομένιοι *et Iacobi in Meinekii Com. Graec. Fragm. V 291* 6 foemina *T*

LXXXXIII. Ad Zoilum (Zoylon *mu*, De Zoile *v²*) qui uxorem moecham duxerat *χ volgo*, *nullum lemma MTb²* 1 semiŭir *T* moeccham *T*, mecham *M* 2 utrumqne *Mmu*, utrimque *v²*, utrinque *cet.* 4 quantum *ω volgo*, quanto *vel* quanti *Gronov* emunt *ω*, ement *Toll*

sed modo quae vobis lucrosa libido videtur,
iacturam senio mox subeunte feret.
incipient operas conducti vendere moechi,
quos modo munificos lena iuventa tenet.

LXXXXIIII. DYSEROS.

Hanc amo quae me odit, contra hanc quae me amat odi. 91
compone inter nos si potes alma Venus. (ω)
'perfacile id faciam: mores mutabo et amores.
oderit haec, amet haec'. rursus idem patiar.
'vis ambas ut ames'? si diligat utraque, vellem.
'hoc tibi tu praesta, Marce: ut ameris, ama'.

LXXXXV. ⟨IDEM⟩.

Suasisti, Venus, ecce, duas dyseros ut amarem. 90
odit utraque: aliud da modo consilium. (Vω)
'vince datis ambas'. cupio, verum arta domi res.
'pellice promissis'. nulla fides inopi.
'antestare deos'. non fas mihi fallere divos.
'pervigila ante fores'. nocte capi metuo.
'scribe elegos'. nequeo Musarum et Apollinis expers.
'frange fores'. poenas iudicii metuo.
'stulte, ab amore mori pateris, non vis ob amorem'?
malo miser dici quam miser atque reus.
'suasi quod potui: ⟨tu⟩ alios modo consule'. dic quos.
'quod sibi suaserunt Phaedra et Elissa dabunt,
quod Canace Phyllisque et fastidita Phaoni'.
hoc das consilium? tale datur miseris.

LXXXXIIII. 6 Mart. VI 11, 10 Marce: ut ameris, ama

---

post v. 6 *in* $T(m^2)\chi$ *altera est inscriptio* Quod erit exercitium iuuenum lasciuorum (lasciuientium *E*, *om. mu*) in senectute, *in l lac. indic.* *v.* 7 *sq. om.* b^2 7 incipiant *MT* moecchi *T*, mechi *M* 8 munificos *T* (u *ex* o) tenet] dabit *T*

LXXXXIIII. In Marcum *M*, Ad Marcum p^3, Ad Marcum amicum de discordia quam habet cum puellis $T(m^2)v^2E$ (qui habebat discordiam cum puellis *mu*), De conditione quam habet cum puellis ad Marcum *v*, Ad Venerem δύσερως *Scal. volgo* 1 que^{me} *M* (me m^2), q̄ (q̄ *corr.*) me *T*, quae me *cet.*, quoniam me *Ven.*^{4} *volgo* 6 hoc] ut *T*

LXXXXV. Diseros *V*, *coniunctum cum antecedenti* ωp^3, Item *volgo* 1 ecce *V*, alma ωp^3 diseros *V*, glyceras (cliceras *T*) ωp^3 2 aliut *V* (d m^2) 3 cu*pio *V* arcta $T\chi$ *volgo* 4 promi^{s}sis *V* (s m^2) fid^{es} *V* (es m^2) 5 attestare $V\chi$ *volgo*, atestare *TM*, antestare *ego* nefas (nephas *T*) est *codd.*, nec fas *E volgo*, non fas *ego* diuo *V*, duos *M* 7 *sq. om. M* 7 apollonis *V* (i *ex* o *alt.* m^2); *cf. XX 172* 8 fores *V* (o *ex* u m^2) iudicis *T* 9 amore *V* (a *ex* o m^2) ob amorē *V*, ab amore ωp^3 10 mallo *V* atque *V* (tque m^2 *in ras.*) 11 quo *V* tu *add. E*, *om. codd.* 12 phaedra et elissa (elisa *T*) tibi dent laqueum aut gladium ωp^3 ellissa *V* 13 praecipitem pelago (pelagos *T*) uel leucados (leuchados *T*) elige rupem ωp^3 phillisque *V* fastidiata phaonis *V corr. Vin.*

LXXXXVI. PVLCHRVM DEI RESPONSVM.

Doctus Hylas caestu, Phegeus catus arte palaestrae, 93
clarus Olympiacis et Lycus in stadiis, (ω)
an possent omnes venturo vincere agone,
Ammonem Libyae consuluere deum.
sed deus, ut sapiens, 'dabitur victoria vobis
indubitata equidem, si caveatis', ait,
'ne quis Hylam caestu, ne quis certamine luctae
Phegea, ne cursu te, Lyce, praetereat'.

LXXXXVII.

Punica turgentes redimibat zona papillas 94
Hermiones: zonae textum elegeon erat: (ω)
'qui legis hunc titulum, Paphie tibi mandet ames me
exemploque tuo neminem amare vetes'.

LXXXXVIII. HYLAE.

Aspice quam blandae necis ambitione fruatur 95
letifera experiens gaudia, pulcher Hylas. (ω)
oscula et infestos inter moriturus amores
ancipites patitur Naidas Eumenidas.

LXXXXVIIII. NYMPHIS [QVAE HYLAM MERSERVNT].

Furitis procaces Naides 96
amore saevo et irrito: (ω)
ephebus iste flos erit.

LXXXXVI. Anth. Pal. XI 163 (Λουκιλλίου):

Πρὸς τὸν μάντιν Ὄλυμπον Ὀνήσιμος ἦλθ' ὁ παλαιστὴς
καὶ πένταθλος Ὕλας καὶ σταδιεὺς Μενεκλῆς,
τίς μέλλει νικᾶν αὐτῶν τὸν ἀγῶνα θέλοντες
γνῶναι. κἀκεῖνος τοῖς ἱεροῖς ἐνιδὼν
'πάντες', ἔφη, 'νικᾶτε, μόνον μή τις σὲ παρέλθῃ
καὶ σὲ καταστρέψῃ καὶ σὲ παρατροχάσῃ'

1 Hor. Carm. I 10, 3 sq. catus et decorae more palaestrae

LXXXXVI. Dei responsum *T* (m^2), Pulchrum dei responsum *χ*, *nullum lemma M* 1 chilas *M* cae curstu *T* 2 olimpiacis *M* licus *T* 3 uircere *T* 4 amonem *T*, hammonem *χ* lybiae *T*, libiae *M* 6 equidem *Tχ*, quidem *M volgo* 8 lice *T*

LXXXXVII. *nullum lemma ω*, *coniunctum cum antecedenti mu*, De Hermiones zona *Par. volgo* 1 redimebat *M* 2 elegeion *Lugd. volgo* *post v. 2 in T unius versus spatium* 3 quis *T*

LXXXXVIII. Hylae *Mb*^{2}, De Hyla rapto *T* (m^2), De Hyla quam Naiades rapuerunt *χ volgo* 2 laetifera *T* pulcer *M* 4 naiadas *χ volgo*

LXXXXVIIII. *lemma T*(m^2)*Mχ* (Nimphis *T*), *om. b*^{2}, Ad Nymphas Narcissum persequentes *Toll volgo* 1 eritis *M* naiades *Tχ volgo* 2 sęquo *T*

C. NARCISSO.

Si cuperes alium, posses Narcisse potiri. 97
nunc tibi amoris adest copia, fructus abest. (ω)

CI. IDEM.

Quid non ex huius forma pateretur amator, 98
ipse suam qui sic deperit effigiem. (ω)

CII. ECHO.

Conmoritur, Narcisse, tibi resonabilis Echo, 99
vocis ad extremos exanimata modos: (ω)
et pereuntis adhuc gemitum resecuta querellis
ultima nunc etiam verba loquentis amat.

CIII. HERMAPHRODITO.

Mercurio genitore satus, genetrice Cythere, 100
nominis ut mixti, sic corporis Hermaphroditus, (ω)
concretus sexu, sed non perfectus utroque,
ambiguae veneris, neutro potiendus amori.

CIIII.

Salmacis optato concreta est nympha marito. 101
felix virgo, sibi si scit inesse virum. (ω)
et tu formosae, iuvenis, permixte puellae,
bis felix, unum si licet esse duos.

C. 2 Ovid. Met. III 466 quod cupio mecum est. inopem me copia fecit

CII. 1 Ovid. Met. III 358 resonabilis Echo 3 Ovid. Met. VIII 863 resecuta rogantem (*cf.* Auson. Epist. XXIIII 68 Echo resecuta loquellas)

CIII. Anth. Pal. VIIII 783 (ἄδηλον):

Ἀνδράσιν Ἑρμῆς εἰμί, γυναιξὶ δὲ Κύπρις ὁρῶμαι,
ἀμφοτέρων δὲ φέρω σύμβολά μοι τοκέων

C. Narcisso Mb^2, Ad Narcisum *T*, De Narcisso (Narciso *mu*) qui sui ipsius amore captus erat *χ volgo* 1 possis *T* narcise uideri *T* 2 amores *M*

CI. Idem *M*, De eodem *T* (m^2) *volgo*, De Echo dolente propter mortem Narcissi (Narcisi *mu*) *χ*, *om. μ*

CII. Echo Mb^2, De Eccho dolente propter mortem Narcisi $T(m^2)E$, *om. χμ*, *in quibus coniunctum est hoc carmen cum antecedenti*, In Echo dolentem propter mortem Narcissi *Par. volgo* 1 commoritur *T* (m *pr. s. v. minio*) eccho *T* 3 querellis *E*, querelis *ω*

CIII. Hermafrodito *M*, De Hermophrodito et eius natura $T(m^2)\chi$, De Hermaphrodito *E volgo* 1 genitrice *ω* cithere *M* 2 hermophroditus *T*, hermafroditus *M* 4 potiundus *Ven.*^{2} *volgo*

CIIII. De coniunctione Salmacis cum Hermophrodito *T* (*in mg.* m^2) *χ volgo*, *nullum lemma* Mb^2 (*in quibus sicut in T hoc carmen coniunctum est cum antecedenti*) 1 nimpha *T* 4 scilicet *MT*

CV. IN APOLLINEM.

Pone arcum, Paean, celeresque reconde sagittas: 102
non te virgo fugit, sed tua tela timet. (ω)

CVI. IN DAPHNEN.

Invide cur properas cortex operire puellam? 103
laurea debetur Phoebo, si virgo negatur. (ω)

CVII. IN SCABIOSVM.

Thermarum in solio si quis Polygitona vidit 108
ulcera membrorum scabie putrefacta foventem, (ω)
praeposuit cunctis spectacula talia ludis.
principio tremulis gannitibus aëra pulsat
verbaque lascivos meretricum imitantia coetus
vibrat et obscenae numeros pruriginis implet.
bracchia deinde rotat velut enthea daemone Maenas:
pectus crura latus ventrem femora inguina suras
tergum colla umeros luteae symplegadis antrum,
tam diversa locis vaga carnificina pererrat,
donec marcentem calidi fervore lavacri
blandus letali solvat dulcedine morbus.
desectos sic fama viros, ubi cassa libido
femineos coetus et non sua bella lacessit,
irrita vexato consumere gaudia lecto,
titillata brevi cum iam sub fine voluptas
fervet et incesto peragit ludibria morsu.
torpida non aliter Polygiton membra resolvit
et, quia debentur suprema piacula vitae,
ad Phlegethonteas sese iam praeparat undas.

CV. 1 Iuv. VI 172 parce precor, Paean, et tu, dea, pone sagittas
CVII. 9 Mart. XI 99, 5 gemina symplegade culi

CV. In Apollinem *M*, Ad Apollinem de Daphne (puella *add. E volgo*) fugiente *T*(m^2)*vE volgo*, De Apolline et de Daphne puella fugiente *muv*^{2} 1 Paean] pennam *T*

CVI. In Daphnem b^2, De Daphne tecta cortice *T*(m^2)χ, *nullum lemma M*, Ad corticem, quo Daphne tegebatur *Lugd. volgo* Finiunt epigrammata *T in mg. minio* Ausonii Peonii poetae disertis epigrammatῶn Liber ·I· Finit *E*

CVII. In scabiosum *M*, In scabiosum Polygitonem (Poligytonem *T*) *TmuE volgo*, Impoligonum v^2, In Polygitonem qui multa scabie uexabatur *v* 1 (*et* 18) poligitona *M*, poligytona *T* 2 (*et* 18) menbrorum *M* 3 proposuit *T* 5 caetus *T*, cetus *M* 7 brachia ω rotat] uibrat *T* 8 foemora *T* 9 humeros ω luctae *T* simplegadis *TM* 12 laetali *T* 14 foemineos *T* cetus *TM* lacescit *T* 15 consummere *T* 16 titilata *T* 17 ingestu *T*, ingesto *cet. corr. Salmasius* 18 turpida *TM*, turpia χ *volgo*, torpida *Baehrens* 19 qua *M* 20 flegetonteas *TM* preparet *T*

CVIII—CXIII. ⟨IN SILVIVM⟩.

CVIII.

Silvius ille Bonus, qui carmina nostra lacessit, 109
nostra magis meruit disticha, Brito bonus. (ω)

CVIIII.

Silvius hic Bonus est. 'qui Silvius'? iste Britannus. 110
'aut Brito hic non est Silvius aut malus est'.

CX.

Silvius esse Bonus fertur pariterque Britannus. 111
quis credat civem degenerasse bonum?

CXI.

Nemo bonus Brito est. si simplex Silvius esse 112
incipiat, simplex desinat esse bonus.

CXII.

Silvius hic Bonus est, sed Brito est Silvius idem: 113
simplicior res est, credite: Brito malus.

CXIII.

Silvi, Brito Bonus, quamvis homo non bonus esse 114
ferris nec ⟨se quit⟩ iungere Brito bono.

CVIII—CXIII. De quodam Siluio Bono qui erat Brito et eius carmina lacessebat *T* (m^2) vv^2, De (De quodam *volgo*) Siluio Bono qui erat Brito (Britto *E*) *muE volgo*, *nullum lemma M. sex haec in Silvium epigrammata continua in ω exarata sunt scriptura*; *disiunxit Scal.*

CVIII. 1 lacescit *T* 2 distica *TM* britto *ME* (*semper*)

CVIIII. 1 iste bonus (*om.* est) *T* qui *mu*, quis *cet.* brittannus *M*

CX. 1 esse] iste *Lugd. volgo* fertur *om. E lac. ind.* (Britto *Ven.*^{4}) pariterque *M*, fertur-que *cet. volgo* britannŏs *T*

CXI. 2 desinet *χ volgo*

CXIII. 2 feris *T* se quit *Ven.*^{4}, *om. TM et lac. ind. χE* et homo *ω*, bono *Lugd.*

CXIIII. IN NOTARIVM.

Puer, notarum praepetum
sollers minister, advola.
bipatens pugillar expedi,
cui multa fandi copia
punctis peracta singulis
ut una vox absolvitur.
evolvo libros uberes
instarque densae grandinis
torrente lingua perstrepo.
tibi nec aures ambigunt
nec occupatur pagina
et mota parce dextera
volat per aequor cereum.
cum maxime nunc proloquor
circumloquentis ambitu,
tu sensa nostri pectoris
vix dicta iam ceris tenes.
sentire tam velox mihi
vellem dedisset mens mea, 146
quam praepetis dextrae fuga (ω)
tu me loquentem praevenis.
quis, quaeso, quis me prodidit?
quis ista iam dixit tibi,
quae cogitabam dicere?
quae furta corde in intimo
exercet ales dextera?
quis ordo rerum tam novus,
veniat in aures ut tuas,
quod lingua nondum absolverit?
doctrina non hoc praestitit
nec ulla tam velox manus
celeripedis compendii:
natura munus hoc tibi
deusque donum tradidit,
quae loquerer ut scires prius
idemque velles quod volo.

FRAGMENTA.

I.

redite sursum flumina.

II.

investigato ferre dolos lepori.

III.

quae tantae tenuere morae rumore sub †omni.

CXIIII. 29 Mart. XIIII 208 currant verba licet, manus est velocior illis: nondum lingua suum, dextra peregit opus; *cf.* Prudent. Peristeph. VIIII 23 sq.

CXIIII. In notarium *M*, Ad notarium in scribendo uelocissimum *T* (m^2) *E*, De notario in scribendo uelocissimo χ, Ad notarium velocissime excipientem *Lugd. volgo* 1 notarium ω, notarum *E* praeceptum (prec.) ω, praepetum *Ven.*^{3} 2 solers $M\chi$, solens *T* 3 pugilar *T* 5 proiecta *T* 7 ego uoluo ω, evolvo *Ven.*^{4} 10 tibique ω, tibi *Ven.*^{3} 12 per te *T* 16 tu *T* (*s. v. minio*) 17 uel *T*, uis *M*, uix χ, ut *Toll volgo* iaceris *T* 25 in *om. T* 26 exerce tales *M*, exerces tales *T*, exercet ales χ 27 rerum ordo *M* 30 haec *T volgo*

I. *Scriptor de dubiis nominibus Gr. lat. V 579, 3 K.* 'Flumen generis neutri, ut Ausonius (auronius *M*) 'redite (redit *M*) rursum (*MVL corr. Peiper*) flumina'

II. *ibid. 582, 27* Lepus generis masculini, ut Ausonius 'inuestigatum ferri dolus (*MVL corr. Haupt*) lepori'

III. *ibid. 589, 6* Rumor generis masculini, ut Ausonius 'quae tantae tenuere morae rumore sub omni' (que tante te sub omni *M*); *desideratur eiusmodi adiectivum, quo* 'rumore' *generis masculini esse cognoscatur, veluti* atro

APPENDIX.

I.

PERIOCHAE HOMERI ILIADIS ET ODYSSIAE.

1. Si Homerum, scriptorem Troici belli eatenus, qua Iliadem suam incipit quaque finit, percenseamus, orsum ab iracundia Achillis ad sepulturam Hectoris quattuor et viginti libros contexuisse monstrabimus. haec eius species apparet summam cutem primi operis intuenti. verum hoc scripturae ipsius tempus Troiano bello non totum, sed paene ultimum fuit. nam si ratio putanda est oppugnationis decennis, nonus fere annus, idemque prope finem sui, ea negotia continebit, quae ab iniuria Agamemnonis ac Briseidis usurpatione usque ad funus Hectoris digna memoratu ⟨erant: non⟩ erit illa temporum series, quae ab eiusdem belli causis atque origine pertinet ad urbis excidium. atque ex eo eveniet, ut ignaris iudicandi et poeticae oeconomiae expertibus, multa nobilia ab exordio belli usque ad Achillis iurgium omissa videantur. nec minus multa ab Hectoris funere ad usque deletum Ilium. quorum quidem maxima expectatio erat propter tam longi certaminis consummationem. sed ut divinum poetam nihil quod illustre fuerit omisisse appareat atque omnia quae finiri oportuit contigisse, breviter et in epitomae speciem belli Troici causam originis apparatusque quae⟨que⟩ annis superioribus acciderunt retexuimus. horum omnium prima origo est Paridis iudicium inter deas, deinde classis contextio, qua idem Paris in Europam navigavit, tum raptio Helenae, quae opinione veterum bipertita est, quod plerique Helenam iuxta Homericum plasma ad Troiam deportatam fuisse existimaverunt, nonnulli autem opinati sunt, cum Alexander cursu deerrasset delatusque ad Aegyptum fuisset, cognita hospitalis foederis iniuria, ⟨per⟩ Aegyptium regem, servantissimum iusti virum, Helenam cum iis, quae una cum eadem fuerant abrepta, Paridi sublatam expugnato demum Ilio Menelao restitutam.

I. Ausonii Periocha in Homerum et (*ex*) primo Iliados *Ug.*, *nullum lemma P* **1.** 4 hoc in scripturae *Ug.* tempōis *P* 6 negocia contremebit *P* agamenonis *P*, Agammenonis *Ug.* 7 erant *Mommsen*, non *Gronov addiderunt*, *om. P Ug.* erit *P Ug.*, erunt *Ald. volgo* 9 atqui *Toll volgo* poeticae *om. Ug.* expertilius *P* 10 uideatur *P* 11 hector *P* 12 consumationem *P Ug.* nichil *P* 13 ōmisse *P* 14 epithome *P* apparitusque *P* quae *P Ug.*, quaeque *ego* 15 reteximus *P* iuditium *P* 17 bipartita *Ug.* iusta *P* 18 extimaueriūt *Ug.* 19 federis *P* 20 per *add. Ven.*^{4}, *om. P Ug.* is *P* 21 arreptaque paridique *P Ug.*, areptam Paridique *Ven.*^{4}, abreptam Paridique *Par.*, abrepta (arrepta *Accursius*) Paridi *Accursius Lugd.* sublata *P Ug.*, sublatam *Ven.*^{4}

PERIOCHAE ILIADIS.

I.

2. Μῆνιν ἄειδε θεὰ Πηληιάδεω Ἀχιλῆος 421
οὐλομένην ἣ μυρί' Ἀχαιοῖς ἄλγε' ἔθηκεν.
Iram, diva, refer nati Peleos Achillei
pestiferam, quae mille dedit discrimina Achivis.

Chryses Apollinis sacerdos ob redimendam filiam cum Agamemnoni supplicasset, contumeliose repulsus deum precatur ultorem. insecuta subinde gravi pestilentia cum Graecorum exercitus interiret, cogitur ⟨ab⟩ Achille concilium et ab eodem invitus Calchas morbi causam conpellitur indicare. qua cognita Agamemnon concitatur in Achillem. qui percitus iracundia etiam caedem regis audebat, nisi eum in ultimum furorem progredi Minerva vetuisset. a quo Briseis concubina in locum Chryseidis, quae reddebatur, abducta est. inde Thetis mater ad caelum lacrimas et contumeliam filii miserata proficiscitur. quae fiducia defensi quondam cum Aegeone Iovis ultum ire affectat iniuriam obtestaturque summum deorum, ut Troianos in rebus bellicis superiores esse patiatur. quibus Iuno compertis iracunde adversum coniugem conmovetur. sed gliscens iurgium per deridiculum ministrante Vulcano simul consilii specie intercedente lenitur.

II.

3. Ἄλλοι μέν ῥα θεοί τε καὶ ἀνέρες ἱπποκορυσταὶ 422
εὗδον παννύχιοι, Δία δ' οὐκ ἔχε νήδυμος ὕπνος.
Caelestes hominumque genus superabile curis
tranquilla obscuri carpebant munera somni.
at non pervigilem nox inrequieta Tonantem
leniit inmodicos volventem corde paratus,
caedibus ut Graium laesum ulciscatur Achillem.

Iuppiter Agamemnonem somnio monet proelii faciendi tempus adesse, ne cunctetur dimicare. tum ille in concilium proceribus advocatis mandatum Iovis et speciem nocturnae quietis explanat. mox in contione multitudine congregata pertemptat militum voluntatem utque deposito bello ad sua quisque redeant cohortatur. iamque omnibus navigationem adornantibus foeda discessio ab Vlixe cohibetur. a quo etiam Thersites deformis et loquax, in heroum contumelias verborum licentia promptus, cum acerba obiurgatione pulsatur. ipse Minervae monitu cunctos a profectione deterret. sumpto deinde cibo armatur exercitus. neque setius a Troianis instructa acies Iride ita mo-

---

2. *Graeca om. Ug.* Periocha libri primi Iliados *Ug.*, *ac similia lemmata in ceteris*; *in P non sunt lemmata* 1 ΑΧΙΛΛΗΟC *P* 2 ΟΥΛΟΜΕΝΗΝ *P* 3 pelleo *P* 5 chrises appolinis *P* agamenoni *P* supplicasset et *Ug.* 7 cogitū achille *P*, cogit Achilles *Ug. volgo*, cogitur ab Achille *scripsi*, cogit tum Achilles *Hartel* chalchas *Ug.* 8 compellitur *Ug.* quia *P* agamenon *P* 10 chriseidis *P* quae patri *Ug. volgo* 11 lachrymas *Ug.* 12 profiscitur *P* fidutia *P* condam *P* iri *Ven.*^{4} *volgo* 13 affectat *scripsi*, affectanti *P Ug.*, affectans *ms. Accursii volgo* obtestatur (que *om.*) *Ug. volgo* belli *Ug. volgo* superioris *P* 14 commovetur *Ug.*

3. 1 NEN *P* ΙΠΠΟΚΟΡΥΣΤΑΙ *P* 2 ΠΑΝΥΧΙΟΙ *P* ΝΗΔΥΝΟC ΙΝΝΟC *P* 3 suparabile *P* 4 carpebat mundi *P* 5 nox] nos *P* irrequieta *Ug.* 6 immodicos *Ug.* 8 agamenonem *P* somno *Ug. volgo* prelii fatiendi *P* conctetur *Ug.* 10 pertentat *Ug.* 11 quique *Ug. volgo* cohartatur *P* 12 nauigationibus *P* feda *P* discesio ab Vlyse *Ug.* thersitis *P* 13 et in *Ug.* herorum *P* promtus *P* 15 secius *Ug.* troianos *P*

nente producitur. sequitur enumeratio copiarum viritim, ut per catalogi seriem milites naves, duces, patriae retexantur.

III.

4. Αὐτὰρ ἐπεὶ κόσμηθεν ἅμ' ἡγεμόνεσσιν ἕκαστοι. 423
Argivos sua quemque acies in bella secuntur,
dispositi in turmas equitum cuneosque pedestres.
turbida clangentes confundunt agmina Troes.

Instructum proelio exercitum, priusquam ferirent acies, Priamus spectat e muris et monstratu Helenae de viris insignibus edocetur. dehinc Menelaus ad singulare certamen ab Alexandro provocatur, qui frustra Agamemnone dehortante congreditur, facta inter utrosque populos sponsione et foedere per sacra firmato sub ea condicione, ut victorem Helena cum dote sequeretur. sed superatus Paris regressusque ad urbem iurgio uxoris excipitur, ab Agamemnone foederis pacta repetuntur.

IIII.

5. Οἵ τε θεοὶ πὰρ Ζηνὶ καθήμενοι ἠγορόωντο. 424
Iuppiter interea cum dis genitalibus una
concilium cogit superum de rebus Achivis.

Iovi placet delere Troiam, ad quod pertinacia Iunonis urgetur. cumque id fieri Minerva properaret, discidium foederis conminiscitur et Pandarum sagittandi peritum astu suadentis adgreditur, ut clam vulnerato Menelao belli causa crudescat. quo facto a Graecis proelium instauratur congressisque exercitibus mutua clade decernitur.

V.

6. Ἔνθ' αὖ Τυδείδῃ Διομήδεϊ Παλλὰς Ἀθήνη. 425
Hic et Tydidem monitum Tritonia Pallas
audaci virtute replet. vomit aurea flammas
cassis et undantem clipeus diffulgurat ignem:
ipse autumnali clarum micat aemulus astro.

Diomedes auxilio Minervae strenue proeliatur. Venus quoque filio subvenire conata vulnere affecta digreditur. Mars etiam fit saucius exceditque bello. sequitur Tlepolemi Sarpedonisque congressio, et Tlepolemus Herculis filius certamine victus occiditur.

---

17 referantur *Ald. volgo*

4. 1 ΕΠΙ *P* ΗΓΕΜΟΝΕCΙΝΕΚΕΤΟΙ *P* 4 Troes] reos *P* 5 p̄lio *P* feriret *P Ug. volgo*, ferirent *ego*, fureret *Hartel* 7 alex̊ *P* agameone deortante *P* 8 federe *P* condictione *P Ug.*, conditione *Ven.*[4] 10 agamenone federis *P*

5. 1 ΤΕΟΙ *P* ΚΑΘΗΜΕΝΟ *P* 2 Iupiter *Ug.* dn̄s *P*, diis *Ug.*, *cf. Enn. Ann. 119* (*Serv. Verg. Aen. VI 764*) 4 pertinatia *P* fi' *P* 5 dissidium *Ug.* comminiscitur *Ug.* sagitandi *P* 7 p̄lium *P*

6. 1 ΤΥΔΙΔΗΔΙΟΜΗΔΕΕΠΠΑΛΑC *P* 2 titidem *P*, Tydidis (*immo* Tydidae) mentem *Wakefield f. recte* tritoniam *P* 3 *Verg. Aen. VIII 620* 4 clypeus *Ug.* defulgurat *P. Ug.*, diffulgurat *Wakefield* 6 minerua *P* filios *P* 7 affectat *P* sacius exciditque *P* 8 treptalemi *P* triptalemus *P*

VI.

7. Τρώων δ' οἰώθῃ καὶ Ἀχαιῶν φύλοπις αἰνή. 426
Solae decertant acies sine numine, divum
cessante auxilio: sua cuique exorsa laborem
fortunamque ferunt proprii discrimine fati.

Troianis fortuna inclinatiore pugnantibus ⟨suadet⟩ vates Helenus, ut Minerva placetur. igitur Hecuba ab Hectore monita, ut peplum in arcem inferat, peragit vota cum matribus. Alexander obiurgatus a fratre pergit in proelium. Glaucus Lycius Aetolusque Diomedes congressi ut dimicarent, cum iam certamen oriretur, paterna inter se hospitia recordati facta armorum permutatione discedunt.

VII.

8. Ὣς εἰπὼν πυλέων ἐξέσσυτο φαίδιμος Ἕκτωρ. 427
Haec ubi dicta dedit, portis sese extulit Hector.

Minervae Apollinisque consensu fortissimus Graecorum ab Hectore provocatur. novem ducibus ad dimicandum paratis pugnaturum diligi placet sortis eventu. ab Aiace Telamonio proelium singulare conseritur, in quo Hector lapide ictus in suorum se recipit multitudinem. perseverante certamine caduceator Idaeus intervenit. tum invicem mistis muneribus pugna sedatur. Hector Aiacem gladio, Aiax Hectorem balteo muneratur. intercessu noctis exercitus quique in sua discedunt. die altero interfectorum humatio procuratur. Graecorum etiam navalia fossa ac vallo circumdata muniuntur.

VIII.

9. Ἠὼς μὲν κροκόπεπλος ἐκίδνατο πᾶσαν ἐπ' αἶαν. 428
Aurora in croceis fulgebat lutea bigis.

Acto deorum concilio Iuppiter pro †parte pronuntiat, sua ut quisque exercitus sorte decernat, nullus deorum odio in alteros vel favore procedat. in Idam montem ipse digressus inde Graecos inmisso terrore conterritat, ⟨qui⟩ turpi fuga ad munimenta compulsi fossa et aggeribus sese tuentur. Iunonem ac Minervam Graecis auxiliari volentes monitis Iovis Iris exterret diremptoque ob noctem certamine victores Troiani in ipso proelii loco excubias obsidionis instituunt multisque ignibus factis per totam noctem deliberatione consultant.

---

7. 1 ΟΙΩΕΙ *P* ΦΙΛΟΠΙC *P* 2 nomine *P, Verg. Aen. II 777. V 56. VI 368* 3 uacuique *P Ug.*, sua cuique *Accursius* (*cf. Verg. Aen. X 111 sq.*) 5 suadet *om. P, post* Helenus *add. Ug. volgo* 7 p̄lium clausus lytius etholusque dyomedes *P* Aetheolusque *Ug.* *post* discedunt *videtur excidisse Hectoris cum Andromacha colloquii commemoratio*

8. 1 ΦΑΥΔΙΜΟC *P* 2 *Verg. Aen. VI 628. VII 323. 471. VIII 541* 3 appolinisque *P* 4 dimidicandum p̄atis *P* deligi *Ug. volgo* 5 thelamonio *P* 6 caduceatori ds̄ *P* 7 mistis *Hartel*, missis *P Ug.*, datis *Accursius* baltheo *P Ug.* 9 ualle *P* circundata *Ug.* 10 minuuntur *P*

9. 2 *Verg. Aen. VII 26* 3 Iupiter *Ug.* parte *corruptum* pronunciat *Ug.* ut *om. Ug.* 4 alteros uel fauore *P ms. Accursii*, alterius favore *Ug.* 5 unde *P Ug.*, inde *ego* grecos *P*, Graecos *Ug.* immisso *Ug.* conteritos *P Ug.*, conterritat qui *ego* unde Graeci . . . conteriti *Ven.*[4] (conterriti *Par.*) *volgo* compulsi *Ug.* 6 tuetur *Ug.* uolēs *P* 7 dirimptaque *P* 8 abscidionis *P* 9 deliberationem *P*, de belli ratione *Ug. volgo*, deliberatione *ego* (*cf. Cic. Off. I 3, 9* consilii capiendi deliberatio)

VIIII.

10. Ὡς οἱ μὲν Τρῶες φυλακὰς ἔχον, αὐτὰρ Ἀχαιούς 429
Interea vigilum excubiis cohibentur Achivi.

Graecis et praeterita dimicatione perculsis et instante conterritis proceres ab Agamemnone convocantur. quibus rex fugae consilia et apparatum ordinandae per noctem navigationis indicit, Diomede et Nestore dehortantibus. suadente autem Nestore Aiax et Vlixes legantur ad Achillem dona ingentia pollicentes, si desistat irasci ⟨et⟩ sese auxiliatorem fessis rebus accommodet. sed Achille in iracundia pertinaciter permanente legati Achivorum re non impetrata irriti revertuntur.

X.

11. Ἄλλοι μὲν παρὰ νηυσὶν ἀριστῆες Παναχαιῶν 430
εὗδον παννύχιοι μαλακῷ δεδμημένοι ὕπνῳ.
Cetera per naves somno sopita manebat
turba ducum, solum cura anxia vexat Atriden.

Vlixes et Diomedes speculatum nocte progressi Dolonem conspicantur, qui et ipse promissis Hectoris incitatus Graecorum consilia exploratum prodierat, et fateri universa conpulsum eodem loco interficiunt. a quo adventum Rhesi Thracum regis edocti ipsum cum duodecim obtruncant equosque eius praemium simul et testimonium grassationis abducunt insignes candore et celeritate, ut nivibus et ventis antecederent.

XI.

12. Ἠὼς ἐκ λεχέων παρ' ἀγαυοῦ Τιθωνοῖο 431
Tithoni croceum linquens Aurora cubile
spargebat terras, referens opera atque labores.

Ab omnibus Graecis egregie quidem, sed inprospere dimicatur. quorum proceribus vulneratis incognitae multitudini pugna conmittitur. qua afflictatione fortunae Achilles paulisper inflexus Patroclum mittit in praesentia cogniturum. qui cum adversi status nuntius reverteretur, Eurypylum contemplatur aegrum ex vulnere fomentisque medicae artis admotis redintegrat sanitati.

XII.

13. Ὡς ὃ μὲν ἐν κλισίῃσι Μενοιτίου ἄλκιμος υἱός. 432
Actorides fovet Eurypylum dum vulnere fessum.

Res dubiae apud Graecos vel potius afflictae ⟨in⟩ ultimae fortunae statu aguntur praestantibus procerum vulneratis, cetero exercitu fugato aut formidine perculso. Troiani

---

10. 2 uigiliū *P* 3 agamenone *P* 4 conscilia *P* 5 deortantibus *P* nestare *P* aias *P* 6 ulixis *P*, Vlyxes *Ug.* sese *P*, et se *Ug.*, et sese *ego*

11. 1 ΑΡΥΟΤΗΕΟΠΑ (*ceteris omissis*) *P* 5 ulixis *P*, Vlysses (*semper fere*) *Ug.* 7 compulsum *Ug.* aduentu *P Ug.*, adventum *Mommsen*, de adventu *Ven.*[4] *volgo* resi *P* trachum *P* 8 ipsum ·xii· *P*, ipsum et cum eo *Ug.* (xii *add. Lugd. volgo*), ipsum cum duodecim *Accursius* 9 ut et *Ug. volgo* uenit *P*

12. 1 ΑΕΧΕωΝΙΓΑΡ *P* 2 *Verg. Georg. I 447*, *Aen. IIII 585* thithoni *P* 3 *Verg. Aen. IIII 584*, *XI 183* 4 improspere *Ug.* 5 multitudī *P* committitur *Ug.* quia *P* afflictione *Ug. volgo* 6 infletus *Ug.* in *om. Ug. volgo* 7 euripilum *P*

13. 1 ΚΑΙΟΙΗ *P* ΟΙΟΟ *P* 2 euripilum *P* 3 rex *P*, Paris *Ug.*, res *Accursius* in *addidi* statui *Ug.* 4 presentantibus *P*, praestantibus *Ug.* uulnerātis *P* caetero exercitui *Ug.* fuga *P*

navalium munimenta rescindunt vallumque transgressi auguriis iuvantur ex eventu ambiguis. itaque et pars muri ab Sarpedone convellitur et ab Hectore ictu lapidis porta discutitur et in ipsis navalibus pugna conseritur.

XIII.

14. Ζεὺς δ' ἐπεὶ οὖν Τρῶάς τε καὶ Ἕκτορα νηυσὶ πέλασσεν. 433
Iuppiter admovit Troas atque Hectora classi.

Neptunus miseratione conmotus Argivorum tuendis navibus auxiliator accedit et usurpata ⟨Calchantis⟩ vatis effigie Aiaces duos in proelium cohortatur nec minus ceteram multitudinem praesentia maiestatis instigat. Idomeneus egregio certamine eminet. Troiani iam referentes gradum, firmati rursum per Hectorem . . . . . et ingenti clamore utrimque certatur.

XIIII.

15. Νέστορα δ' οὐκ ἔλαθεν ἰαχὴ πίνοντά περ ἔμπης. 434
Concussit quamvis potantem Nestora clamor
attonitasque aures pepulit gravitate tumultus.

Iuno vinculum Venerium (cui cesto ⟨nomen⟩ est) mutuata ad Iovem pergit in secessum montis Idae exoritatoque Somno, ut illum conmergeret in soporem, ... ac dehinc vigilias eius uxoriis labefactat illecebris. cuius ignoratione Neptunus abutitur fortunamque Graecorum promptius auxiliando restituit, Aiace Locro ultra ceteros proeliante.

XV.

16. Αὐτὰρ ἐπεὶ διά τε σκόλοπας καὶ τάφρον ἔβησαν. 435
Iam vallum fossamque super Troiana inventus
institerat, captae minitans incendia classis.

Iuppiter somno expergitus videt statum certaminis innovatum pellique Troianos, Graecis opem ferente Neptuno. itaque aspere Iunone increpata et minaciter per Iridem conterrito ⟨fratre⟩ iubet auxiliatorem desistere. ipse Apollinem recreando adlegat Hectori monetque pro Phrygibus belli instaurare fortunam. tum et Aiax Telamonius egregie proeliatur: ⟨a quo⟩ plurimis hostium interfectis conflagratio classis arcetur.

---

6 sarpone *P* conuelli *P* plapidis *P* 7 discititur *P*, discuditur *Ug.*, discutitur *Par.*

14. 1 ΕΠΙ *P* ΝΗΥCΙΠ. (*ceteris omissis*) *P* 2 Iupiter *Ug.* admonuit *P* Troes *edit. Amstelod. volgo* 3 commotus *Ug.* 4 uatis *P Ug.*, Calchantis vatis *ego* aiacis *P* plium cohartatur *P* 6 firmatis *P*, firmantur *Mommsen* *lacunam indicavi*; contrahuntur *supplevit Ug. volgo* (*Il. XIII 800*) 7 urmqȝ *P*

15. 1 ΠΕΙΝΟΝΤΑΕΠΕΡΜΡΗC *P* 2 pot'atem *P*, potestatem *Ug.*, potantem *Ven.*⁴ hectora *Ug.* 4 cingulum *Heinsius* ueneris *Ug. volgo* nomen *om. P* 5 ydae *P* exoritatoque *P*, exhortatoque *Ug. volgo*, exoratoque *Heinsius* ut dum comecēt *P*, ut eum cōmitteret *Ug. volgo*, ut illum conmergeret *scripsi* ac dehinc *P Ug.*, ac *del. Par. volgo*, *malui lacunam indicare* 6 uxoris *Ug.* 7 caeteros ultra *Ug.* 8 preliante *P*

16. 1 ΕΠΙΔΙΧΤΕCΚΟΛΟΠΑCΑΥ *P* 3 minītas insidia *P* classi *Toll volgo* 4 Iupiter *Ug.*, 6 conterrita *P Ug.* fratrem *Ug.*, fratre *Lugd.*, *om. P* fratre conterrito *vel* conterritum fratrem (*om.* et) *Accursius* appolinem *P* 7 phrigibus *P* thelamonius *P* 8 egregie *ego*, grene *P*, strenue *Ug. volgo* pliatur *P* a quo *supplevi*, *om. P*, et ab eodem *Ug. volgo*

XVI.

17. Ὡς οἳ μὲν περὶ νηὸς ἐυσσέλμοιο μάχοντο. 436
Dum face, dum ferro celsam affectare carinam
Troes et Argolici pergunt defendere reges:

Achilles Graecorum statum iam sub extrema sorte miseratur ac tegminibus suis Patroclum permittit armari. qui cum Myrmidonum produxisset exercitum consternatosque Troianos Achillis specie fefellisset, ruentes supra vallum et invicem officientes caeco pavore usque ad campi aperta conpellit. deinde congressus Sarpedonem perimit multisque hostium caesis ipse ab Hectore interficitur, prius ab Euphorbo vulneratus.

XVII.

18. Οὐδ' ἔλαθ' Ἀτρέος υἱὸν ἀρηίφιλον Μενέλαον. 437
Actoridem caesum nec te, Menelae, fefellit.

Circa interemptum Patroclum pugna contrahitur, cum diversi exercitus tenderent, Graeci, corpus ut defenderent, Troiani, ut ad ludibrium cadaver eriperent: a Menelao Euphorbus occiditur et ad ostentationem gloriosi facinoris Achillis exuviis Hector armatur. Antilochus ad Achillem nuntius cladis acceptae Menelao instante festinat. qui et ipse postea cum Merione intra navalium munimenta se recipit, cum tota moles belli [Menelao et] Aiacibus ingruisset.

XVIII.

19. Ὡς οἳ μὲν μάρναντο δέμας πυρὸς αἰθομένοιο. 438
Dum furit in medio valli vis ignea Martis:

Achilles in miserabilem modum Patrocli deflet interitum, quem vi doloris affectum consolantibus verbis mater alloquitur. nec inultum amicum fore pollicens perlaturam sese Vulcani arma promittit. interea et Iris ab Iunone demittitur, cuius instantia Achilles extra vallum quamquam inermis egreditur conterritisque Troianis super alios aliis praecipitantibus late fuga et latius formido porrigitur. eodemque tempore et Vulcanus exoratus a Thetide tota nocte, quam longa est, caelestia in gratiam nymphae arma molitur.

XVIIII.

20. Ἠὼς μὲν κροκόπεπλος ἀπ' Ὠκεανοῖο ῥοάων. 439
Oceanum interea surgens Aurora reliquit.

Achilles armis caelestibus ope Vulcani et munere matris instruitur. dein Graecorum primoribus in concilium vocatis iracundiam sub abolitione deponit et promissis

---

17. 1 ΕΥCΕΑΜΟΙ *P* 2 affecta *P Ug.*, oppugnare *Ven.*^{4} *volgo*, affectare *ego* 4 achillis *P* miseratur *P Ug.*, miseratur ac *Hartel*, miseratus *ego* agminibus *P Ug.*, armis *Ven.*^{4} *volgo*, tegminibus *ego* 5 mirmydonum *P* 6 fefelisset *P* supra] sūt *P* efficientes *P Ug.*, officientes *Accursius* ceto *P* 7 compellit *Ug.* 8 ipse ad ab *P*, ad *del. Ug.*

18. 3 cum in diversa *ms. Accursii volgo* contenderent *Ug. volgo* 4 ut corpus *Ven.*^{4} *volgo* et ad *Ug.* arriperent *ms. Accursii*, abriperent *Toll* 5 euphorbius *P* 6 antilocus *P* nuncius *Ug.* menelao et aiacibus *P Ug.*, Menelao *del. Ven.*^{4}, Menelao et *del. Ald.* infante *P*

19. 2 belli *P Ug.*, valli *Heinsius* marti *P* 3 afflictum *Floridus* 5 yris *P* 6 inhermis *P* 7 lata *P* 8 thethide *P* nympha *P*

20. 2 *Verg. Aen. IIII 129. XI 1* 3 munere] minerue *P* 4 sub] suam *Gronov volgo*

ab rege muneribus coram contione ditatur. tum militibus cibum capere iussis ipse abstinet. infesto deinde atque intento exercitu pergit in proelium.

XX.

21. Ὡς οἳ μὲν παρὰ νηυσὶ κορωνίσι θωρήσσοντο. 440
Iamque adeo celsis armati e navibus ibant
milia quae magnis umquam venere Mycenis.

Vt integris amborum copiis inter utrosque exercitus pugna conseritur. dein permissu Iovis in partes deorum studia dividuntur, cum pro Graecis Iuno et Minerva decertarent neque segnius eos Neptunus et Mercurius et Vulcanus assererent, Troianos Apollo cum Venere et Diana cum matre, Mars etiam et cum eo Scamander adiuvarent. tum et Aeneam dis et viribus iniquis cum Achille congressum quamquam studens Graecis nube circumdatum Neptunus eripuit.

XXI.

22. Ἀλλ' ὅτε δὴ πόρον ἶξον ἐυρρεέος ποταμοῖο. 441
Intulerat fluvio trepidas fuga foeda catervas.

Troianis usque ad Scamandri fluminis alveum fuga et terrore compulsis cum iam longius abeundi spatium non pateret, in ipso amne, cum flumen exundat, ... ibi et duodecim ab Achille Troianorum iuvenes vinciuntur, qui Patrocli inferiis immolarentur. ipse Vulcanus ardoribus suis vim torrentis exurit. tum in campum Achille progresso passim studia deorum pro sua singulari parte depugnant. Troianorum exercitus instante victore in moenia urbis inpingitur.

XXII.

23. Ὡς οἳ μὲν κατὰ ἄστυ πεφυζότες ἠΰτε νεβροί. 442
Pulsa metu Phrygios lustrabant agmina muros.

Hector singulari certamine cum Achille congreditur, Priamo atque Hecuba, ne pugnet, orantibus, Minerva e contrario specie Deiphobi, ut dimicet, adhortante. Hector interfectus et religatus ad currum ter circum moenia Troiana raptatur. deinde lacerum corpus defertur ad naves ultioni Patrocli victoris iracundia ad ulteriora supplicia reservandum.

---

5 concione dicatur *P* 6 infesta *P* prelium *P*

21. 1 ΚΟΡΩΙCΙΘΩΡΗCΟΝΤΟ *P* 2 armate nubib' *P*, armati nubibus *Ug.*, armati e navibus *Ven.*4 3 quot *Ald.* (*Verg. Aen. II 331*) *volgo* moecynis *P*, Mycaenis *Ug.* 4 at *Ug. volgo* permissa *P* p grecis *P* decedēt *P*, decertarent *Ug. volgo*, *an* descenderent? 6 secius *Ug. volgo* 7 dyana *P* mas *P* eis *Ug. volgo* 8 et (*post* tum) *om. Ug. volgo* dix' *P* congressum] *cf. Verg. Aen. I 475* 9 circundatum *P Ug.*

22. 1 ΕΥΡΡΕΥΟC *P* 2 fugas feda *P* 3 troiani *P Ug.* stamandri *P* cōpulsi *P*, compulsi *Ug.* Troianis . . . compulsis *Lugd.* 4 cum] *fortasse* dum *post* exundat *lacunam significavi* ibi et ·XII· milia *P*, ibi a XII. milia *Ug.*, ibi ab Achille XII *Par. volgo*, ibi et XII ab Achille *ego* 5 iuvenum *Par. volgo* uincuntur *P Ug.*, vinciuntur *Par.* imolarentur *Ug.* 6 campo *P* 7 stū *P* singuli *P* 8 menia *P* impingitur *Ug.*

23. 4 pugnaret *Ug. volgo* spetie *P* adortante *P* 5 relegatus *P* ter circum *sqq.*] *cf. Verg. Aen. I 483* 6 ultione *Accursius volgo* uictoris *P*, et uictoris *Ug.*

XXIII.

24. Ὡς οἳ μὲν στενάχοντο κατὰ πτόλιν, αὐτὰρ Ἀχαιοί. 443
Troia vacat lacrimis, ludis Argiva iuventus.

Funebres ludi in honorem Patrocli frequentantur, quibus Diomedes equis superat, lucta et cursu Vlixes, alioque alii genere certationis antistant.

XXIIII.

25. Λῦτο δ' ἀγών, λαοὶ δὲ θοὰς ἐπὶ νῆας ἕκαστοι. 444
Quisque suas repetunt misso certamine naves.

Iuppiter Thetidem mittit ad filium cum mandatis eiusmodi, ut ⟨in⟩ defunctum saevire desistat fatique hominum ⟨in⟩ exanimo hoste vereatur ad sepulturam corpore restituto. eiusdem iussu et Iris cohortatur ⟨Priamum⟩, ut auro filium rependat exanimum. qui Mercurio duce inter nocturnas hostium profectus excubias Achilli supplex advolvitur redemptumque filium iustitio publico et deflet et sepelit.

PERIOCHAE ODYSSIAE.

I.

26. Ἄνδρα μοι ἔννεπε, Μοῦσα, πολύτροπον, ὃς μάλα πολλά. 445
Dic mihi, Musa, virum, captae post moenia Troiae
qui mores hominum multorum vidit et urbes.

Minerva in Ithacam Iove ita volente descendit Mentisque Taphiorum ducis sumit effigiem, suasura Telemacho, ut ad Nestorem Menelaumque festinet, qui recens domum regressi certi aliquid de Vlixe novissent. tunc et Phemius citharista adhibitus convivio procorum inchoat flebilem cantilenam navigationis inprosperae, quae profectos ab Ilio Graecos diversis sparsit exiliis, quem Penelope degressa chalcidico, argumento tam miserabilis offensa materiae, ut alia concinat, adhortatur.

II.

27. Ἦμος δ' ἠριγένεια φάνη ῥοδοδάκτυλος ἠώς. 446
Oceano extulerat roseos Aurora iugales.

Telemachus Ithacensios proceres cogit ad curiam atque ibi de contumelia domus et bonorum profligatione conquestus consilia profectionis exponit, Antinoo resistente,

---

24. 1 ΑΙΤΑΡ *P* 2 lachrymis *Ug.* 4 aliosque *P Ug.*, alioque *Vin.* certationis genere *Floridus Bip.* antestant *Ug. volgo*

25. 1 ΑΓΟΝ *P* 2 redeunt *Ug.* 3 ut ad *P*, ad *Ug.* in *om. P* 4 fatique] fataque *Ald.* in *om. P* fatique hominum exanimum hostem *ms. Accursii*; *cf. Verg. Aen. I 484* 5 yris cohartatur (*om.* priamum) *P* rependeat *Ug.* 7 iusticio *Ug.* et dolet *Floridus Bip.* sepellit *P* Finiunt piocha yliades. Incipit ***ocha odissie *P*, Finit Periocha Iliados. Incipit Periocha Primi Libri Odysseae *Ug.*

26. 1 ΟCΜΑΜΠΟΜΑ *P* 2 *et* 3 *Hor. Epist. II 3, 141 sq.* 2 menia *P*, moenia *Ug.*, tempora *Par.* 4 ithaca *P* mentorisque *P Ug.*, Mentisque *Accursius* thapiorum *P* regis ducis *Ug.* summit *Ug.* 5 thelemaco (*semper*) *P* qui] si *Hartel* 6 et *om. Ug.* phimius *P* 7 prochorum *P* improsperae *Ug.* 8 sparsos *Ug.* digressa *P Ug.*, degressa *Scal.* 9 offensam *P* adortatur *P*

27. 1 ΗΡΙΓΕΝΙΑ *P* 2 occeano *P* roseas *P Ug.*, roseos *Accursius* 3 ibi de *ego*, ibidem *P*, ibidem de *Ug.* condentumelia *P*

qui eum prius, quam mater nuberet, abire prohibebat. qua altercatione diu protracta concilium dissolutum est. Telemachus ad litus procis ignorantibus pergit. astantem sibi adorans Minervam peregrinationi accommoda parat, hortante maxime dea, quae populum ipsumque Telemachum Mentoris simulatione fallebat. instructo ergo remigio et nave deducta Telemachus et Minerva de portu vespere instante solverunt.

III.

28. Ἠέλιος δ' ἀνόρουσε, λιπὼν περικαλλέα λίμνην. 447

Iam sol Oceano radiatos prompserat ortus.

Telemachus Nestorem de patre percunctans nihil novi accipit ab ignorante. verum idem senex sequenti die, cum Pisistrato filio ut ad Menelaum pergat, hortatur. nec mora facta consilio: nocte quippe ea, quae consecuta est, apud Pheras oppidum hospitio Dioclis deversati die altero Lacaedemonem pervehuntur.

IIII.

29. ⟨Οἳ δ' ἷξον κοίλην Λακεδαίμονα κητώεσσαν⟩. 448

Iamque adeo ventum validae Lacedaemonos arces.

Telemachum et qui cum eo venerant Menelaus comiter hospitio accipit iamque sub vespera quaedam de Vlixe cognoscunt. die vero altero totum navigationis suae ordinem Menelaus explanat, quodque in Ogygia insula promissis et illecebris nymphae Calypsonis Vlixes retineatur, exponit: quae quidem Proteus eidem narraverat de Graecorum ducibus requirenti. proci autem postquam de abitu Telemachi conpererunt, instructa deductaque navi viginti, qui sese legerant, enavigaverunt redeunti insidias molientes. circa Asteriam ergo insulam, quae Ithacam Samumque interiacet, delitescentes occasionem fraudis expectant.

V.

30. ⟨Ἠὼς δ' ἐκ λεχέων παρ' ἀγαυοῦ Τιθωνοῖο⟩. 449

Liquerat in tepido Tithonum Aurora cubili.

Mercurius in Ogygiam insulam devolat, ut Iovis monitis Calypso conterrita Vlixem patiatur abscedere. qui contextu ratis temere properato navigationem solus aggreditur. duodevicesima die tempestate conmota, ex iracundia infestante Neptuno, trabium conpago dissolvitur. quo casu proditus ultimae spei et irritis conatibus natans ab Ino dea

---

5 qua] quia *P* 6 littus (*semper*) *Ug.* 8 remegio *P*

28. 1 ΗΛΙΟϹ ΔΑΝΟΡΟΥϹΕΝΑΙ ΠΕΡΙΚΑΛΛΕΑ *P* 2 occeano *P* 3 percunctas ṣẹṇẹx ṣẹq̄ *P*, percunctatus *Ug.*, percunctans *ego*, percontatus *Par. volgo* nichil *P* 4 ortatur *P* 5 facto *Ug.* opidum *P* 6 diolede *P*, Dioclis *Ug.* uersati *P Ug.*, diversati *Gronov* altera (*om.* die) *Ug. volgo*

29. *Graeca quae exciderunt in periochis librorum IIII—XII, XXII—XXIIII supplevi* 2 namque *P Ug.*, iamque *Ven.*[4] adeo] adam *P* ualide a *P*, validae (*om.* a) *Ug.*, validae ad *Ven.*[4] *volgo* Lacedaemona *Ug.*, Lacedaemonis *Ven.*[4] *volgo* artes *P Ug.*, arces *Ven.*[4] 3 saneque *Ug. volgo* 4 altera *Ug. volgo* suae *om. Ug. volgo* 5 ogygya *P* nimphe calypsoni *P* 6 retineatur *P*, remeatur *Ug.*, remoratur *Ven.*[4], remoretur *Gronov volgo* queque *P*, quaeque *Ug.*, quae *Ven.*[4] protheus *P* manauerat *P* 7 proti aȝ *P* habitu *P Ug.*, abitu *Par.* conperens *P*, compererunt *Ug.* 8 et nauigauer̄ *P*, navigavere *Ug.*, enavigaverunt *Hartel* 9 saniumque *P* dilitescentes *P*

30. 2 tythonum *P* cubile *P Ug.*, cubili *Par.* 3 calipso conterita *P Ug.* 4 discedere *Ug. volgo* properat at *P*, properate *Ug.*, properatae *Barth volgo*, properato *Heinsius* 5 duodeuicessima *P*, duodevigesima *Ug.* commota *Ug.* compago *Ug.* 6 proditus *Mommsen*, proditur *P Ug.* nando *Ug. volgo* ino dam *P*

misericorde servatur, quae calanticam capiti suo demptam natanti accommodat. cuius ille sustentatu ad usque Phaeacum litus evadit.

VI.

31. ⟨Ὡς ὁ μὲν ἔνθα καθεῦδε πολύτλας δῖος Ὀδυσσεύς⟩. 450

Carpebat somnos dudum aerumnosus Vlixes.

Vlixes postquam ad Phaeacum litus enaverat, fatigationem diluit somno. sed cum virgo Nausicaa, filia regis Alcinoi, ludum in acta cum aequalibus exerceret, somno excitatus, ut erat nudus, erupit, foliorum oppositu pudenda velatus. et cum supplex genua regiae virginis advolveretur, Minervae instinctu movit misericordiam salutarem impositusque carpento et veste donatus usque ad templum Minervae, quod ante urbem est, suadente virginis pudore pervehitur ibique familiare sibi numen solita precatione veneratur.

VII.

32. ⟨Ὡς ὁ μὲν ἔνθ' ἠρᾶτο πολύτλας δῖος Ὀδυσσεύς⟩. 451

Orabat superos dudum Laertia proles.

Minerva puellae speciem mutuata Vlixem primum in oppidum, mox in domum regiam ducit. cumque Arete uxor Alcinoi et unde vestem haberet et cuias esset et qua sorte delatus sermone ipsius conperisset, bonum animum habere iussus, suadente vespera concedit quieti.

VIII.

33. ⟨Ἦμος δ' ἠριγένεια φάνη ῥοδοδάκτυλος ἠώς⟩. 452

Iam caelum rutilat roseis Aurora quadrigis.

Alcinous navigationis aerumnam summatim ab Vlixe cognoscit. exinde iussis primoribus in curiam convenire adventum hospitis et infortunia diutinae iactationis explanat accitoque ad convivium Vlixe citharam iubet pulsare Demodocum, qui cum de Durio equo et de Troico cantaret excidio, lacrimas Vlixi memoria fortunae superioris elicuit. quas cum occultare sedulo conaretur aut vultu dissimulans aut veste detergens, oculos in se omnium et maxime regis advertit. tum Alcinous causa fletuum cognita, ex ordine tolerata dissereret, benigne pollicitus adhortatur.

---

7 capti *P* 8 sustentatum *P* pheatum *P*

31. 3 pheatum *P* figationem *P* 4 filia *om. Ug. volgo* exercet *Ug.* sompno *P* 5 foloriorum *P* suplex *P* 6 ad genua *Ug. volgo* instinctu *P ms. Accursii*, instructu *Ug.* 8 ita suadente *Ug. volgo* prouehitur *Ug. volgo* solita solita precatione ueneratur *P*, solita uenera-tione precatur *Ug. volgo*

32. 2 lacertia *P* 3 puelle speciem mutuata *P ms. Accursii*, in puellae speciem mutata *Ug. volgo* 4 Arete] a rege *P* altinoi *P* habere *P* cui adesset *P*, cuia (cuias *Par.*) esset *Ug.* 5 com-perisset *Ug.* 6 concidit *P*

33. 5 cytharam *P* dorio *P*, dureo *Ug. volgo* 6 excisio *Ug.* lachrymas *Ug.* for-tune superiori letuit *P* 7 uultu quas *P* 8 omnem *P* cum *P Ug.*, tum *Par.* ut ex *ms. Accursii*, ut cuncta ex *Ug. volgo* 9 tollerata *P* benigne omnia *Ug. volgo* pollicitis *Ug.* adortatur *P*

VIIII.

34. ⟨Τὴν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη πολύμητις Ὀδυσσεύς⟩. 453
Tum vice sermonis fatur Laertius heros.

Quattuor isthinc libri de Vlixis errore contexti sunt. namque ab Alcinoo rogatus seriem multiplicis erroris exponit, ut ab Ilio profectus primum ad Ciconas delatus sit atque illic expugnata Ismaro ciuitate, multis amissis fugatus abscesserit: utque inde Maleam Laconicae promontorium circumegerit ac deinde ⟨ad⟩ Lotophagos ⟨venerit: mox ad Cyclopum insulam, quae Lotophagis⟩ obiacebat, cum una nave processerit, eaque sedulo occultata ipse cum duodecim sociis in antrum Polyphemi penetraverit. qui cruentis dapibus expletus, quas caede sociorum eius instruxerat, vino etiam quod Vlixes ingesserat temulentus cum in somnum procubuisset, ab Vlixe caecatus poenas inmanitatis exsolvit.

X.

35. ⟨Αἰολίην δ' ἐς νῆσον ἀφικόμεθ'· ἔνθα δ' ἔναιεν⟩. 454
Aeoliam ventorum agimur patriamque domumque.

Hinc refert Aeoliam se fuisse pervectum donisque donatum ab Aeolo rege ventorum, qui omnibus comiter praebitis, quo securior navigaret, ventos etiam dederit utre conclusos. utque cum iam Ithacam propinquaret, refusus sit in soporem sociique eius opes aliquas ⟨in⟩ scorto esse existimantes dormiente ipso vincla dissolverint adversisque flatibus iam ab ipsa patria sint relati. inde ut ⟨ad⟩ Antiphaten Laestrygonasque delatus sit: ibi amissis una minus ceteris navibus Circeum litus accesserit ibique veneficio potentis deae Eurylochus et praemissi cum eo socii in ferarum ora converterint: ipse etiam similia passurus Mercurio procurante vitaverit ceterosque socios ad speciem pristinam redigi virtutis admiratione compulerit.

XI.

36. ⟨Αὐτὰρ ἐπεί ῥ' ἐπὶ νῆα κατήλθομεν ἠδὲ θάλασσαν⟩. 455
At postquam ventum ad naves et litora ponti.

Digressus a Circa Avernum pervenit, qui locus descensus ad manes existimatur. ibi sacris rite perfectis scrobem complet sanguine victimarum et circumvolitantibus animabus nullam sinit haustum cruoris attingere, nisi, ut Circe monuerat, prius Tiresias vates inde libasset. ibi et heroidas plurimas videt, quarum enumerationem multa veterum fabularum venustate contexuit.

---

34. 2 uices hermōis fatatur *P* heres *P* 3 quatuor *P* libris *P* altinoo *P* 5 hismaro *P* 6 mala eum *P* laconica *P*, Laconicae *Ug.*, Laconiae *Par. volgo* dein *Accursius volgo* ad *om. P Ug.*, *addidit Accursius* uenerit . . . lotophagis *om. P*, *supplevit Ug.* 7 adiacebat *Ug.*, adiacet *Accursius volgo* in *P*, una *Ug.* 8 cum ·xii· *P* poliphemi *P* cruentis d. e.] *cf. Verg. Aen. III 618 et 630* 9 quod ulnoes *P* 10 immanitatis exoluit *Ug.*

35. 3 peruentum *P* 4 ab omnibus *Ug.* utros *P* 5 athacam *P*, Ithacae *Ug. volgo* 6 apes *P* sorato esse *P*, sora inesse *Ug.*, in scorto esse *Accursius* (*ex 'codice non multae fidei'*), scorto inesse *Lugd. volgo* uincula *Ug. volgo* 7 iam *post* patria *Ug. volgo* ad, *quod om. P Ug.*, *addidi* antifaten *P*, Antiphatem *Ug. volgo* lertrigonasque *P* 8 circa eum litis *P* uenefitio *P* 9 eurylocus *P* conuerterit *P*, conuersi sint *Ug.*, converterint *ego* 11 uirtutes *P*

36. 2 nubes *P* littora *Ug.* 3 Circe *Ug. volgo* descēssus *Ug.* extīmatur *Ug.* 4 cōplet san *P* circumuoluntatibus *P*, circumuolitantibus *Ug.*, circumuolantibus *Floridus Bip.* 5 anibus *P* circes *Ug.* thaesias *P*

XII.

37. ⟨Αὐτὰρ ἐπεὶ ποταμοῖο λίπεν ῥόον Ὠκεανοῖο⟩. 456
Iamque adeo Oceani liquidos pede liquerat amnes.

Compertis a Tiresia vate, quae oportuit scire, regreditur ad Circam ab eaque ut evitet mala cetera edocetur: ut Sirenas praetereat, letalem navigantium cantilenam, ut Scyllam praetervehatur et Charybdin freti Siculi famosa portenta. quibus malis non sine gravi perpessione superatis Trinacriam pervehitur, ubi incustodita Solis armenta, frustra prohibente ipso, ceteri socii penuria cogente dilaniant dirisque prodigiis admissa boum caede terrentur. ac mox inde navigantes fulmine ad unum omnes intereunt, excepto Vlixe, qui fragmento carinae cohaerens et adminiculo eius adiutus ad Ogygiam insulam solus enavit.

XIII.

38. Ὡς ἔφατ', οἱ δ' ἄρα πάντες ἀκὴν ἐγένοντο σιωπῇ. 457
Conticuere omnes intentique ora tenebant.

Enarratis omnibus, quae in multiplici errore pertulerat, a principibus Phaeaciae viris donis plurimis honoratur. a quibus remigio et necessariis omnibus navis instruitur dormiensque in Ithacam quietissima navigatione devehitur. atque illic in portu patrio cum muneribus universis quiescens et omnium ignarus exponitur, Phaeacibus eo dormiente remeantibus.

XIIII.

39. Αὐτὰρ ὃ ἐκ λιμένος προσέβη τρηχεῖαν ἀταρπόν. 458
Egreditur portu tenuis quo semita ducit.

Somno expergitus Vlixes portum et litus patriae non sine animi consternatione cognoscit admiraturque, ut advectus, ut expositus, ut relictus sit. ut cuncta nesciens requirit universa donorum: quae postquam incolumia videt, quam potest tutissime occultat consiliisque a Minerva confirmatus ad servum Eumaeum subulcum simulatus accedit, naufragi et mendicantis imitatu. interrogatus deinde quis esset, ait esse se Cresium: in Aegyptum navigantem Troiam fuisse delatum. Eumaeum tum affectione maestissima peragens cogente denique vespera et imbre continuo sagulo amicitur: atque ibidem multa secum volvens tandem concedit quieti.

---

37. 2 occeani *P* annes *P* 3 teresia *P* Circē *Ug.* 4 malis ceteris *P* syrenas *P Ug.* 5 scillam *P* carybdin *P*, Charybdim *Ug.* 6 trinachriam *P* ubi et *P*, ubi ea *Ug.*, ubi *Ven.*⁴ 7 sociis *Ug.* admissa ad boum *P* 8 ac *P ms. Accursii*, at *Ug. volgo* flumine *P* 9 fragmento lacerae navis *Delph. Bip.* agygyam *P*

38. 1 ΕΦΑ *P* CΙΩΠΗΝ *P* 2 *Verg. Aen. II 1* omnes omnes *P* 3 fetie *P* 4 a *om. Ug.* 5 ythacam *P* 6 omnem *P* phiacibus *P*

39. 1 ΟΔΕΚ *P* ΤΠΗΧΕΙΑΝΑΤΑΡ. *P* 2 *Verg. Aen. XI 524* 3 expergiscitus *Ug.* 4 nesciēt *P*, nesciret *Ug. volgo*, nesciens *ego* 5 incolumina *P* 6 servum suum *Ug. volgo* eubeum *P* 7 īmitatu *P* se esse *Ug. volgo* 8 cresum *P Ug.*, Cresium *Ven.*⁴ egiptum *P* troiā *P Ug.*, Troia *Toll volgo* eumenā *P* cum *P*, etiam cum *Ug. volgo*, tum *ego* 9 pergens *P Ug.*, perurgens *Vin. volgo*, peragens *ego* et cogente *P Ug. volgo*, et *delevi* vespere *Ug. volgo* amicetur *P* 10 mlta *P* concidit *P*

XV.

40. Ἡ δ' εἰς εὐρυχόρην Λακεδαίμονα Παλλὰς Ἀθήνη. 459
⟨It⟩ Lacedaemonias arces Tritonia Pallas.

Telemachus a Minerva per somnium commonetur, domum ut rediret: maturoque digressus cubili, a Menelao veniam reversionis exorat. qua comiter impetrata regreditur ad navem in portu Pylio manentem Pisistratoque ad urbem atque ad patrem remisso ipse propere solvit e litore, comite navigationis assumpto Theoclymeno vate Argivo, uno ex iis quos Melampus Amythaonis erudivit. vitatisque insidiatoribus procis advehitur in patriam et sociis quidem portum petere iussis ipse diverso itinere ad agrum Eumaeumque proficiscitur.

XVI.

41. Τὼ δ' αὖτ' ἐν κλισίῃς Ὀδυσσεὺς καὶ δῖος ὑφορβός. 460
Commune Eumaeus mapale et divus Vlixes.

Telemachus Eumaeum nuntium reditus mittit ad matrem: ⟨ipse⟩ Minerva ita volente ⟨patrem⟩ cognoscit et cum eo deinceps agenda disponit. Penelopa autem cognito filii reditu ⟨in⟩ conventum procorum, qua verecundia sinebat, egreditur increpatisque insidiatoribus filii non minus irata quam maesta discedit.

XVII.

42. Ἦμος δ' ἠριγένεια φάνη ῥοδοδάκτυλος ἠώς. 461
Iam caelum roseis rutilat Tithonia bigis.

Telemachus anxiae matri ordinem peregrinationis enarrat. Vlixes ad oppidum Eumaeo opitulante perducitur. domum in qua proci epulabantur ingressus emendicat cibos miserabiliter ambiendo. inde ab Antinoo iniuriose afficitur. cui Penelopa diras ob inhumanum facinus imprecatur: a qua missus Eumaeus est, ut hospes (sic enim se ferebat) ad eam provocaretur. ⟨qui⟩ tum quidem invitatus gratiam facit, sed venturum sese ad vesperam pollicetur.

XVIII.

43. Ἦλθε δ' ἐπὶ πτωχὸς πανδήμιος, ὃς κατὰ ἄστυ. 462
Irus adest populi per mendicabula notus.

Mendicante intra lares proprios Vlixe alius quoque pari egestate Irus accessit, popularis Ithacensius, stipes in triviis solitus rogare. iurgium ergo inopiae communis

---

40. 1 ΕΥΡΙΧΟΡΗΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΑ *P* 2 it *supplevit Accursius*, at *Ug.*, ad *Par.*, *om. P* artes *P Ug.*, arces *Par.* 3 sompnium *P* commonetur *Ug.* maturoque *P Ug.*, matureque *Accursius* 4 degressus *P* īpetrata *P* 5 pilio molientem *P* pisisstratoque *P*, Prisistatoque *Ug.* patriam emisso *P Ug.*, patrem remisso *Toll* 6 clemono *P* 7 his *P*, is *Ug.* 8 aduerso *P Ug.*, diverso *Accursius* 9 Eumaeumque] meum meumque *P*

41. 1 ΟΔΥCCEYC *P* 2 comune cume' *P* mapalale *P Ug.*, mapale *Ven.*⁴ dirus *P*, divis *Ug.*, divus *Ven.*⁴ 3 cumeum nunc redditus *P* nuncium *Ug.* ipse *om. P* 4 patrem *om. P* Penelope *Ug.* (*semper*) aut *P* reditu filii *Ug. volgo* 5 in *om. P* procerum *Ug.* 6 moesta *Ug.* descendit *P Ug.*, discedit *Ven.*⁴

42. 1 ΗΡΙΓΕΝΙΑ *P* HOC *P* 2 titonia *P Ug.*, Tritonia *Ven.*⁴ *volgo* 4 cumeo oppitulante *P* 5 cibos] ambos *P* ambiendos *P* antino *P* 6 ob] ab *P* īprecatur *P* 7 at cum *P*, ad cū *Ug.*, ad eam *Ven.*⁴ qui *add. Barth, om. P Ug., an* is?

43. 1 OKATA *P* 2 populo *Heinsius* 3 mendicate *P* proprios lares *Ug. volgo* parit *P* 4 ithacēsius *P*, Ithacesius *Ug.* comunis *P*

aemulatione conseritur, quod ex verbis processit ad manus. hortantibus procis, quo magis rixa crudesceret, propositoque praemio caprini ventris omento. victor igitur Vlixes seminecem Irum extra ianuam proicit, ridicula adhortatione conpellans. Penelopa etiam munera sibi a procis pro opibus cuiusque conferri singulorum studia experiens deposcit: quae mature utpote a cupientibus offeruntur.

XVIIII.

44. Αὐτὰρ ὃ ἐν μεγάρῳ ὑπελείπετο δῖος Ὀδυσσεύς. 463

At parte interiore domus secretus Vlixes.

Vlixes cum Telemacho arma omnia de medio amoliuntur, procis perniciem conparantes, ne quicquam munimenti aut teli relinqueretur, qui vel cavere vim vel inferre possent. ad Penelopam deinde accitu ipsius pergit ibique, ut Eumaeo dixerat, Cretensem se esse mentitur Vlixemque apud se hospitio deversatum conminiscitur. mox cum Euryclia ipsius nutrix hospitalis officii causa pedes eius elueret, tactu manus animadvertit cicatricem, quam habebat ex vulnere in Parnaso quondam suis dente percussus. quo argumento alumnum suum esse cognoscit, sed ab eodem, ne quid ultra vel quaerat vel garriat, coercetur.

XX.

45. [Iamque procos genua amplectens orabat Vlixes]. 464

Epulantibus procis Ctesippus in Vlixem crus bubulum iacit, sed destinatione non potitur. Theoclymenus autem aput Ithacensios divinationis expertae inminens procis vaticinatur exitium. quorum multa cavillatione derisus mensa et domo tamquam furiosus excluditur.

XXI.

46. Τῇ δ' ἄρ' ἐπὶ φρεσὶ θῆκε θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη. 465

Hic mentem dedit Icariae Tritonia Pallas.

Vlixes Eumaeo et Philoetio fidei eorum industriaeque confisus quis sit revelat. et postquam facta cognitio est, caedem procorum ⟨ex⟩ tempore instrui placet. quos Vlixes astu aggreditur, ut ipsum quoque intendendo arcum vires seniles explorare patiantur. quem uni quondam Vlixi facilem si quis intenderet, habiturus esset praemium,

---

5 ortantibus *P* 6 uetris *P* 7 adortatione *P* compellans *Ug.* 8 cuiusqueque *P*

44. 1 ΥΠΕΛΕΤΟ *P* 2 ulnoes *P* 3 cum] et *Floridus Bip.* arma *add. Ug., om. P* proniciem *P* 4 cōparantes *P*, comparantes *Ug.* quidquam *P*, quid aut *Ug. volgo* relinqueretur *P* 5 ad in *P Ug.*, in *om. Ven.*[4] penelopem *P Ug.*, Penelopen *volgo*, Penelopam *ego* inde *Ven.*[4] *volgo* cumeo *P* 6 certensem *P* diuersatum *Ug.* comminiscitur *Ug.* 7 euriclia *P* eius *Ug. volgo* 8 animauertit *P* pānaso *P*, Parnasso *Ug.* 9 qui *P* alunnum *Ug.* agnoscit *Ven.*[4] *volgo* 10 cariat coercitur *P*

45. 1 proces *P*; *hic versus ad exemplum eorum, quae Odyss. XVII 365 sq. leguntur, compositus esse videtur*; *Hartel eum ex Odyss. XX 178 profectum esse statuit* 2 resippus *P*, Eresippus *Ug.*, Ctesippus *Accursius* ulixen *P*, Vlyssem *Ug.* 3 thecolimenus *P*, Theoclimeus *Ug. corr. Ven.*[4] ā *P*, autem *Ug.* apud *Ug.* Ithacenses *Ug.* exparte *P Ug.*, expertae *Par.*, expertus *Ald. volgo* īminens *Ug.* 4 caulatione derrisus *P* tanquam *Ug.*

46. 1 ΦΡΕC *P* 3 philotio *P*, Philaetio *Ug.*, Philoetio *Scal.* confixus *P*, confissus *Ug.*, confisus *Par.* qui *P Ug.*, quis *Scal.* 4 tempore *P volgo*, pro tempore *Ug.*, ex tempore *ego*

ius Penelopae nuptiarum. sed prohibentibus procis, ne id ridiculus et mendicus auderet, quod frustra iuventus tam electa temptasset, dat Telemachus Vlixi ceteris abnuentibus experiendi potestatem. et hinc nascitur admiratio prima virtutis, dedecore suo ceteris erubescentibus, quorum ignaviam senex et mendicus arguerit.

XXII.

47. ⟨Αὐτὰρ ὃ γυμνώθη ῥακέων πολύμητις Ὀδυσσεύς⟩. 466

Squalentes umeris habitus reiecit Vlixes.

Vlixes loco ulteriore capto intendit arcum omnibusque foribus occlusis, ne qua pateret effugium, plerosque vino saucios aut novitate rei stupidos aut quidlibet aliud meditantes conficit. cum primum omnium confixisset Antinoum, qui audacia et petulantia ceteros superaverat, Eumaeus et Telemachus et Philoetius sumptis et ipsi armis egregia in consternatos caede grassantur. iamque omnibus interemptis duobus tantummodo parcitur, Phemio citharoedo, qui ministerii causa adhibitus nihil omnino in Vlixis domo quod contumeliosum esset ediderat et Medonti praeconi, cuius modestiae etiam Telemachus suffragatur. at qui cum Telemacho erant Melanthium famulorum Vlixis unum, qui procorum proterviam semper armaverat, cruciabiliter occidunt. puellas inde duodecim, quae cum procis flagitiose consueverant, suspendio perimunt. Vlixes caede ad plenum perpetrata ignem adolet incensoque sulphure domum piaculo purgat.

XXIII.

48. ⟨Γρηῢς δ' εἰς ὑπερῷ' ἀνεβήσετο καγχαλάωσα⟩. 467

Chalcidicum gressu nutrix superabat anili.

Euryclia nutrix gestae rei nuntia Penelopam de somno excitat. quae advenientem ad se maritum non temere ipsum esse ⟨se⟩ persuadet, ⟨et⟩ quadam cubiculi lege et genialis lectuli positu sibi tantum et Vlixi cognito, an ipse sit maritus, explorat. in coetum deinde conveniunt totamque noctem mutuo sermone consumunt. et hic quidem elegans replicatio laborum, quos Vlixes pertulit, mira concinnatione colligitur.

XXIIII.

49. ⟨Ἑρμῆς δὲ ψυχὰς Κυλλήνιος ἐξεκαλεῖτο⟩. 468

Tartaream vocat in sedem Cyllenius umbras.

Procorum animas recenti et communi caede congestas catervatim Mercurius ad inferna conpellit. tunc circa Agamemnonem manes heroici congregantur miratique

---

7 penelope *P*, Penelopes *Ug. volgo* 8 lecta *Ug. volgo* tētasset *Ug.* 9 prima] persona *P* 10 et *P ms. Accursii, om. Ug.*

47. 2 squallentes *Ug.* humeris *P Ug.* 3 exclusis *P* 5 audatia *P* 6 Eumaenos *Ug.* 7 consternantes *P* 8 phoemio *P* cythardo *P*, citharedo *Ug.* nichilo (nihilo *Ug.*) minus *P Ug.*, nihil omnino *Accursius* 9 cūtumeliosum *P* Medonte *Ug.* uni *P Ug.*, praeconi *Accursius* 10 suffragatura *P*, suffragabatur: et *Ug. volgo*, suffragatur. at *ego* cumq3 *P*, cum *Ug.* melantium *P* 11 procerum *Ug.* protermam *P* 12 ·xii· *P Ug.* prosis *P* 13 sulphore *P*

48. 2 superabat superabat *P* 3 euritia *P* gestu *P* nuncia *Ug.* Penelopea *Ug.*, Penelopen *volgo* 4 timere *P* se *addidi*; persuadetur *coniecit Hartel* et *post* persuadet *addidi* geniali lectulis *P* 5 ulixe *P* cetum *P*, coitum *Ug.* 6 sermonem *P* h *P*, hic *Ug.*, hinc *Par. volgo*

49. 2 vocant *Ug.* 3 procerum *Ug.* retenti *P* comuni *P* 4 compellit *Ug.* agamenonem *P*

lectorum iuvenum congregem densitatem uno agmine conmeantum causas interitionis accipiunt. tum apud inferos quoque virtus Vlixis et Penelopae pudicitia praedicantur ab Agamemnone prae ceteris, cui dispar fuerat in utroque fortuna. Vlixes ad Laertem patrem in agrum profectus inopinato et reditu et rerum gestarum relatu afficit senem: afficitur ab eo cognitis quas exanclasset aerumnis. subinde et patres procorum neces iuvenum properant ultum ire consilioque et vi communicatis ante expectatum ⟨in⟩ agro superveniunt. sed eos iam comitatior Vlixes fundit fugatque. verum gliscentibus odiis et maiore seditione aut tumultu spectato ex sententia Iovis in Ithacam Minerva descendit et conciliata utrimque pace studia et motus partium rerum gestarum abolitione conponit.

II.

DE ROSIS NASCENTIBVS.

Ver erat et blando mordentia frigora sensu 361 (Edyll. XIIII; A. L. 646)
spirabat croceo mane revecta dies:
strictior Eoos praecesserat aura iugales
aestiferum suadens anticipare diem.
errabam riguis per quadrua compita in hortis
maturo cupiens me vegetare die.
vidi concretas per gramina flexa pruinas
pendere aut holerum stare cacuminibus

II. 2 Ovid. Met. III 150 croceis invecta rotis Aurora

5 congregem *P*, gregem *Ug.*, cum grege *ms. Accursii* conmeantem *P*, comeante *Ug.*, commeantem *ms. Accursii volgo*, commeantum *Graevius* 6 ulixes *P* puditicia *P* 8 inoppinatu et *P Ug. corr. Par.*, et inopinato *Scal. volgo* elatu *P* affēt *P*, affecit *Ug.*, afficit *ego* 9 cognita *Ug.* exantlasset *P Ug. volgo* aerumnas *Ug.* 10 ultu *P* communicationis *Ug.* exspectatum *P* in *addidi* 11 fugato *Ug.* 12 maiores seditiones *P Ug. corr. Ven.*^{4} ythacam *P* 13 utrumque *Ug.* 14 componit *Ug.* Ausonii Periocha Iliados et Odysseae Homeri expliciunt *Ug.*

II. *A = Augustanus (Trevericus) 998 saec. XI. B = Bembinus (Vaticanus 3252) saec. VIIII f. 12^r. ε = Basiliensis F III 3 saec. XV. H = Helmstadiensis 332 saec. XV f. 62^v. l = Vossianus 96 saec. XV. M = Mellicensis saec. XI f. 228^r. P^1 = Paris. 8093 saec. X f. 72^v. P^2 = Petavianus. P^3 = cod. bybliothecae divi Victoris in Parisiorum suburbio, ex quo carmen descriptum est in exemplari Iuntino; cf. prooemii p. XXXVI. V = Vossianus 81 saec. XV. Y = Thuaneus (Paris. 8069) saec. XI f. 121^r. X = Paris. 7927 saec. X f. 8^r. Z = Vossianus 849 saec. XV. Par. = editio Parisina. collatos praeterea habui ab Henrico filio codd. Harleianos 2534 (f. 127^r) saec. XIII, 3963 (f. 245) saec. XV, Etonensem Bl. 4, 12 (f. 47^v) saec. XIIII, ipse excussi Vindobonenses 3108 (f. 231^r), 3224 (f. 103^v) saec. XV, quos paucis tantum commemoravi locis. conspirant cum deterioribus, Vind. 3108 cum ε.* P. V. M. (P. V. Maronis *P*^{2}, Publii Virgilii *B*) egloga (ecloga *P*^{2}, gloga *X*) [*sc. de viro bono*] finit (*fin. B*). eiusdem (Virgilii egloga *add. B*) de rosis nascentibus (uascentibus *Y*, egloga *add. AYX*, ecloga *P*^{2}) incipit (feliciter inchoat *B*) *ABP*^{2}*YX*, De rosis nascentibus eiusdē incipit *P*^{1}, Incipit egloga uirgilii de rosis nascentibus *M*, Publii Virgilii Maronis Rosarum liber incipit *V*, Publius Maro de uere nouo ad amasiā incipit *l*, P. Virgilii Maronis Rosae ε, Rosetum *Z*, De Rosis Publii Maronis Virgilii Parthemias Mantuani libellus feliciter incipit. Legas felix *Harl. 3963*, P. Virgilii Maronis Rosettum. Incipit feliciter *Vind. 3224*, Sequitur rosa Virgilii *Vind. 3108*, *nullum lemma in H, Harl. 2534, Etonensi*; Eiusdem Ausonii Rosae *P*^{3}, Ausonii Rosae quae perperam Maroni adscriptę ex fide uetusti codicis auctori [*sc.* Ausonio] assignantur *Par.* 1 mordenda *A* frigore *ABP*^{1}*P*^{2}*X*, frigorae *Y* morsu ε 2 retecta *HZ*, referta *l* 3 eohos X, eoas ε, aeoos *A Par.* processerat *l* ora *H* 4 antecipare *M* 5 quadra *l*, quadra et *HZ* competa *ABYX*, compēta *P*^{1} herbis *BMP*^{1}ε, hertis *Y*, ertis *X*, ortis *HlV* 6 uegitare *BP*^{1}*P*^{2}*YX* 8 holerum *BMP*^{1}*YX*ε, olerum *cet.*

caulibus et patulis teretes conludere guttas
. . . . . .
vidi Paestano gaudere rosaria cultu
exoriente novo roscida Lucifero.
rara pruinosis canebat gemma frutetis
ad primi radios interitura die.
ambigeres, raperetne rosis Aurora ruborem
an daret et flores tingeret orta dies.
ros unus, color unus et unum mane duorum:
sideris et floris nam domina una Venus.
forsan et unus odor: sed celsior ille per auras
difflatur, spirat proximus iste magis.
communis Paphie dea sideris et dea floris
praecipit unius muricis esse habitum.
momentum intererat, quo se nascentia florum
germina conparibus dividerent spatiis.
haec viret angusto foliorum tecta galero,
hanc tenui folio purpura rubra notat,
haec aperit primi fastigia celsa obelisci
mucronem absolvens purpurei capitis.

---

11 Verg. Georg. IIII 119 rosaria Paesti, *cf.* Ennod. Carm. I 9, 146 25 Anth. Lat. 84, 3 sqq. prima papillatos ducebat . . . corymbos, altera puniceos apices umbone levabat, tertia non totum calathi patefecerat orbem . . . sic, dum virgineus pudor exsinuatur amictu; *cf.* Anth. Lat. 87, 2 sqq.

---

9 cauribus *V* teretes patulis *AHlVZ* conludere *ABHMP*^{1}*P*^{2}, concludere *VYX*, conducere *l*, colludere *cet.* 10 *om. ABMP*^{1}*P*^{2}*YX* et caelestis aquae pondere tunc grauidas (grauidos *ε*) *B* (*in mg. m. rec.*) *P*^{3}*ε*, *Vind. 3108*, *Par. volgo* [et *in* e *mutavit Heinsius*, tunc *in* iam *Ribbeck*, gravidis *Heinsius*]; *contra in Paris. 7936 saec. XIII*, *Harl. 2534*, *Etonensi*, *Vindob. 3224 hic v. legitur*: Nox assueta diu fecerat illud idem; in *Z*:

Nox assueta diu fecerat illud idem
Vidi paestano gaudere rosaria cultu,
Et caelestis aquae pondere tunc grauidos,

denique in HlV Harl. 3963:

Nox assueta diu fecerat illud idem
Et celestis aq̄ pondere tunc grauidos. eat
Vidi pestano gaudere rosaria cultu,

(*v. 1* asueta *H*, *in quo una linea post v. primum vacua relicta*; steterat *l*; idem] diem *V*; *v. 2* grauidas *l*; eat *om. lV Harl.*; *v. 3* postano *l*); *cf. Anth. Lat. 200*, *17* Et micant lacrimae trementes de caduco pondere 11 candere *Scriverius* 12 *om. P*^{1} rosida *H* (*m*^{1}) 13 candebat *lV* gemina *P*^{1}*X* frutectis *ABMP*^{1}*P*^{2}*YX*, fructectis *H*, fruetis *l* 14 primos *P*^{3}*Vε*, primū *l* radios *P*^{3} (s *post add.*), radio *l* inter aura *Y* diee *M* 15 raperet nerosis *A*, raperet renosis *M* aurora] ^{tūc} aura *B* (tūc *m. rec.*), tunc aura *ε*, aura *P*^{1}*X* 16 tingueret *ABMP*^{1}*P*^{2}*YX* 17 rosunt *Y*, rosumus *AP*^{2}, ros unorum *X* deorum *ε* 18 nam] est *Zε*, nam est *H* una *om. Y* unaq. *H* 19 fosan *Y*, forsitan (*om.* et) *lV* set *Y*, sed *cet.* 20 diffle *B* (*in mg. m. rec.* ł difflatur) *MP*^{1}*P*^{2}*YX*, difflo *A*, difflatur *P*^{3}*ε Par.*, diffluit et *HVZ*, defluit *et l* spirat *Y* diffluit: exspirat *Toll volgo* proximus] forsitan *l* 21 paphiae *B* (paphiae) *AMP*^{1}*YX*, paphię et *l*, pasithe *H* de *H* (*m*^{1}), sea *l* 22 praecepit *M* miricis *M* abitū *X*, rosam *HZ* 23 intereat *H*, interea Z quo *H* (qui *m*^{2}) nascenda *A*, nectentia *Z* 24 germine *H* (*m*^{1}) comparibus *BP*^{1}*P*^{2}*XZ Par.*, cum patribus *M*, disparibus *HlP*^{3}*V* diuidit in *Z*, diuidit^{rent} ut *H* (rent *m*^{2}) spadis *A* 25 nec *H* filiorum *V* galera *l* 26 hac *BMP*^{1}*YXlV*, ac *A* tenus in *B* (*in mg. m. rec.* ł tenuis) *MP*^{1}*YX*, tenus et *AlVZ*, tenui et *H*, tenui *P*^{3}*ε Par.* nitet *V* 27 prima *B* (*corr. primi*) *AMP*^{1}*YXε* fastidia *M* oboelisci *YX*, obellisci *M*, *om. Eton.*, obelisci *Harl. 2534* (*s. v. m*^{2} umblici) haec aperit primi fastigia celsa (*deinde vacua relicta linea una*) | hec aperit prime florens p̄ludia forme *V*, haec aperit primae florens praeludia formae | hec aperit primi fastidia celsa obvlisci *H*, haec aperit primae florens praeludia formae (*ceteris omissis*) *lZ Harl. 3963* 28 absolueris *A*, evolvens *Heinsius*, *an* exsolvens? porpurei *M*, purpurii *l* capidis *A*

vertice collectos illa exsinuabat amictus
iam meditans foliis se numerare suis:
nec mora: ridentis calathi patefecit honorem
prodens inclusi semina densa croci.
haec modo, quae toto rutilaverat igne comarum
pallida conlapsis deseritur foliis.
mirabar celerem fugitiva aetate rapinam
et dum nascuntur consenuisse rosas:
ecce et defluxit rutili coma punica floris,
dum loquor, et tellus tecta rubore micat.
tot species tantosque ortus variosque novatus
una dies aperit, conficit ipsa dies.
conquerimur, Natura, brevis quod gratia . . . . .:
ostentata oculis ilico dona rapis.
quam longa una dies, aetas tam longa rosarum,
quas pubescentes iuncta senecta premit.
quam modo nascentem rutilus conspexit Eous,
hanc rediens sero vespere vidit anum.
sed bene, quod paucis licet interitura diebus
succedens aevum prorogat ipsa suum.
collige, virgo, rosas, dum flos novus et nova pubes,
et memor esto aevum sic properare tuum.

---

45 *cf.* Helvii Cinnae Zmyrnae fragm. apud Serv. ad Verg. Georg. I 288 te matutinus flentem conspexit Eous, et flentem paulo vidit post Hesperus idem 49 sq. Anth. Lat. 84, 9 ne pereant lege mane rosas: cito virgo senescit

---

29 colectos *A* exsinuabat *Alε*, exundabat *HZ*, exinuabat *cet.* 30 numrarare *M* 31 hec *H*, haec *Z* modo lydentis *Z* ridentes *M* calati *Hl* patefacit *A*, patefeci *X* odorem *Z* 32 procedens *X* femina *MYX* densi *Y*, dsensa *H* 33 tot^{o} *H* (o m^2) rutilauera^{t} *H* (t m^2) igna P^1, ige *M* comatrum *M* 34 collapsis *HlP*^{3}*Z Par.* 35 ruinam *Heinsius* 37 ecce et] quam cito *HlVZ* et *om. X, s. v. M* deflusitrutali *A* riuuli *Y*, rutuli *H* (m^1) *X* 38 tellus] nullo *Z*, nulla *H* (tellus *m. rec.*) tacta $P^1ε$ rûbore P^1 micae *A* 39 tantos torsos *l* uariusq. *A* 40 una] ipsa *ε* comficit *Y*, cõflectit *X* ipsa] una *HP*^{3}*Z volgo* 41 *lacunam significavi*; florum est *add. B* (*m. rec.*) $P^3ε$ *Par. volgo et om.* est *H Harl. 3963*, talis *AVl Harl. 2534 Eton. Vind. 3224* 42 obstentata *V*, ostenta *A* occulis *Y* illico *AHlP*^{3} *Par.* raptis *H* 44 quas] cum *AlV Harl. 2534 Vind. 3224*, est *Eton.* puhescenti *A*, pubescenti *V Harl. 2534 Eton. Vind. 3224*, pubescendi *l* uincta *Y* premit $P^3ε$ *Par.*, breuis *cet.* 45 rutilis *B* (i *pr. ex* u) P^1*YXl et M* (*ut videtur*), rutuli *H* (m^1) conpexit *A* eos *X*, euois *M*, edus *A* 46 cuidit *X*, dixit *l* unum *A* 47 set *V* quod] quid *H*, que *V*, qnam *lZ* 48 succendens *A*, succedes *V* aevum] et euũs *H* (*corr. m. rec.*) illa *lV* 49 conlige *V* uiro *B* (*corr. m. rec.* uirg^{o}) unus *H* 50 et] sed *H* est *M* Publii Virgilii (P. V. *AP*^{1}*YX*) Maronis (M. *AYX*) (egloga *add. BYX*) de rosis finit *BP*^{1}*YX*, eiusdem moretum (ammoretum *Y*, muretum *A*) incipit *AYX*; *idem sequitur in BP*^{1}

III.

SEPTEM SAPIENTVM SENTENTIAE SEPTENIS VERSIBVS EXPLICATAE.

1.

BIAS PRIENEVS.

Quaenam summa boni est? mens quae sibi conscia recti. I 309
pernicies homini quae maxima? solus homo alter.
quis dives? qui nil cupiet. quis pauper? avarus.

III. **1.** 1 *cf.* Walterus Burleius de vita et moribus philosophorum s. v. Bias: Interrogatus Bias quid sit in hac vita optimum ait: 'mens sibi bonae rectitudinis conscia'. 2 De mor. 5 Quid est homini inimicissimum? alter homo. Stob. Fl. II 43 Ἀνάχαρσις ὁ Σκύθης ἐρωτηθεὶς ὑπό τινος τί ἐστι πολέμιον ἀνθρώποις; 'αὐτοὶ' ἔφη 'ἑαυτοῖς'. Plin. N. H. I 7 at hercule homini pluruma ex homine sunt mala. Cic. de off. II 5, 16 atque ut magnas utilitates adipiscimur conspiratione hominum atque consensu, sic nulla tam detestabilis pestis est, quae non homini ab homine nascatur 3 De mor. 46 Quis plurimum habet? is qui minimum cupit (*cf.* 57 Quae est maxima egestas? avaritia). Sen. Epist. 2, 6 Cui cum paupertate bene convenit, dives est. non qui parum habet, sed qui plus cupit, pauper est. poet. inc. ap. Sen. Epist. 108, 11 Is minimo eget mortalis, qui minimum cupit. Sen. Epist. 119, 6 Qui multum habet, plus cupit. Stob. Fl. XVII 31 Σωκράτης ἐρωτηθεὶς ὑπό τινος πῶς ἂν γένοιτό τις πλούσιος; 'εἰ τῶν ἐπιθυμιῶν' ἔφη 'εἴη πένης'. Caec. Balb. Mon. 12, 8 p. 23. Sen. Epist. 108, 9 Desunt inopiae multa, avaritiae omnia (Publ. Syr. 236 W.)

III. **1.** *cf. Baehrens Poet. lat. min. III 159 sqq. — A = Angelicanus V 3, 22 saec. XI f. 33^{v} (cf. Melet. Vindob. II 296). L = Laudianus Misc. 87 saec. XII f. 175 sq. P = Paris. S. Germ. lat. 1044 saec. XI. R = Paris. lat. 9344 saec. XI f. 41^{v}. B = Basil. B X 35 saec. XIII. M = Bamberg. saec. XIII. λ = Laurent. 37, 25 saec. XV f. 33^{v}. V = Vindob. 2521 saec. XII f. 42^{r} (cf. Eph. gymn. Austr. 1864, 574). V^{2} = Vindob. 3150 saec. XIIII f. 177^{v}. V^{3} = Vindob. 965 saec. XIIII f. 133^{v}. V^{4} = Vorauensis 111 saec. XII f. 51^{v}. m = Monac. 14506 saec. XII. m^{2} = Monac. 5417 saec. XV. D = cod. in bybliotheca sodd. Dominicalium, quae fuit olim Burdigalae, quo codice usus est Vinetus. — In VV^{4}m septem, in m^{2} sex tantum inde a primo leguntur versus. A contulit G. Meyncke, L Henricus Schenkl, R W. Zingerle, m et m^{2} C. Halm, λVV^{2}V^{3}V^{4} ipse excussi; in PBM usus sum Woelfflini libro 'Publili Syri sententiae' (p. 149). In codd. ALPRBMλV^{2}V^{3} septenis versibus singula septem sapientum superscripta sunt nomina: contra in VV^{4} singuli versus singulis tribuuntur sapientibus. atque eandem rationem m sequitur, id quod ex inscriptione intellegitur. itaque Endlicher (cf. cat. codd. lat. bybl. Pal. p. 171) id egisse statuit huius carminis scriptorem, ut in unoquoque capite singulas ad singulos sapientes referret sententias. cui coniecturae id in primis videtur obversari, quod in singulis capitibus binae sententiae ultimae artissimo inter se coniunctae sunt vinculo. nam quin in capite septimo quoque cum BMV^{2} duo qui inter se sunt oppositi versus ultimo loco collocandi sint, equidem non dubito* Septem sapientum (sapientium *RV*^{3}) sententiae septenis uersibus (uerbis *B*) explicatae *LPRBMV*^{2}*V*^{3} *Ug.* (sept. uers. expl. *om. P;* Sententiae septem sapientum *Ug.*). *subsecuntur in LRV*^{3}: in quibus (quis *L*) aliquid ipsarum (ipsarum aliquid *V*^{3}) est obseruatum *LRV*^{3}, *in B* ipsorum est obseruatum, *in M* ipse est modus, *in V*^{2} ipsorum est modus, *tum pergunt LRBMV*^{2}*V*^{3} ut bini ultimi uersus (uersus ultimi *R*) per antitheta finiantur, *in V*^{2} *deinceps leguntur haec*: O uirtus uirtus quae etiam per inimicos tuos non taces. — Nomina septem sapientum qui fuerunt in diebus iochim regis iudee cum quo daniel captiuatus est fueruntque in tempore seruii principis romanorum *A*, Hi sunt Phorum sententiae septenis uersibus expeditae quorum prior bias prieneus sic exorsus est λ, Septem sapientes. Pytacus mitilenus. Solon atheniensis. Pylion spartanus. Cleobolus lydius. Thales mylesius. Periander chorintius. Byas brieneus. Hae sunt sententiae eorumdem *m*, Versus septem sapientum *V*, *in V*^{4}m^{2} *nullum lemma.* I. Bias Prieneus *ALPRB*, Pittacus mityleneus *MVV*^{2}, *om. cet.* (*foedas in nominibus corruptelas non adnotavi*) 1 pitagoras mitilenus *V*, *om. V*^{4}; *v.* 2 *ante v.* 1 *m* est *ALPRmm*^{2}, *om. cet.* quae sibi *V*^{3}*V*^{4}λ *Ug. Burl.*, *om. LR*, semper *APBMV*^{2}, est sibi *V* quae mens sibi *m*, quae mens est *m*^{2} 2 solon atheniensis *VV*^{4} pernities *Amm*^{2} hominis *MV*^{2}*m*^{2}, hominum *AV*^{3} *Ug.* 3 plinius spartanus *VV*^{4} qui diues λ quis (s *eras.*) nil *A* cupi^{t}et *A* (t m^{2}), cupit et *VM*, cupiat *D volgo*, cupit at *Heinsius*

quae dos matronis pulcherrima? vita pudica.
quae casta est? de qua mentiri fama veretur.
quod prudentis opus? cum possit, nolle nocere:
quid stulti proprium? non posse et velle nocere.

PITTACVS MITYLENEVS.

Loqui ignorabit, qui tacere nesciet. II 310
bono probari malo quam multis malis.
demens superbis invidet felicibus.
demens dolorem ridet infelicium.
pareto legi, quisque legem sanxeris.
plures amicos re secunda comparas:
paucos amicos rebus adversis probas.

CLEOBVLVS LINDIVS.

Quanto plus liceat, tam libeat minus. III 311
fortunae invidiast inmeritus miser.
felix criminibus non erit hoc diu.
ignoscas aliis multa, nihil tibi.

---

6 Publ. Syr. 397 Nocere posse et nolle laus amplissima est. Menandri mon. 638 Ἀνὴρ δίκαιός ἐστιν οὐχ ὁ μὴ ἀδικῶν, ἀλλ' ὅστις ἀδικεῖν δυνάμενος μὴ βούλεται. Caec. Balb. p. 21 et 38: Plato dixit triumphum innocentiae solum esse non peccare ubi liceat posse 7 Cic. ad Fam. III 10, 6 tamen ea stultitia certe non fuissem, ut aut in obscuro odio apertas inimicitias aut, in quo tibi nihil nocerem, summam ostenderem voluntatem nocendi 8 De mor. 132 Qui nescit tacere, nescit et loqui. Vinc. Bell. spec. mor. III 1, 4 'Hiero (Hieronymus W.). Bene loqui nescit, qui tacere non novit'; cf. Caec. Balb. p. 86. W. Burleius s. v. Pythagoras: 'Loqui ignorat, qui tacere nescit', haud absurde, cum Pythagoras discipulos per quinque annos silentium habere iusserit 9 De mor. 8 Non quam multis placeas, sed qualibus stude; cf. 36 Maximum in eo vitium est, qui non melioribus vult placere, sed pluribus. Att. Epin. 5 Probis probatum potius quam multis fore. Mart. Dum. de form. hon. vitae 2, 11 Nec quam multis, sed qualibus placeas, cogita 13 sq. De mor. 51 Amicos res secundae optime parant, adversae autem certissime probant 15 Sen. Troad. 336 Minimum decet libere cui multum licet. W. Burleius s. v. Cleobulus: Quanto plus liceat, tanto libeat minus 18 De mor. 111 Alteri semper ignoscito, tibi ipsi numquam; cf. Caec. Balb. Mon. I 4 p. 18. Publ. Syr. 165. Plut. Cat. mai. 8 καὶ συγγνώμην ἔφη διδόναι πᾶσι τοῖς ἁμαρτάνουσι πλὴν αὐτοῦ (apophth. Cat. mai. 8)

---

4 *om.* V^4 cleobolus lictius VV^4 matronae V (*s. v.* ł is) MV^2 *volgo* 5 thales milesius VV^4 est *om.* B 6 periander corinthius VV^4 quod V (*s. v.* ł i), quid $BMmm^2$ prudenti opus ē p cum A sapientis V (*s. v.* ł prudentis) V^4m^2 possis P 7 bias prienicus V, *om.* V^4 quod $LR\lambda D$ non] nec A

II. Pittacus mityleneus (mytileneus λ) $ALPRB\lambda$, Bias prieneus MV^2V^3 8 loqui non licebit B (non scibit *Ribbeck*) nesciat P, nescit V^3 *Ug.* 9 bonis V^2 bonos i. magis uolo probari uno quam V^3 quam uti multis V^2 10 *hic omissum in fine huius capitis add.* R superbus λV^3, superbit V^2 *felicibus A 11 inselitium λ *Ug.* 12 parcito RV^3; *cod. Par. 4081 Soloni tribuit*: '*Pati legem quam alteri tuleris*' quisquis λV^3 13 compares $P\lambda$ *Ug. Erasmus*, compara D *Lugd. volgo* 14 proba λD *Ug. volgo*, probes *Erasmus*

III. Cleobulus lindius *codd.* (*om.* V^3) 15 tam] tantî L (tî *in ras.* m^2), tum λ, tanto *Ug.* 16 inuidiae est B, inuidia est *cet.* inmeritus R, in meritis V^3, immeritus *cet.* 17 non] nemo V^2 hoc] LRV^3, homo λ, *om. Ug.* nullus erit diu *Ven.*^{4} *volgo*

parcit quisque malis, perdere vult bonos.
maiorum meritis gloria non datur:
turpis saepe datur fama minoribus.

PERIANDER CORINTHIVS.

Numquam discrepat utile ab decoro. IIII 312
plus est sollicitus magis beatus.
mortem optare malum, timere peius.
fac sis, ut libeat, quod est necesse.
multis terribilis caveto multos.
si fortuna iuvat, nihil laboris:
si non adiuvat, hoc minus laboris.

SOLON ATHENIENSIS.

Tum beatam dico vitam, cum peracta fata sunt. V 313
par pari iugator coniunx: quicquid inpar, dissidet.
non erunt honores umquam fortuiti muneris.
clam coarguas propinquum, propalam laudaveris.

---

19 De mor. 114 Bonis nocet qui malis parcit. Publ. Syr. 55. Pythagoras apud Stob. Fl. XXXXVI 112 Οἱ μὴ κολάζοντες τοὺς κακοὺς βούλονται ἀδικεῖσθαι τοὺς ἀγαθούς (cf. 25 Ἰσαίου). Sall. Cat. 52, 12 ne dum paucis sceleratis parcunt, bonos omnis perditum eant. Iug. 31, 27 ne ignoscundo malis bonos perditum eatis 23 De mor. 103 Mihi crede: non potes esse dives et felix. Sen. Epist. 14, 18 Nemo sollicito bono fruitur 24 Publ. Syr. 212 Mortem timere crudelius est quam mori. Sen. Contr. III 5, 4 Crudelius est quam mori semper mortem timere. Publ. Syr. 313 Mori est felicis, antequam mortem invocet. Sen. ad Marc. 20 Mors de nullis melius merita quam de iis, ad quos venit antequam invocaretur 25 De mor. 6 Libenter feras, quod necesse est. Sext. Pyth. sent. 111 Fer quod necesse est 26 De mor. 61 Qui a multis timetur, multos timet. Publ. Syr. 338 Multos timere debet quem multi timent. Sen. Epist. 105, 4 qui timetur timet. Dec. Laber. 3 R. Necesse est multos timeat quem multi timent (cf. Ioann. Saresb. Pol. VIII 14). Solon apud Ant. Meliss. serm. περὶ βασιλέως (Orelli op. mor. I 162, 19) Ὁ πολλοῖς φοβερὸς ὢν πολλοὺς φοβείσθω. Vell. II 57 de Caesare: mori se quam timere velle. Plut. Caes. 57 εἰπὼν ὡς βέλτιόν ἐστιν ἅπαξ ἀποθανεῖν ἢ ἀεὶ προσδοκᾶν 30 cod. Par. 4841 s. v. Cleobolus: Vxorem parem dicito (ducito *Woelfflin*) 32 De mor. 12 Amicos secreto admone, palam lauda

---

v. 20 *ante v.* 19 λ 19 parcit *etc. ALPRV*^{3} *codd. Poelmanni et Accursii* quisquis λ *Ug.* prodere λ *Ug.* bonos] malos *BD*, *om. MV*^{2} 20 maior λ *Ug.* maior uirtutis *M*

IIII. Ephirius periander λ, Periander corinthius *cet. Ug.*, *om. V*^{3} 22 nunquam *L*, nusquam *V*^{2} ab] a *M*λ *Ug.* decore *ALRV*^{3} 23 solicitus λ *Ug.* 24 malum est *LRV*^{3} 25 fac sis *LRV*^{3}*D*, fac sic *V*^{2}, fac sicut *M*, faxis *cet. volgo* 26 multos caueto λ, timeto multos *B* 27 nihil (nichil *A*, nil *LRV*^{3}, multum *B*) laboris *ALPRBMV*^{2}*V*^{3}, caueto tolli λ *Ug. volgo*, nihil labores *Baehrens* 28 *om. P* si non adiuuat] si fortuna iuuat λ *Ug.*, si fortuna tonat (premit?) *Ven.*^{4} *volgo* hoc minus laboris *A* (*qui om.* hoc) *LPRBMV*^{2}*V*^{3}, caueto mergi λ *Ug.*, hoc minus labores *Baehrens*

V. Solon atheniensis *codd.* (*om. V*^{3}) 29 tunc (tum *A*) b. d. u. *ALPRBMV*^{2}*V*^{3} *cod. Poelmanni*, tunc dico beatam uitam λ *Ug.*, dico tunc b. u. *D Erasmus volgo* peřacta cüm *A* fata λ*D cod. Poelmanni*, facta *cet.*, *om. B* fata cum peracta *D Erasmus* sint *ALRV*^{3}λ*D Ug. Erasmus volgo* 30 iugator *D Lugd.*, iu*gato *A* (n *eras.*), iugato *cet.* coniux *PBM*(?)*L Ug.* quidquid *PBM*(?) inpar *P*(?)*V*^{3}, impar *BM*(?) *cet.* impar est λ quod impar est dissidet *Ug.*, dissidet quod impar est *Erasmus* 31 honoris *ABMV*^{2} unquam λ *Ug.* fortuti *L*, fortuitu *AV*^{3}, fortuita *BMV*^{2} 32 propalam *ALRV*^{3} *cod. Poelmanni*, quem palam *P Par.*, palam λ *Ug.*, sed palam *BMV*^{2} *Erasmus*

pulchrius multo parari quam creari nobilem.
certa si decreta sors est, quid cavere proderit:
sive sunt incerta cuncta, quid timere convenit?

CHILON LACEDAEMONIVS.

Nolo minor me timeat despiciatque maior. VI 314
vive memor mortis, item vive memor salutis,
tristia cuncta exsuperas aut animo aut amico.
tu bene si quid facias, nec meminisse fas est.
quae benefacta accipias, perpetuo memento.
grata senectus homini, quae parilis iuventae:
illa iuventa est gravior, quae similis senectae.

ANACHARSIS SCYTHA.

Turpe quid ausurus te sine teste time. VII 315
vita perit, meriti gloria non moritur.
quod facturus eris, dicere distuleris.
crux est, si metuas, vincere quod nequeas.

---

34 De mor. 114a Si fatum est, quid times quod certum est. Publ. Syr. 100 Stultum est timere quod vitari non potest. Sen. de rem. fort. 2, 3 Stultum est timere quod vitare non possis 36 De mor. 78a Sic vive, ut nec a superioribus contemnaris nec ab inferioribus timearis 39 sq. Cic. Lael. 20, 71 quae (beneficia) meminisse debet is, in quem collata sunt, non commemorare qui contulit. Sen. de ben. II 11, 2 qui dedit beneficium taceat. Publ. Syr. 58 Beneficium qui dedisse se dicit, petit. Dem. de cor. 269 ἐγὼ νομίζω τὸν μὲν εὖ παθόντα δεῖν μεμνῆσθαι πάντα τὸν χρόνον, τὸν δὲ ποιήσαντα εὐθὺς ἐπιλελῆσθαι, εἰ δεῖ τὸν μὲν χρηστοῦ, τὸν δὲ μὴ μικροψύχου ποιεῖν ἔργον ἀνθρώπου. Publ. Syr. 188 R. Accepti numquam, cito dati obliviscere. Caec. Balb. Par. 32, p. 40 Acceptum beneficium aeternae memoriae infigendum. Menandri mon. 749 Χάριν λαβὼν μέμνησο καὶ δοὺς ἐπιλάθου 43 De mor. 59 Nullum magis conscium peccatorum tuorum timueris quam temet ipsum; alios enim potes effugere te numquam; cf. 108 Cum alios timueris, tum te ipsum maxime verere: nam sine aliis saepe esse potes, sine te numquam. Plut. apophth. Cat. mai. 9 μάλιστα ἐνόμιζε δεῖν ἕκαστον αὐτὸν αἰδεῖσθαι· μηδένα γὰρ ἑαυτοῦ μηδέποτε χωρὶς εἶναι. Isocr. ad Demon. 9 Μηδέποτε μηδὲν αἰσχρὸν ποιήσας ἔλπιζε λήσειν· καὶ γὰρ ἂν τοὺς ἄλλους λάθῃς, σαυτῷ γε συνειδήσεις. Caec. Balb. Par. 65, p. 42 Conscientiam [potius] quam famam intende; famam enim saepe poteris fallere, conscientiam numquam W. Burlei. s. v. Anacharsis 'Turpe quid ausurus te sine teste time'

---

33 pulcrius *AL*, pulc^{i}us V^3 est parari *P*, parari *cet.* 34 est *om. P* caueri $ALPRV^3$ poterit LRV^3 35 siue *A* (u *ex* s), que V^3 sint λ *Ug. volgo* timeri $ALRV^3$

VI. Chilon lacedaemonius *codd.* (*om.* V^3) 37 item vive memor] immemor ut sis uiue λ *Ug.*, uti sis memor et *Lugd. volgo* 38 exuperas *R*λ *Ug.*, exsuperans *P Ven.*4 *volgo* aut *ante* amico *om.* V^3 39 quid *om.* V^3λ *Ug.* nec] non λ *Ug.*, *om. A* 40 *om.* λ *Ug.* 41 homini $APλ$ *Ug.*, hominis *cet.*, hominist *Baehrens* quae *om.* λ *Ug.* similis LRV^3 iuuentute *A*, iuuentus *LRV* 42 iuuenta est $ALPRV^3D$, iuuentus (*om.* est) MV^2λ *Ug. volgo*, senectus (*om.* est) *B* gratior BMV^2 senecta *LR*

VII. Anacharsis scythes (schita *L*, scitha RBV^2 *codd. Poelmanni et Accursii*) $ALPRBMV^2$, Thales milesius λ *Ug. volgo*, *om.* V^3 44 meriti *ego*, mortis *codd.*, vitae *Baehrens* 45 quid λ *Ug.* sustuleris λ *Ug. volgo*, distuleris *cet. cod. Accursii* 46 metuis *A*

nil nimium. satis hoc, ne sit et hoc nimium.
cum vere obiurgas, sic inimice iuvas:
cum falso laudas, tunc et amice noces.

2.

DE SEPTEM SAPIENTIBVS. EX GRAECO.

Septenis patriam sapientum nomina voces 316
versibus expediam: sua quemque monosticha dicent.
Chilo, cui patiens Lacedaemon, noscere se ipsum.
Periander, Trepidam moderare, Corinthius, iram.
ex Mitylenaeis, Nimium nil, Pittacus oris.
Mensuram optimum ait Cleobulus Lindius in re.
expectare Solon finem docet, ortus Athenis,
plures esse Bias pravos, quem clara Priene,
Mileti fugisse Thales vadimonia alumnus.

---

2. Anth. Pal. VIIII 366 (ἄδηλον). Ἀποφθέγματα τῶν ἑπτὰ σοφῶν:
Ἑπτὰ σοφῶν ἐρέω κατ' ἔπος πόλιν οὔνομα φωνήν.
Μέτρον μὲν Κλεόβουλος ὁ Λίνδιος εἶπεν ἄριστον.
Χίλων δ' ἐν κοίλῃ Λακεδαίμονι Γνῶθι σεαυτόν.
ὃς δὲ Κόρινθον ἔναιε Χόλου κρατέειν Περίανδρος.
Πιττακὸς Οὐδὲν ἄγαν, ὃς ἔην γένος ἐκ Μιτυλήνης.
Τέρμα δ' ὁρᾶν βιότοιο Σόλων ἱεραῖς ἐν Ἀθήναις.
Τοὺς πλέονας κακίους δὲ Βίας ἀπέφηνε Πριηνεύς.
Ἐγγύην φεύγειν δὲ Θαλῆς Μιλήσιος ἠῦδα.
cf. A. L. 351, 882 (Hyg. fab. CCXXI). Sid. Apoll. XV 45.

---

47 *post* 49 *ALPRV*^{3}*λ Ug.* satis et hoc *A*, satis est *V*^{2}*λ Ug. volgo* ne] nec *LR* 48 uero *AR* obiurgas *LRV*^{3}, obiurges *cet.* uiuas *V*^{2} *et λ* (*m*^{2} iuuas) *Ug.* 49 *om. Ug.* laudas *LRV*^{3}*λ cod. Poelmanni*, laudes *cet.* sic *LRV*^{3}*λ Ug.*, tunc *cet. cod. Accursii* et] ut *V*^{3} uoces *V*^{2} Finiunt *LR*

2. De septem sapientibus. Ex Graeco *Ug., qui primus hoc epigramma protulit* 2 *cf. XXI 1, 3* 3 *fortasse* quem patiens, *ut est in v.* 8, patria est *Ven.*^{4} *volgo* 6 lyndius *Ug.* *hunc versum post v.* 2 *collocari iubet Accursius*

IIII.

CATONIS DE MVSIS VERSVS.

Clio gesta canens transactis tempora reddit. 367 (Edyll. XX; A. L. 664)
dulciloquis calamos Euterpe flatibus urguet.
comica lascivo gaudet sermone Thalia.
Melpomene tragico proclamat maesta boatu.
Terpsichore affectus citharis movet imperat auget.
plectra gerens Erato saltat pede carmine vultu.
signat cuncta manu loquiturque Polymnia gestu.
Vrania† poli motus scrutatur et astra.
carmina Calliope libris heroica mandat.

IIII. Anth. Pal. VIIII 504 (ἄδηλον) Εἰς τὰς Μούσας:

Καλλιόπη σοφίην ἡρωΐδος ηὗρεν ἀοιδῆς.
Κλειὼ καλλιχόρου κιθάρης μελιηδέα μολπήν.
Εὐτέρπη τραγικοῖο χοροῦ πολυηχέα φωνήν.
Μελπομένη θνητοῖσι μελίφρονα βάρβιτον ηὗρε.
Τερψιχόρη χαρίεσσα πόρεν τεχνήμονας αὐλούς.
ὕμνους ἀθανάτων Ἐρατὼ πολυτερπέας ηὗρε.
τέρψιας ὀρχηθμοῖο Πολύμνια πάνσοφος ηὗρε.
[ἁρμονίην πάσῃσι Πολύμνια δῶκεν ἀοιδαῖς].
Οὐρανίη πόλον ηὗρε καὶ οὐρανίων χορὸν ἄστρων.
κωμικὸν ηὗρε Θάλεια βίον καὶ ἤθεα κεδνά.

cf. 505, Anth. Lat. 88

IIII. *cf. Baehrens Poet. lat. min. III 243. inter Ausonii carmina ex Iodoci Badii Ascensii recensione recepit Vinetus. A = Angelicanus V 3, 22 saec. XI f. 32^v. B = Caroliruhensis 36 f. saec. VIIII—X f. 19. C = Cantabrigiensis coll. S. Trin. O 4, 11 saec. X—XI f. 96. L = Vossianus L. Q. 33 saec. X f. 133. G = Sangallensis 899 p. 65. P = Paris. 7930 saec. XI f. 204. T = Turicensis 78 saec. VIIII f. 118. V = Valentianus 393 saec. VIIII f. 88. V^2 = Valentianus 394 saec. X f. 47^r. cod. G scripturas ipse enotavi, A contulit A. Mau, BCLPT excusserunt Riese et Baehrens. praeter ea collatos habui a G. Vitellio Laurent. tres saec. XV: 39, 17 (f. 169^v), in quo singuli vv. eodem quo apud Vinetum leguntur ordine: 1, 4, 3, 2, 5, 6, 9, 8, 7, 10, 11; 91 sup. 19 (f. 27^v), in quo hoc ordine se excipiunt: 1, 2, 4, 3, 7, 5, 6, 8, 9, 10, 11, denique 39, 9 (f. 44^v), in quo novem sunt vv. 1—6, 8, 9, 11. ceterum vide quae Burmann A. L. I 74, Meyer A. L. 617 sqq., Riese, Baehrens de versuum singulorum ordine et scripturis in A. Mai myth. sec. c. 24 aliisque adtulerunt. foedas in nominibus corruptelas non adnotavi* Versus Catonis de musis uel nominibus philorum *B*, Incipiunt uersus Catonis philosophi de nouem musis *L*, Nomina nouem musarum et uersus earumdem *D*, Nomina musarum *T*, Musarum nomina *V*^{2}, Versus de VIIII musis et nomina earum *P*, Versus de nouem musis *A*, Musarum inuenta et nomina *Laur. 39, 17 Vin.*, Nomina musarum respice et officia *Laur. 39, 9*; *nullum lemma GV Laur. 91, 19. praemittunt BCLTVV*^{2}: Clio historias, Euterpe tibias, Thalia comoedias, Melpomene tragoedias, Terpsichore psalterium, Erato geometricam, Polymnia rhetoricam, Vrania astrologiam, Calliope litteras; *tum B add.* Incipiunt uersus. 2 dulciloques *P*, dulciloquos *Vin.* urget *ABCGLVV*^{2} 4 tragica *ABGLT*, traicâ *V* 5 cytharis *CGLPT* impetrat *Baehrens* 7—9 *soli CP*, 8, 9, 7 *ceteri* (7, 6, 8, 9 *A*) 7 loquitur *P* loquitur Polyhymnia *Vin.* 8 urani *G* Vrania ipsa *Vossianus quidam chartaceus et ed. Ven. 1484*, Vranie caeli *Vin. volgo*, Vrania arce *Baehrens, rectius fortasse* arte, *cf. A. L. 88, 8 Vranie numeris scrutatur sidera mundi* poliq. *PB* motum *A*

mentis Apollineae vis has movet undique Musas:
in medio residens complectitur omnia Phoebus.

V.

AVSONII POETAE EPIGRAMMATA NVPER INVENTA ET AB ERVDITISSIMO VIRO BARTHOLOMAEO MERVLA PVBLICATA.

EX SEPVLCHRO LATINAE VIAE.

I. Non nomen, non quo genitus, non unde, quid aevi: 255 (epit. 38)
mutus in aeternum sum cinis ossa nihil.
nec sum nec fueram genitus, tamen e nihilo sum.
mitte nec exprobres singula: talis eris.

IN DIDONIS IMAGINEM EX GRAECO.

II. Illa ego sum Dido, vultu quem conspicis hospes 118
assimilata modis pulchraque mirificis.

I. Cf. titulum apud Scaligerum Lect. Auson. II 20 (Lactorate in Novempopulonia), in quo haec legebantur: NON. FVI. FVI. MEMINI. NON. SVM; Anth. lat. 1514 Meyer: Olim non fuimus, nati sumus, unde quieti nunc sumus ut fuimus

II. Anth. Pal. XVI 151 (Plan. IIII 9, 24 ἀδέσποτον) Εἰς εἰκόνα Διδοῦς:

Ἀρχέτυπον Διδοῦς ἐρικυδέος, ὦ ξένε, λεύσσεις,
εἰκόνα θεσπεσίῳ κάλλεϊ λαμπομένην.
τοίη καὶ γενόμην, ἀλλ' οὐ νόον, οἷον ἀκούεις,
ἔσχον ἐπ' εὐφήμοις ὀόξαν ἐνεγκαμένη.
οὐδὲ γὰρ Αἰνείαν ποτ' ἐσέδρακον οὐδὲ χρόνοισι
Τροίης περθομένης ἦλυθον ἐς Λιβύην,
ἀλλὰ βίας φεύγουσα Ἰαρβαίων ὑμεναίων
πῆξα κατὰ κραδίης φάσγανον ἀμφίτομον.
Πιερίδες, τί μοι ἄγνὸν ἐφωπλίσασθε Μάρωνα;
οἷα καθ' ἡμετέρης ψεύσατο παρθενίης!

---

